

Digitized by Google




Digitized by Google



Digitized by Google

4° A. or. 321

Abulfeda

Digitized by Google

C.
S. II.
574. d.

<36608434520018
<36608434520018
Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

Digitized by Google

# ABVLFEDAE
# ANNALES MVSLEMICI
## ARABICE ET LATINE.

OPERA ET STVDIIS

IO. IACOBI REISKII,

APVD LIPSIENSES QVONDAM PROFESS. CELEB.

SVMTIBVS ATQVE AVSPICIIS

PETRI FRIDERICI SVHMII,

S. R. M. CLAVIGERI ET HISTORIOGRAPHI REGII.

NVNC PRIMVM EDIDIT

D. IACOBVS GEORGIVS CHRISTIANVS ADLER,

THEOL. ET LING. OR. PROF. EXTRAORD.

IN AVLA REGIA ET AD AEDEM FRIDERICIANAM GERMANORVM VERBI DIVINI INTERPRES,

ACADEMIAE REGIAE SCIENT. NEAPOLITANAE, SOCIETATIS ANTIQ. LONDINENSIS, VOLSCORVM VELITRIS ET ARCADVM ROMAE SOC.

## *TOMVS III.*


CONTINENS RES GESTAS AB A. CCCCI AD FINEM DYNASTIAE CHALIFARVM FATEMIDARVM A. DLXVII.

HAFNIAE MDCCXCI.

EXCVDEBAT FRIDERICVS WILHELMVS THIELE.

VENEVNT APVD CHR. GOTTL. PROFT, VNIVERS. BIBLIOPOL.

Digitized by Google


Digitized by Google

# ABVLFEDAE

# ANNALES MVSLEMICI.

## TOMVS III.

ذكر اخبار المويد الاموي خليفة الاندلس ، قد تقدّم في سنة ست وستين وثلثماية ذكر موت الحاكم صاحب الاندلس وولاية ابنه المويد هشام بن الحكم المنتصر بن عبد الرحمان الناصر بن محمد بن عبد الله بن محمد بن عبد الرحمان بن الحكم بن هشام بن عبد الرحمان الداخل بن معاوية بن هشام بن عبد الملك بن مروان بن الحكم طريد رسول الله ، وكان عمر المويد لما ولي الخلافة عشر سنين ، فاستولي علي المملكة ابو عامر محمد بن ابي عامر a وبقي المويد محجوبا عن الناس ، واستمرّ المذكور المويد هشام في الخلافة الي سنة تسع وتسعين وثلثماية ، وخرج عليه في السنة المذكورة محمد بن هشام بن عبد الجبار b الناصري الاموي في جمادي الاخرة من سنة تسع وتسعين وثلثماية واجتمع عليه الناس وبايعوه بالخلافة وقبض علي المويد وقيّده في قرطبة وتلقب محمد المذكور بالمهدي واستمر في الخلافة ، فخرج عليه سليمان بن الحكم بن سليمان بن عبد الرحمان الناصر ، فهرب محمد بن هشام بن عبد الجبّار المذكور واستولي سليمان علي الخلافة في اوايل شوال من هذه السنة (اعني سنة اربعماية) ثم جمع المهدي محمد بن هشام جمعا وقصد سليمان في قرطبة ، فهرب سليمان وعاد محمد المهدي المذكور الي الخلافة في منتصف شوال من هذه السنة المذكورة ، ثم اجتمع كبار العسكر وقبضوا علي المهدي واخرجوا المويد من الحبس واعادوه الي الخلافة في سابع ذي الحجة من هذه السنة (اعني سنة اربعماية) واحضروا المهدي بين يديه فامر بقتله فقتل واستمر في


BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Hoc anno [CCCC, Chr. 1009] magnam rerum mutationem toleravit Ommiadicum in Andalusia regnum, quae ruinam illius traxit. Retulimus ad annum CCCLXVI obitum Hakemi Montaseri, domini Andalusiae, filii Abd-er-Rahmani Naseri, et ceterorum. Diximus ibidem, in Chalifatum ei successisse filium Heschamum Movaiiedum, puerum decennem, eiusque loco regnum Abu-Amerum Muhammedem, filium Abu-Ameri, Hagebum [seu cubicularium] administrasse. Diximus quoque, hunc Abu-Amerum puerum regem ab hominum consortio exclusisse. Hic igitur Hescham in hunc modum tenebat, quasi sub tutela, Chalifatum usque ad annum CCCXCIX. Eius autem sexto mense surgebat alius Ommiades, Muhammed, filius Heschami, filii Abd-el-Gabbari, filii Naseri; qui favore Cortobensium subnixus, Movaiiedo in custodiam dato, curabat sacramentum sibi ut Chalifae dici, summamque rerum sub Mahdii titulo capessebat (1); sed parum diu tenebat. Nam Solaiman, filius Hakemi, filii Solaimani, filii Abd-er-Rahmani Naseri, pulso in fugam isto Muhammede, filio Heschami, sive Mahdio, Chalifatum rapiebat, anni, in quo nunc versamur, quadringentesimi decimo mense ineunte. Sed ipsius eiusdem mensis die decimo quinto Cortobam cum copiis suis appellebat expulsus modo Mahdius, et Chalifatum recuperabat, eiecto vicissim Solaimano. At neque sic poterat partis in pace frui. Nam militiae magistri eum comprehendebant, eiusque loco e carcere protractum in solio reponebant Movaiiedum. Hic coram se productum occidi iubebat adversarium, Mahdium, eoque facto regni administrationem permittebat Vadeho Americo (2) [quondam Abu-Ameri mancipio];

 quem

Digitized by Google

في الخلافة وقام بتدبير امره. واضح العامري ثم قبض المويد علي واضح المذكور وقتله وكثرت الفتن علي المويد وانتفقت البربر مع سليمان بن الحكم بن سليمان بن عبد الرحمان الناصر وسار وحصر المويد بقرطبة وملكها سليمان عنوة واخرج المويد من القصر ولم يتحقق للمويد خبر بعد ذلك ، وبويع سليمان بالخلافة في منتصف شوال من سنة ثلاث واربعماية وتلقب بالمستعين بالله ، ثم كان من سليمان واخبار الاندلس ما سنذكره ان شاء الله تعالي في سنة سبع واربعماية *

وفيها بني ابو محمد بن سهلان سورا علي مشهد امير المومنين علي بن ابي طالب *

وفيها توفي النقيب ابو احمد الموسوي والد الشريف الرضي وكان مولده سنة اربع وثلثماية وكان قد اضرّ في اخر عمره *

وفيها توفي ابو العلس النامي ،a الشاعر وابو الفتح علي بن محمد البستي الكاتب الشاعر صاحب التجنيس *

ثم دخلت سنة احدي واربعماية ، فيها سار ايلك خان ملك الترك من سمرقند بجيوشه لقتال اخيه طغان خان فوصل الي اوزكند فسقط عليه ثلج منعه من المسير اليه ، فعاد الي سمرقند *

ذكر الخطبة العلوية بالكوفة والموصل ، في هذه السنة خطب قرواش بن المقلد بن المسيب امير بني عقيل للحاكم بالله صاحب مصر العلوي باعماله كلها وهي الموصل والانبار والمداين والكوفة وغيرها ، وكان ابتداء الخطبة بالموصل الحمد

a) ابي عامر Cod. Leid. temere ابي علس

quem tamen eundem idem deinceps comprehenſum occidebat. Ex eo tempore continuae turbae iactarunt imperium Movaiiedi. Nuper enim expulſus Solaiman interea ſibi conciliabat Barbaros Africanos, et cum illis traiecto mari Cortobam impetens obſidebat Movaiiedum, et, expugnata tandem urbe, de arce eiiciebat eundem, quo quid factum ſit nemo deinceps neque vidit, neque audivit. Id evenit menſe decimo anni CCCCIII, cuius die decimo quinto Solaiman ſibi curabat ſacramentum ut Chalifae dici, titulumque Moſtaïn billah [ſeu eius, qui deum opitulatorem adſciſcit,] aſſumebat. Quid porro Solaimano iſto, et ipſo regno Andaluſeno, factum ſit, vide ſis ad annum CCCCVII.

Eodem anno CCCC ſepſit Abu-Muhammed Ibn-Sahlan (3) muro martyreum Alii, principis fidelium.

Eodem obiit Nakib Abu-Ahmed, filius Muſae, pater Schariſi Radii. Natus ille fuerat anno CCCIV. Oculorum uſum in ultima aetate amiſit.

Eodem obiit Abu'l-Abbas Nami (4), poëta; item Abu'l-Fatah Ali, filius Muhammedis, Boſtenſis, Cateb [ſeu notarius] poëta, auctor Tagniſi [ſeu diſtributionis in ſua genera, libri ſic dicti].

Anno CCCCI [qui die 14 Aug. A. C. 1010 coepit] movebat Ilek Chan, rex Turcarum, e Samarcanda adverſus Tagan Chanum, fratrem; et iam Vzcundam pervenerat, quum ab ingruente nive non tantum prohiberetur ulterius pergere, ſed etiam redire, unde venerat, cogeretur.

Eodem inſtituebat quidem Carvaſch, filius Mocalledi, filii Moſaiiebi, princeps Arabum Okailitarum, per totam ſuam ditionem, hoc eſt per Mauſelam, Anbaram, Modainam, Cufam, et alias urbes, in fanorum ſuggeſtibus pia vota pro Alidis, Aegypto dominantibus, et quidem pro tunc regnante Hakem beamrallah dici; et initium quidem Chotbae [ſeu orationis qualis diebus Veneris in templo recitatur] apud Mauſelam hac conceptum

الحمد لله الذي انجلت بنوره غمرات الغضب وانهدّت بعظمته
اركان النصب d واطلع بقدرته شمس الحق من الغرب ، فكتب
بهاء الدولة الي عميد الجيوش يامره بالمسير الي حرب قرواش ،
فسار اليه ، فارسل قرواش يعتذر وقطع خطبة العلويين *

وفيها وقع الحرب بين بني مزيد وبني دبيس بسبب ان ابا
الغنايم محمد بن مزيد كان مقيما عند بني دبيس في جريرتهم e
بنواحي خوزستان لمصاهرة بينهم ، فقتل ابو الغنايم محمد بن
مزيد احد وجوه بني دبيس ولحق باخيه ابي الحسن بن مزيد ،
فسار اليهم ابو الحسن واقتتلوا ، فقتل ابو الغنايم محمد بن مزيد
وهرب اخوه ابو الحسن *

وفيها توفي عميد الجيوش ابو علي بن استاذ هرمز وكان
اميرا من جهة بهاء الدولة ، فلما فسدت حال بغداد من الفتن
ارسله بهاء الدولة الي بغداد فاصلح الامور وقمع المفسدين ، ولما
مات عميد الجيوش استعمل بهاء الدولة موضعه علي بغداد فخر
الملك ابا غالب *

ثم

*b*) الجبار Post hanc vocem sequebantur in cod. Leid. بن عبد الجبار quae eieci.

*c*) النامي Sic Hagi Chalifa. Cod. L. temere الباي

*d*) النصب Est allusio aenigmatica paene. نصب enim est *odium Alii et partium eius*, qua de re infra noster ad ann. 406, item *idolum.* Possunt ergo verba reddi: *destructae sunt bases idoli*, et, *destructae sunt bases odii adversus gentiles prophetae.*

*e*) جريرتهم nescio quid sit. Forte حظيرتهم vel جديرتهم vel جوارهم

Digitized by Google

erat formula: "Laus sit deo, a cuius luce discussae sunt voluminosae tyrannidis et iniustitiae tenebrae, et per cuius magnitudinem subruta sunt idoli fundamenta, et per cuius potentiam sol ab occidente ortus est * „ rel. Verum diu non obtinebat illud institutum. Baha-ed-daula enim Amid el-Goiusch, [hoc est, magistro militiae] in mandatis dabat, ut adversus Carvaschum copias educeret: quo ille territus apparatu, veniam delicti per legatos deprecabatur, Alidarum nomen abrogabat, veteremque pro Chalifarum Abbasicorum salute vota nuncupandi morem in usum revocabat. (5)

Hoc anno bellum coortum est inter Dobaisitas et Maziaditas [Arabes] causam praebente Abu'l-Ganaiemo Muhammede, filio Maziadi. Hic enim, quum in Chuzestana inter Dobaisitas versaretur, ut ipsis affinitate iunctus, occidebat aliquando primarium aliquem eorum virum, ideoque necesse habebat ad fratrem suum, Abu'l-Hasanum [caput Arabum Maziaditarum] aufugere. Sic ambo fratres arma Dobaisitis inferebant, sed adverso marte. Abu'l-Ganaiem enim in ipsa cadebat acie, Abu'l-Hasan vero in fugam excidebat.

Eodem obiit modo nominatus Amid el-Goiusch Abu-Ali, filius Istadi (6) Hormozi, a Baha-ed-daula Buida constitutus Emir Iracae, Bagdadumque olim ab eodem ad res ibi ordinandas missus, quum augusta urbs a latronibus et maleficis misere vexaretur. Egregie quoque ille urbi restituit pacem et securitatem, suppressis sceleratis, domitisque seditiosis. Post huius viri decessum praeficiebat Baha-ed-daula Bagdado Fachr el-Molc Abu-Galebum.

Anno

* Inter signa instantis finis mundi primum est, secundum Muhammedanos, ortus solis ab occidente. Vide Pocockii not. miscell. pag. 258. Hic autem metaphorice gens Alidarum Fatemidarum sol appellatur, qui ex ultimo occidente venit.

Digitized by Google

ثم دخلت سنة اثنتين واربعماية ، ذكر اخبار صالح بن مرداس وملكه حلب واخبار ولده الي سنة اثنتين وسبعين واربعماية ، وكان ينبغي ان يذكر مبسوطا في السنين ولكن لقلته كان يضيع ولا ينضبط ، ولذلك اوردناه في هذه السنة جملة كما فعلنا مثل ذلك في عدة قصص من هذا التاريخ ، فنقول اننا ذكرنا ملك ابي المعالي شريف الملقب بسعد الدولة بن سيف الدولة بن حمدان لحلب الي ان توفي بالفالج وهو مالكها علي ما شرحناه في سنة احدي وثمانين وثلثماية ، ولما توفي ابو المعالي سعد الدولة المذكور اقيم ابو الفضايل ولد سعد الدولة مقام ابيه وقام بتدبيره لولو احد موالي سعد الدولة ، ثم استولي ابو نصر بن لولو المذكور علي ابي الفضايل بن سعد الدولة واخذ منه حلب واستولي عليها وخطب للحاكم العلوي بها ولقب الحاكم ابا نصر بن لولو المذكور مرتضي الدولة واستقر في ملك حلب وجري بينه وبين صالح بن مرداس الكلابي وبني كلاب وحشة وقصص يطول شرحها وكانت الحرب بينهم سجالا ، وكان لابن لولو غلام اسمه فتح وكان دزدار قلعة حلب فجري بينه وبين استاذه ابن لولو وحشة في الباطن حتي عصي فتح المذكور في قلعة حلب علي استاذه واستولي عليها وكاتب فتح المذكور الحاكم العلوي بمصر ثم اخذ فتح من الحاكم صيدا وبيروت وسلم حلب الي نواب الحاكم ، حتي صارت بيد انسان من الحمدانية يعرف بعزيز الملك وبغي المذكور نايب الحاكم بحلب حتي قتل الحاكم وولي الظاهر لاعزاز دين الله العلوي ، فتولي من جهة الظاهر العلوي المذكور علي حلب انسان يعرف بابن

ثعبان

Anno CCCCII [qui die Aug. 3. A. C. 1011 coepit] adſcribemus (7), integramque uno in conſpectu exhibebimus, narrationem de Saleho, filio Mardaſi, et quomodo potitus Halebo, et quid liberis eius factum fuerit; res annorum ſeptuaginta; morem hac in re tenentes noſtrum, quo paſſim huius operis uſi quaſi brevem in tabellam coactos exhibemus minutos caſus, qui, ſi per annos diſpeſcantur, facile pereant, animoque haud facile comprehendantur. Commemoravimus itaque in ſuperioribus, qua ratione Abu'l-Maali Scharif Saad-ed-daula, filius Saif-ed-daulae, Hamdanida, nactus Halebum tenuerit usque ad annum CCCLXXXI, quo eum nervorum reſolutio rapuit. Diximus etiam, ei ſuffectum fuiſſe filium impuberem, Abu'l-Fadaielum, paterno quodam mancipio, Luluo, principatum moderante. Huius Lului filius deinceps, nomine Abu-Naſr, Hamdanidae Halebum adimebat, ſibique vindicabat, eiusque rei auctoritatem per codicillos Hakemi, Chalifae Aegyptii, quem publice dominum agnoſcebat, cum titulo Mortadi ed-daula, impetrabat. Interim intercedebant eum inter et Kelabidas Arabes variae et ambigui martis dimicationes, quas enarrare longum foret; et excidebat tandem ille Abu-Naſr Halebo, non quidem per Kelabidas, ſed alia quadam ratione. Servum habebat, nomine Fatahum, cui arcis Halebenſis cuſtodiam mandaverat. Hic Fatah ex aliquo tempore conceptam animo in herum ſimultatem tandem in lucem proferebat, et arcem Halebenſem, ſuae fidei commiſſam, ſibi arrogabat, et ab Hakemo, Aegyptio, poſſeſſionis auctoritatem petebat. Hic autem facta permutatione Fataho quidem Sidonem et Berytum concedebat, Halebum vero ipſe per ſuos legatos adminiſtrabat. Poſt plures legatorum vices devenit tandem Halebenſis provincia ad aliquem Hamdanidam, Aziz al-Molk (8) dictum, qui, quoad vixit Hakem, urbem tenuit; eo autem occiſo, cedebat duobus e Miſra illuc ab Hakemi filio et ſucceſſore, Tahero el-azaz dinallah, miſſis, uni, Ibn-Tabano,



Digitized by Google

ثعبان وولي القلعة خادم يعرف بموصوف وقصدهما صالح بن مرداس
امير بني كلاب فسلم اليه اهل البلد مدينة حلب لسوء سيرة المصريين
فيهم وصعد ابن ثعبان الي القلعة وحصرها صالح ابن مرداس
وسلّمت اليه قلعة حلب ايضا في سنة اربع عشرة واربعماية ، واستقر
صالح مالكا لحلب وملك معها من بعلبك الي عانة ، واقام صالح
بحلب مالكا لما ذكر ست سنين ، فلما كان سنة عشرين واربعماية
جهّز الظاهر العلوي جيشا لقتال صالح المذكور وحسان امير بني
طي ، وكان حسان قد استولي علي الرملة وتلك البلاد ، وكان مقدم
عسكر المصريين اسمه انوشتكين ، فاتفق صالح وحسان علي قتال
انوشتكين وسار صالح من حلب الي حسان فاجتمعا علي الاردن
عند طبرية ووقع بينهم القتال فقتل صالح بن مرداس وولده الاصغر
ونفذ براسهما الي مصر ونجا ولده ابو كامل نصر بن صالح بن
مرداس وسار الي حلب وملكها ، وكان لقب ابي كامل شبل الدولة ،
وبقي شبل الدولة مالكا لحلب الي سنة تسع وعشرين واربعماية
وذلك في ايام المستنصر بالله العلوي صاحب مصر ، فجهزت العساكير
من مصر الي شبل الدولة ومقدمهم رجل يقال له الدزبري (بكسر
الدال المهملة وسكون الزاي المعجمة وباء موحدة ورا مهملة ويا مثناة
من تحتها) وهو انوشتكين المذكور وكان يلقب الدزبري ، (نقلت
ذلك من تاريخ ابن خلكان) ، فاقتتلوا مع شبل الدولة عند حماة
في شعبان سنة تسع وعشرين واربعماية فقتل شبل الدولة فملك
الدزبري حلب في رمضان من السنة المذكورة وملك الشام جميعه وعظم
شانه وكثر ماله وتوفي الدزبري بحلب سنة ثلاث وثلثين واربعماية
علي

qui urbem, alteri, eunucho Mausufo, qui arcem occupabat. Sed offendebat Aegyptiorum tyrannis oppidanos, qui propterea moventi adversus hos praefectos Misrenses Saleho, filio Mardasi, Emiro Arabum Kelabidarum, suam urbem promti dedebant. Quae res eo cogebat Ibn-Tabanum, ut ex urbe in arcem se reciperet, ubi obsidionem a Mardasida aliquamdiu toleravit, donec tandem et eam illi traderet anno CCCCXIV. Ea ratione Halebi potitus est ille Saleh, et cum eo totius illius tractus, qui a Balabaca usque ad Anam porrigitur; quibus omnibus ille imperans per sex annos Halebi egit. Verum anno CCCCXX periit. Eo enim copias Misra mittebat Aegyptius, Taher, adversus hunc Salehum simul et Hassanum, Emirum Arabam Taiitarum, qui Ramlam et vicina sui iuris fecerat. Aegyptii, quos Anuschtekin ducebat, utrumque Arabem (nam communem caussam fecerant) in Ardena [seu tractu Iordanis] haud procul Tiberiade aggressi, ubi Arabes castra iunxerant, gravi praelio contundebant, ipsumque Salehum, et eius filium natu minorem, trucidabant, et amborum capita Misram mittebant. Alter autem Salehi Mardasidae filius, Abu-Camel Nasr, quem porro titulo Schabl-ed-daulae [catuli dynastiae] memorabimus, Halebum fuga salvus evadebat, ibique paternum regnum capessebat tenebatque usque ad annum CCCCXXIX. Tunc enim adversus eum mittebat, qui tum Aegypti dominus erat, Mostanser billah Alida copias ducemque Dezberitam (9), seu modo dictum Anuschtekinum (nam, auctore Ibn-Chalicano, prorsus idem homo est). Hic Anuschtekin praelio adortus Halebensem occidebat octavo mense dicti anni CCCCXXIX, et eiusdem nono mense Halebum occupabat. Eadem illi victoria totam Syriam contulit, magnumque nomen, opes et facultates addidit. Quibus pollens obiit a. CCCCXXXIII, ut ibi notabimus. Qua de re ut certior factus fuit, qui ad id temporis Ramlae habuerat, Schabl-ed-daulae frater, filius Salehi Mardasidae, Abu-Olvan Tamâl Maaz-ed-daula, confestim aderat,



Digitized by Google

علي ما سنذكره ان شاء الله تعالي ، وكان لصالح بن مرداس
ولد بالرحبة يقال له ابو علوان ثمال ولقبه معز الدولة ، ولما بلغه
وفاة الدزبري سار ثمال بن صالح المذكور *g* مالكا لحلب الي سنة
اربعين واربعماية ، فارسل اليه المصريون جيشا فهزمهم ثمال ، ثم
ارسلوا اليه جيشا اخر فهزّمهم ثمال ايضا ، ثم صالح ثمال المذكور
المصريين ونزل لهم عن حلب ، فارسل المصريون رجلا من اصحابهم
يقال له الحسن بن علي بن ملهم ولقّبوه مكين الدولة فتسلّم حلب
من ثمال بن صالح بن مرداس في سنة تسع واربعين واربعماية وسار
ثمال الي مصر وسار اخوه عطية بن صالح بن مرداس الي الرحبة ،
وكان لنصر الملقب بشبل الدولة الذي قتل في حرب الدزبري ولد
يقال له محمود ، فكاتبه اهل حلب وخرجوا عن طاعة ابن ملهم ،
فوصل اليهم محمود واتفق معه اهل حلب وحصروا ابن ملهم في
جمادي الاخرة من سنة اثنين وخمسين واربعماية ، فجهز المصريون
جيشا لنصرة ابن ملهم ، فلما قاربوا حلب رحل محمود عنها هاربا
وقبض ابن ملهم علي جماعة من اهل حلب واخذ اموالهم ، ثم سار
العسكر في اثر محمود بن نصر بن صالح بن مرداس فاقتتلوا فانتصر
محمود وهزّمهم ثم عاد محمود الي حلب فحاصرها وملك المدينة
والقلعة في شعبان سنة اثنين وخمسين واربعماية واطلق ابن ملهم
ومقدّم الجيش (وهو ناصر الدولة من ولد ناصر الدولة بن حمدان)
فسارا الي مصر ، واستقر محمود بن شبل الدولة نصر بن صالح بن
مرداس مالكا لحلب ، ولما وصل ابن ملهم وناصر الدولة الي مصر
وكان ثمال بن صالح بن مرداس قد سار الي مصر كما ذكرنا جهز
المصريون

Digitized by Google

occupatamque Halebum tenebat deinceps ad annum CCCCXL usque, quo ſcilicet Miſrenſis denuo ipſi copias immittebat, et iterum alias; quas licet ambas Tamal funderet, cedebat tamen tandem Halebo pacis conditionibus, dedebatque arcem alicui Miſra miſſo, Makin-ed-daulae Haſano, filio Alii, filii Molhehi. (10) Is arcem a Tamalo deditam accipiebat in fidem anno CCCCXLIX, quo ipſo Tamal quidem Miſram, eius autem frater, Atia, Raccam abibat. Verum haud ſane diu tuebatur Ibn-Molhem Halebum. Oppidani enim, eum non ferentes, Mahmudum litteris arceſſebant, filium ſui quondam domini, Schabl-ed-daulae Salehidae, quem ab Anuſchtekino caeſum modo dicebamus. Ille Mahmud fruſtra ſe vocari non paſſus, aderat Halebenſium ab Aegyptio defectionem ſecundatum, et Molhemidam anni CCCCLII ſexto menſe obſidebat. Suppetiae quidem Miſra miſſae illum depellebant, et aliquousque perſequebantur fugientem, ſuumque amicum, Ibn-Molhemum, anguſtiis eripiebant; qui caſus carcerem opumque iacturam multis Halebenſium attulit. Mahmud autem deinceps gradum ſiſtens et congreſſus cum perſecutoribus, victor paullo poſt repetebat Halebum, et obſidebat, et tandem octavo menſe eiusdem anni CCCCLII redigebat in poteſtatem ſuam cum urbe arcem, e qua Molhemidam honorifice Miſram dimittebat, et Aegyptiaci quoque exercitus imperatorem, Naſer-ed-daulam, de gente cognominis Naſer-ed-daulae, Hamdanidae principis olim in Meſopotamia potentis. At neque Mahmudo diu licebat partis frui. Illis enim, quos modo dicebamus, Miſrae redditis, legabatur inde Tamal ille, Salehi filius, cuius aliquoties antea meminimus, et quem diximus Halebo privatum Miſram conceſſiſſe. Is recentem adhuc regni Mahmudum, ex fratre nepotem, menſe tertio anni CCCCLIII proturbabat; verum menſe penultimo proximi anni CCCCLIV obibat, Halebi dominus, ſucceſſore in teſtamento dicto fratre, Atia, quem ſupra ſignificabamus Raccam

المصريون ثمال بن صالح الي حلب وهزم محمود بن اخيه ، وتسلم
ثمال بن صالح بن مرداس حلب في ربيع الاول من سنة ثلاث
وخمسين واربعماية ، ثم توفي ثمال بحلب سنة اربع وخمسين بذي
القعدة واوصي بحلب لاخيه عطية الذي كان سار الي الرحبة كما
ذكرناه ، فسار عطية المذكور من الرحبة وملك حلب في السنة المذكورة ،
وكان محمود بن شبل الدولة لما هرب عن عمه ثمال من حلب سار
الي حران ، فلما مات ثمال وملك اخوه عطية حلب جمع محمود
عسكرا وسار الي حلب فهزم عمه عطية عنها ، وسار عطية الي الرقة
فملكها ، ثم اخذت منه فسار عطية الي الروم واقام بقسطنطينية
حتي مات بها ، وملك محمود بن نصر بن صالح بن مرداس حلب
في رمضان سنة اربع وخمسين واربعماية ثم استولي محمود علي ارتاح
واخذها من الروم في سنة ستين ومات محمود في ذي الحجة سنة
ثمان وستين واربعماية في حلب مالكا لها ، وملك حلب بعده سابق
بن محمود بن نصر بن صالح بن مرداس ، وبقي سابق بن محمود
المذكور مالكا لحلب الي سنة اثنين وسبعين واربعماية واخذ حلب
منه شرف الدولة مسلم بن قريش صاحب الموصل علي ما سنذكره
ان شاء الله تعالي *

وفي هذه السنة (اعني سنة اثنين واربعماية) كتب ببغداد محضر
بامر القادر يتضمن القدح في نسب العلويين خلفاء مصر وكتب فيه
جماعة من العلويين والقضاة وجماعة من الفضلاء وابو عبد الله بن
النعمان فقيه الشيعة ونسخ المحضر المذكور هذا ما شهد به الشهود ان
معد بن اسماعيل بن عبد الرحمان بن سعيد منتسب الي ديصان بن
سعيد

tum discessisse, quum Tamal Misram abiret. Verum et hunc paullo post ad pristinam sedem, id est Raccam, redire cogebat Mahmud, Schabl-ed-daulae filius. Is enim, accepta Tamali morte, cum copiis Charris movens, quo pulsus aufugerat, Halebum recuperabat. Atia vero tempore post etiam Racca privatus Constantinopolin ad Graecos abibat, ubi fato suo functus est. Mahmud etiam ultimo mense anni CCCCLXVIII obiit in tranquilla Halebi possessione, quam a nono mense anni CCCCLV inde tenuerat. Hic est ille, qui Romanis arcem Artam (11) anno CCCCLX ademit. Post eum regnabat Halebi Sabek, filius eiusdem Mahmudi, filii Nasri, filii Salehi, filii Mardasi, usque ad annum CCCCLXXII, quo eam ipsi ademit Scharf-ed-daula Muslem, filius Coraischi, dominus Mauselae, ut suo loco videbimus, si deo visum fuerit. Haec erant in summam contracta Mardasidarum fata.

Redeuntes iam ad annum CCCCII, unde paullum excessimus, observamus eius quarto mense Bagdadi scriptas publiceque propositas fuisse Caderi iussu tabulas, quibus Chalifae Misrenses, Alidae vel Fatemidae dicti, in eo mendacii et imposturae demonstratae insimulabantur, quod ab Alio, fidelium principe, prophetae genero, genus suum vana iactatione repeterent. Multi genuini Alidae, multi Cadii, docti alii viri, eosque inter Abu-Abdalla, filius Nomani, fakihus Schiiticus (12), his tabulis subscripserant, quarum haec erat formula: "Haec sunt, quae fide digni testes, quorum subscripta sunt nomina, censuerunt et pronunciarunt. Asseverant nempe Moaddum [Moëzzum], filium Ismaëlis [Mansuri], filii Abd-er-Rahmani, f. Saidi, genus ad Daisanum, filium Saidi, communem Daisanitarum tam generis patrem, quam sectae auctorem, referre; eumque Mansurum, Nezari, vel potius terrae filium, qui se nunc in Aegypto sub titulo Hakemi ostentat, ex obscuritate et humilitate, velut fungus, in famam subrepens, et in cuius caput pestem dirasque omnes

decernat

Digitized by Google

سعيد الذي ينسب اليه الديصانية ، وان هذا الناجم بمصر هو منصور بن نزار الملقب بالحاكم ، حكم الله عليه بالبوار والدمار ابن معد بن اسماعيل بن عبد الرحمان بن سعيد لا اسعده الله ، وان من تقدّمه من سلفه الارجاس الانجاس لعنة الله عليهم ولعنة اللاعنين ادّعاء خوارج لا نسب لهم في ولد علي بن ابي طالب رضي الله عنه ، وان ما ادّعوه من الانتساب اليه زورا باطلا ، وان هذا الناجم بمصر هو وسلفه كفّار وفسّاق زنادقة ملحدون معطّلون وللاسلام جاحدون اباحوا الفروج واحلّوا الخمور وسبّوا الانبياء وادّعوا الربوبية * وتضمّن المحضر المذكور نحو ذلك اضربنا عنه ، وكتب في شهر ربيع الاخر سنة اثنين واربعماية *

ثم دخلت سنة ثلاث واربعماية ، ذكر قتل قابوس *l* ، في هذه السنة قتل شمس المعالي قابوس بن وشمكير بن زيار بسبب تشديده علي اصحابه وعدم التجاوز عن ذنوبهم ، فخرجوا عن طاعته وحصروه واستدعوا ولده منوجهر بن قابوس فاقاموه عليهم وكان بجرجان ، ثم اتفق مع ابيه قابوس فانقطع قابوس في قلعة يعبد الله ،

فلم

*f*) نواب الحاكم Forte deest hic aliquid, فبقي حلب في يد نواب الحاكم

*g*) المذكور Hic deest aliquid. Forte وملك حلب وبقي مالكا

*h*) سابق Cod. L. نصر

*i*) محضر proprie, *praesentativum*, tabulae, codicilli, qui exhibentur principi aut alii, significandi gratia.

*k*) القدح في نسب proprie *terebratio in genealogia* h. e. destructio, proscriptio, damnatio genealogiae. Verbi قدح notio propria in terebrando

Digitized by Google

decernat deus, eum ergo, quum ſit nepos illius Moaddi, cuius modo veram originem indicavimus, ab eodem Abd-er-Rahmano, filio Saidi, cui cum proſpera fortuna commune quid eſſe nunquam ſinat deus, et ab iisdem ortum eſſe maioribus, qui opprobrium generis humani, et piacula fuerunt, et purgamenta, impoſtores, alieni generis indigni uſurpatores, rebelles, quos deus aeternis poenis damnet, omnesque pietatis et veritatis amantes diris omnibus exſecrentur. Edicunt huic proſapiae cum Alio, filio Abu-Talebi, cui deus bene velit, commune nihil eſſe. Edicunt eorum iactantiam, per quam illuſtriſſimae ſtirpis ſplendorem ſibi arrogant, merum mendacium, meram vanitatem eſſe. Pronunciant hunc terrae filium, qui noſtra memoria in Aegypto emerſit, tantumque ſe iactat, et omnem eius abiectam ſordidamque gentem infideles et ſceleſtos eſſe, Sadducaeos, impios, atheos, qui ſuſceptum olim Iſlamiſmum eiurarunt, qui promiſcua habent et celebrant vel proximae conſanguinitatis et ex legibus vetita matrimonia, qui vini permittunt uſum, qui prophetas et ſanctos homines opprobriis lacerant, ipſamque divinitatem ſibi tribuunt." (13) Alia plura huius generis, quibus illae tabulae ſcatebant, ne taedio ſim, miſſa faciam.

Anno CCCCIII [qui die 22 Iulii A.C. 1012 coepit] periit Schams-el-Maali Cabus, filius Vaſchmekiri. Quam ei cladem concivit morum, qua ſuos duces tractabat, aſperitas, nimiumque acute cernens in deprehendendis eorum delictis ſeveritas, et in puniendis acerbitas. Quo fiebat, ut primum ab eius obſequio deſciſcerent duces, eumque obſiderent, tum filium, Manugeherum, arceſſitum e Georgiana ſibi praeficerent; qui cum patre ſic tranſigebat, ut hic imperio abdicato attributa ſibi quadam arce contentus viveret, in qua reliquos vitae dies in ſolitudine numinisque exercendo cultu exigeret. Ea vero conditio non ſatisfaciebat illis ducibus, qui Cabuſum poteſtate privarant, ideoque iterum iterumque Manugeherum veniam moroſi ſenis de



Digitized by Google

فلم يطب للعسكر الذين خلعوه وعاودوا متوجههم في قتله ، فسكت فمضوا الي قابوس واخذوا جميع ما عنده من ملبوس وتركوه حتي مات بالبرد ، وكان قابوس المذكور كثير الفضايل عظيم السياسة شديد الاخذ قليل العفو وكان عالما بالنجوم وغيرها وله اشعار حسنة ، فمن شعره

قل للذي بصروف الدهر عيّرنا هل عاند الدهر الّا من له خطر $^{m}$ ،
ففي السماء نجوم ما لها عدد وليس يكسف الّا الشمس والقمر *

وفيها مات ملك الترك ايلك خان وملك بعده اخوه طغان خان ، وكان ايلك خان خيرا محبّا للدين واهله *

ذكر وفاة بهاء الدولة ، في هذه السنة في عاشر جمادي الاخرة توفي بهاء الدولة ابو نصر خاشاذ بن عضد الدولة بن بويه بتتابع الصرع مثل مرض ابيه عضد الدولة ، وكان موته بارجان وهو ملك العراق وعمره اثنان واربعون سنة وتسعة اشهر وملكه اربع وعشرون سنة ، ولما توفي ولي الملك بعده ابنه سلطان الدولة ابو شجاع بن بهاء الدولة *

وفيها كان استيلاء سليمان بن الحكم بن سليمان بن عبد الرحمان الناصر علي قرطبة وبويع بالخلافة علي ما قدّمنا ذكره في سنة اربعماية ، فلما استولي علي قرطبة عدم المويد هشام فلم يتحقق

له

brando ſita, e qua fluxit illa, extundendi ignem. Arabes enim non ſilice et chalybe ignem eliciunt, ſed gemini ligni attritu et terebratu eum excitant. Deinde vermis dicitur قدح arborem vel dentem perterebrare, erodere. Hinc de eo h. l. adhibetur, qui arborem genealogicam alicuius eiusque bonam famam, velut vermis arborem, perterebrat convitiisque lacerat.

Digitized by Google

medio tollendi rogabant. Quam quum nequirent impetrare (Manugeher enim rogatus tacebat, neque permittens facinus, neque vetans); ipsi tandem aggressi Cabusum in arce sua omni spoliatum amictu et supellectile miserum senem eo rerum adigebant, ut ipsi ex frigore pereundum esset. Praeclarum Cabuso ingenium, praeclarae virtutes. Callebat regnandi artes ad unguem, acriter insectabatur et castigabat crimina, haud facilis ignoscendi. Astronomiae peritus erat, aliarumque rerum. Scripsit quoque carmina excellentia, quorum en specimen:

Eum, qui nobis ob adversae fortunae vexationes irridet, interroga his verbis: unquamne fortunae conflictatus est quisquam, cuius nullum fuisset momentum?

Lucent quidem in coelo stellae innumerabiles; neque tamen delinquunt, nisi sol et luna.

Eodem obiit rex Turcarum Ilek Chan, vir dei reverens et probus, doctrinarum et doctorum patronus. Succedebat ei frater, Tagan Chan.

Eodem anno, idque decimo die sexti mensis, obiit Arganae Baha-ed-daula Abu-Nasr Chaschad, filius Adad-ed-daulae, Buides, eodem ex morbo, ex quo pater eius perierat, continuis puta morbi comitialis insultibus. Vixerat duos et quadraginta annos cum novem mensibus; regnum autem Irakae tenuerat quatuor et viginti annos; in quod ei successit filius, Sultan-ed-daula Abu-Schogâ.

Eodem occupabat Cortobam, ibique se Chalifam salutari curabat ille Solaiman, filius Hakemi, filii Solaimani, filii Abd-er-Rahmani Naseri; de quo iam ad annum CCCC eo loco diximus, ubi fata regni Ommiadici in Andalusia ruinam minantis attigimus. Eo facto ex hominum conspectu sublatus fuit Hescham el-Movaiied, qui Chalifae nomen ad eam diem ibi gesserat, neque constat quo evaserit. Efferebat quidem aliquis caput,

C 2 Movai-

Digitized by Google

له خبر بعد هذه السنة ، وسنذكر ما قيل في ظهوره ان شاء الله تعالي وكان ذلك تمويها *n* لا حقيقة له *

وفيها توفي القاضي ابو بكر ابن *o* الباقلاني واسمه محمد بن الطيّب بن محمد بن جعفر، وكان ابو بكر المذكور علي مذهب ابي الحسن الاشعري وهو ناصر طريقته ومويد مذهبه، وسكن ببغداد وصنّف التصانيف الكثيرة في علم الكلام وانتهت اليه الرياسة في مذهبه، ونسبة الباقلاني الي بيع الباقلا وهي نسبة شاذّة مثل صنعاني *p* *

ثم دخلت سنة اربع واربعماية ، في هذه السنة ايضا عاد يمين الدولة محمود فغزي الهند واوغل في بلادهم وفتح وغنم وعاد الي غزنة *

وفيها عاثت خفاجة ونهبوا سواد الكوفة وطلع عليهم العسكر وقتل منهم واسر *

وفيها توفي ابو الحسن علي بن سعيد الاصطخري وهو من شيوخ المعتزلة وكان عمره قد زاد علي ثمانين سنة *

ثم دخلت سنة خمس واربعماية ، وفيها كانت الحرب بين ابي الحسن علي بن مزيد الاسدي وبين مضر وحسان ونبهان وطراد بني دبيس، وكان اخر تلك الحروب ان مضر بن دبيس كبس ابا الحسن بن مزيد المذكور فهزمه فاستولي بن دبيس علي خيل *q* ابي الحسن وامواله ، وهرب ابو الحسن الي بلد النيل *

وفيها

*l*) قابوس Supra fuit كابوس Veteres *Cambyſes* efferebant.

*m*) خطر *pretium*, *dignitas*. Omnis eſt res, quae in diſcrimen et iacturae periculum venire poteſt; talis autem eſt omnis res pretioſa.

*n*) تمويها Mendoſe erat ſcriptum in cod. L. تنويها

*o*) Deerat ابن in cod. Leid.

Digitized by Google

Movaiiedum ſe ferens, de quo ad annum CCCCVII plura dicentur. Verum ille mimus erat et impoſtor.

Eodem obiit Cadi Abu-Becr Ibn-el-Bakelani, vero nomine Muhammed, filius Taiiebi, filii Muhammedis, filii Gafari, ſectator Abu-Haſani Aſcharitae, cuius quoque opinionem egregie aſſeruit, et ſectam ſtabilivit (14); in qua Raiiſi etiam [vel patris generalis ordinis ſui] per orientem munere functus eſt. Bagdadi vixit et multos compoſuit libros argumenti dialectici [aut e theologia ſcholaſtica petiti]. Bakelani appellatur [ſeu fabarum venditor, et in genere olitor] a Bakela [ſeu fabis], facta ea formatione, quae paullo rarior quidem eſt, et videtur a conſueta formandorum gentilium ratione deflectere; habet enim *nun* ſervile ſupervacuum, et iuxta conſuetas regulas dicendum fuerat Balekaï: exemplo tamen non caret haec forma: ſic enim etiam a Sanaa gentile formatur, non Sanaaï, ſed Sanaani.

Anno CCCCIV [qui die 12 Iulii A. C. 1013 coepit] inviſebat Iamin-ed-daula Mahmud, filius Soboctekini, ad Indos, pro more ſuo, iisque expilatis et contuſis domum deinde, hoc eſt Gaznam, remeabat praeda gravis.

Hoc anno graſſabantur et latrocinia exercebant Arabes Chaffagitae per Savad al-Cufa. Sed eos ſuperveniens [Bagdado miſſus] exercitus caedibas rapinisque minuebat et diſſipabat.

Eodem obiit Abu'l-Haſan Ali, filius Saidi, Eſtacharita, octuaginta maior annis, doctor Motazalitarum.

Anno CCCCV [qui die 1 Iulii A. C. 1014 coepit] bellum geſſit Abu'l-Haſan Ali, filius Maziadi, Aſadita, cum Arabibus Dobaiſitis, Modaro, Haſſano, Nabhano et Tarrado, cuius ille fuit exitus; ut Modar Dobaiſita obrutum derepente Maziadidam cogeret in tractum Nili aufugere, omnique eius praeda, a fugiente derelicta, opibus, equis, tentoriis, potiretur.



Digitized by Google

وفيها توفي الحافظ محمد بن عبد الله بن محمد بن حمدويه بن نعيم الضبي الطهماني المعروف بابن الحاكم النيسابوري امام اهل الحديث في عصره والمولّف فيه الكتب التي لم يسبق الي مثلها ، سافر في طلب الحديث وبلغت عدة شيوخه نحو الالفين وصنّف عدة مصنّفات منها الصحيحات والامالي وفضايل الشافعي ، وانما عرف ابوه بالحاكم لانه تولي القضاء بنيسابور ✲

وفيها قتل طايفة من عامّة الدينور قاضيهم ابا القاسم يوسف بن احمد بن كج r) الفقيه الشافعي قاضي الدينور قتلوه خوفا منه ، وله وجه في المذهب وصنف كتبا كثيرة وجمع بين رياستي العلم والدنيا ✲

ثم دخلت سنة ست واربعماية ، ذكر وفاة باديس ، فيها توفي باديس بن منصور بن يوسف بلكين بن زيري امير افريقية وولي امرة افريقية بعده ابنه المعز بن باديس وعمره ثمان سنين ووصلت اليه الخلع والتقليد من الحاكم العلوي ولقّبه شرف الدولة ، وهذا المعز ابن باديس هو الذي حمل اهل المغرب علي مذهب الامام ملك وكانوا قبله علي مذهب ابي حنيفة ✲

وفيها غزي يمين الدولة محمود الهند علي عادته فتاه الدليل ووقع هو وعسكره في مياه فاضت من البحر فغرق

p) صنعاني Proſtant et alia huius formae, ut سباني a سبا apud Ibn-Cotaibam; et apud noſtrum an. 321 الجباني et an. 216 داراني Raud habet الحلواي et الحلواني; Ibn-Doraid جعداني et منجشاني

q) خيل Cod. Leid. خلل

Eodem obiit Hafet Muhammed, filius Abdallae, filii Muhammedis, filii Hamduieh, filii Noaimi, oriundus ex illa tribus Dobbae familia, quae Tahman appellatur. Vulgo noſter Ibn-el-Hakem en-Niſaburi [ſeu filius iudicis Niſaburenſis] vocatur; pater enim Niſaburae Cadii munus geſſerat. Fuit hic doctor traditionariorum ſui temporis princeps, auctor librorum in hac theologiae parte excellentium, quibus pares ante illum nemo exaravit. Inter plures, quos reliquit, ſunt Sahihat [ſeu varia ſyntagmata genuinarum traditionum], Kitab el-Amal [ſ. liber dictatorum], item liber de virtutibus et excellentia Schafiaei. Neque mirum eum in ea diſciplina egregia praeſtitiſſe, cuius ſtudio longe lateque peregrinatus fuerat, et doctores audiverat propemodum bis mille.

Eodem occidebant aliqui de plebe Dainavarenſi ſuum Cadium, Abu'l-Caſemum Ioſephum, filium Ahmedis, vulgo Ibn-Cag dictum, fakihum Schafeiticum; a qua tamen ſua ſecta in quibusdam ille vir in diverſa ibat, opinioni peculiari addictus. Libros edidit numero plures, et, ut patet, Raiiſatum [ſeu principatum] utrumque, hoc eſt rerum tam divinarum, quam civilium, adeptus fuit. Percuſſores ad patrandum facinus poenae metus, quam ab eo exſpectabant, ſubegerat.

Anno CCCCVI [qui die 21 Iunii A. C. 1015 coepit] obiit Badis, filius Manſuri, filii Ioſefi Belkini, filii Zairii, Emirus Africae. Cui ſucceſſit filius, Maaz, puer octennis, ſub titulo Scharf-ed-daula, quem ipſi Miſra mittebat Hakem, Alida, una cum palliis et codicillis principatus delati. Hic Maaz eſt ille, qui ſectam Maleki apud Africanos in uſum et auctoritatem induxit, antea Hanafiticae addictos.

Eodem inſtituens Iamin-ed-daula Mahmud novam in Indos expeditionem pro more ſuo in magnum incidebat periculum. Aberrante enim viae duce, per deſerta deferebatur cum exercitu

in

Digitized by Google

فغرق كثير ممن معه وبقي فيه s ايامًا حتي تخلص وعاد الي خراسان *

وفيها عزل سلطان الدولة بن بهاء الدولة نايبه بالعراق فخر الملك ابا غالب وقتله سلخ ربيع الاول من هذه السنة، وكان عمر فخر الملك اثنين وخمسين سنة واحد عشر شهرا وكانت مدة ولايته علي العراق خمس سنين واربعة اشهر واياما ووجد له من المال الف الف دينار عينا t غير العروض وغير ما نهب، وكان قبضه بالاهواز، ثم استوزر سلطان الدولة بن بهاء الدولة ابا محمد الحسن بن سهلان *

وفيها توفي الشريف الحسيني الملقب بالرضي وهو محمد بن الحسين بن موسي بن ابراهيم بن موسي بن جعفر الصادق بن محمد الباقر بن علي زين العابدين بن الحسين بن علي بن ابي طالب رضي الله عنهم اجمعين المعروف بالموسوي صاحب ديوان الشعر، حكي انه تعلم النحو من ابن السيرافي النحوي فذاكره ابن السيرافي علي عادة التعليم وهو صبي فقال اذا رايت عمرا ما علامة النصب في عمرو فقال الرضي بغض عليّ،

اراد

r) كنج Ita Hagi Chalifa Cod. L. كنح

s) فيه non video quid fibi velit et quo redeat. Putem ينتبه

t) عينا Supra iam dixi, عين dici omnem rem praefentem; أثر autem monumentum rei. Hoc loco عين eft *parata pecunia*, oppofita العروض *fupellectili*, pecuniam valenti.

Digitized by Google

in aquas ab exundante oceano* reſtagnantes, multosque ſuorum ibi merſos amittebat. Poſt exactos tandem in eo diſcrimine aliquot dies evadebat ſalvus et in Choraſanam revertebatur.

Eodem perimebat Sultan-ed-daula, filius Baha-ed-daulae, privatum dignitate, ſuum per Iracam legatum, exeunte menſe tertio. Erat is Fachr el-Molk Abu-Galeb, tunc temporis annos natos 53 minus uno menſe. Munus geſſerat quinquennio cum quatuor menſibus et aliquot diebus. Comprehenſus et ſupplicio affectus Ahvazae fuit, inventique in eius opibus mille millenarii numorum aureorum paratae pecuniae, praeter ſupellectilem, et reliqua, quae, dum domus peremti diripiebatur, interciderunt. Suffecit ei Sultan-ed-daula Abu-Muhammedem Haſanum Ibn-Sahlanum.

Eodem obiit Scharif Hoſainicus, Radius (15), ut vulgo appellatur, Muhammed, filius Hoſaini, filii Muſae, filii Ibrahimi, filii Muſae, filii Gafari Sadeki, filii Muhammedis Bakeri, filii Alii Zain-el-Abedin, filii Hoſaini, filii Alii, filii Abu-Talebi; quibus omnibus deus bene velit. Appellatur quoque [non minus, quam pater,] Muſuvicus. (16) Celebris Divani [ſeu codicis operum poëticorum] auctor eſt. Bagdadi natus fuerat anno CCCLIX primaque ſtatim aetate documenta excellentis ingenii edebat. Nam exempli cauſſa, interrogatus aliquando a Sirafico, quem grammaticae magiſtrum habebat, quemadmodum magiſtri tirones interrogare et tentare ſolent; videns accuſativum *Omaran* alicubi ſcriptum, quonam argumento agnoſceret eius Nasb [hoc eſt nominativum] non *Omar,* ſed *Amru* eſſe. Reſpondebat: id ſe intelligere ex odio adverſus Alin. Acutum profecto aptumque reſponſum, quod audiens corona in tenera aetate mirabatur. Magiſter

* In Arabico eſt vox البحر quae proprie quidem *mare* notat, ſed quoque magnum quemque fluvium, ut Nilum, Indum, Gangem innuit; quapropter hoc loco ambiguus eſt ſenſus.

اراد السيرافي النصب الذي هو الاعراب واراد الرضي النصب الذي هو بغض علي فاشار الي عمرو بن العاصي وبغضه لعلي، فتعجب الحاضرون من حدّة ذهنه، وكانت ولادته سنة تسع وخمسين وثلثماية ببغداد *

وفيها توفي الامام ابو حامد احمد بن محمد بن احمد الاسفرايني امام اصحاب الشافعي وكان عمره احدي وستين سنة واشهر، قدم بغداد في سنة ثلاث وستين وثلثماية وكان يحضر مجلسه اكثر من ثلثماية فقيه، وطبق الارض بالاصحاب، وله عدة مصنفات منها في المذهب التعليقة الكبري، وهو من اسفراين وهي بلدة بخراسان بنواحي نيسابور علي منتصف الطريق الي جرجان *

ثم دخلت سنة سبع واربعماية فيها غزي يمين الدولة الهند علي عادته ووصل الي قشم وقنوج وبلغ نهر كيل وفتح عدة بلاد وغنم اموالا عظيمة وعاد الي غزنة مويدا منصورا *

ذكر انقراض الخلافة الاموية من الاندلس وتفرّق ممالك الاندلس واخبار الدولة العلوية بها، في هذه السنة خرج بالاندلس علي المستعين بالله سليمان بن الحكم بن سليمان بن عبد الرحمان الناصر الاموي شخص من الغواد يقال له خيران العامري لانه كان من اصحاب المويد، فلما

Magiſter quidem grammatice interrogaverat, diſcipulus autem, qui quaeſtionem alio ſenſu exceperat, hiſtorice reſpondebat. Magiſter vocem *Nasb* ſenſu grammatico uſurpaverat, quo nominativi caſus pronunciationem deſignat, et Amru, pro more grammaticorum, ut nomen aliquod vagum, poſuerat; diſcipulus autem vocem *Nasb* eo ſenſu accipiebat, quo notat odium adverſus Alin eiusque gentem; et nomen Amru reſtringebat ad illum a nequitia et odio Alii famoſum Amruum filium Aſii, de quo in ſuperioribus multum ſermonem fecimus.

Eodem obiit Imam Abu-Hamed Ahmed, filius Muhammedis, filii Ahmedis, Esfaraienenſis, Imamus de ſecta Schafiaei, natus annos 61 et aliquot menſes. Quum anno CCCLXIII Bagdadum veniret, tanta iam erat eius fama, ut publice docentem convenirent plus tercentum doctores, fakihorum titulis inſignes. Diſcipulis implevit terrarum orbem. Scripſit libros complures; quorum unus eſt quem ſectae ſuae in uſum edidit, Talicat el-Cabra (17) inſcriptum. Esfaraienenſis appellatur a patria Esfaraien, urbe Choraſanica, in tractu Niſaburae, media in via ad Georgianam.

Anno CCCCVII [qui die 9 Iunii A. C. 1016 coepit] vexabat Iamin-ed-daula Mahmud Indos pro conſuetudine ſua, et ad urbes Caſchem et Kennaug, et ad fluvium Kil usque penetrabat, aliisque multis urbibus expugnatis Gaznam redibat ingente cum praeda, viribusque et honoribus auctus.

Hic memoranda nobis venit everſio regni Ommiadarum in Andaluſia, et provinciarum, quas illi iunctim poſſidebant, plures in regulos diſtributio, Alidarumque ibi, ſed brevis, dominatio. Hoc enim anno inſurgebat aliquis ducum adverſus Moſtain-billah Solaimanum, filium Hakemi, filii Solaimani, filii Abd-er-Rahmani Naſeri, Ommiaden. Illi duci nomen erat Chairan (18) Ameri [ſeu de familia Abu-Ameri Manſuri, de quo ſupra]. Inſervierat is olim Heſchamo Movaiiedo. Sed ex



Digitized by Google

فلما ملك سليمان الاموي قرطبة خرج عنه خيران المذكور وسار في
جماعة كثيرة من العامريين ، وكان علي بن حمود العلوي مستوليا
علي سبتة وبينه وبين الاندلس عدوة المجاز ، وكان اخوه القاسم
بن حمود مستوليا علي الجزيرة الخضري من الاندلس ، ولما راي
علي بن حمود خروج خيران علي سليمان عبر من سبتة الي مالقة
واجتمع اليه خيران وغيره من الخارجين علي سليمان الاموي ، وكان
امر هشام الخليفة المويد قد اختفي عليهم من حين استولي ابن
عمه سليمان المذكور علي قرطبة في سنة ثلاث واربعماية علي ما قدّمنا
ذكره واخرج المويد من القصر فلم يطلع للمويد علي خبر ، فاجتمع
خيران وغيره الي علي بن حمود العلوي بالمكتب وهي ما بين المرية
ومالقة سنة ست واربعماية وبايعوا علي بن حمود العلوي علي طاعة
المويد الاموي ان ظهر خبره ، فساروا الي سليمان بقرطبة ، فجري
بينهم قتال شديد انهزم فيه سليمان واخذ اسيرا واحضر هو واخوه
وابوهم الحكم بن سليمان بن عبد الرحمان الناصر ، وكان الحكم
ابو سليمان المذكور متخليا عن الملك للعبادة ، وملك علي بن
حمود قرطبة ودخلها في هذه السنة (اعني سنة سبع واربعماية) ، وقصد
القواد وعلي بن حمود القصر طمعا في ان v يجدوا المويد ، فلم يقفوا
له علي خبر ، فقتل علي بن حمود سليمان واباه واخاه ، ولما قدم
الحكم بن سليمان للقتل قال له علي بن حمود يا شيخ x قتلتم
المويد ، فقال والله ما قتلناه فانه حيّ يرزق y ، فحينيذ اسرع علي z
بن حمود في قتله واظهر علي بن حمود موت المويد ودعي الناس
الي نفسه فبايعوه وتلقّب بالمتوكل بالله وقيل الناصر لدين الله ،
وهو

Digitized by Google

quo Solaiman cum Cortoba regno potitus fuerat, quod anno CCCCIII contigit, et Hefcham nusquam confpici coeperat, ut, quid eo factum, haud conftaret, deficiebat magna cum parte ducum et militum familiae quondam Americae; et apud Mactabum, id oppidum eft inter Meriam et Malagam fitum, anno CCCCVI, Alio, filio Hamudi (19), per Edrifum ab Alio genus ducenti, Sabtae [vel Ceutae] in terra traiectus [feu extrema Mauritania] domino, facramentum ea in verba dicebat, ut ipfe Hefchamo Movaiiedo, fi quando rurfus in confpectum prodiret, addictus et obfequens effet. Nam Ali, accepta Chairani et confpiratorum a Solaimano defectione, propere traiecto freto Gaditano ad fratrem, Cafemum, venerat, in Gazirat-al-chadra [feu Infula viride, fic dicta] urbe Andalufena, regnantem. Iunctis itaque viribus bellum Solaimano inferebant, eumque prope Cortobam adorti gravi praelio fundebant et captivum agebant. Cortobam hoc modo ingreffus Ali, filius Hamudi, hoc anno CCCCVII ftatim excutiebat cum ducibus arcis omnes latebras, num forte alicubi reperiret Movaiiedum; fed neque vola, neque veftigium viri fupererat. Producuntur ergo Solaiman, cum fratre, et communi patre, qui, ut totum fe dare colendi numinis officiis poffet, rerum publicarum curam abiecerat. Poft caefos filios, tandem et pater admotus fupplicio fubeundo interrogatur, num ipfe cum filiis Movaiiedum occidiffet: Negabat Hakem, eum caefum fuiffe; quin potius adhuc in vivis afleverabat eum fupereffe, et ali. Ab hoc edito refponfo iubebat Ali, filius Hamudi, protinus Hakemum tolli, fparfaque in vulgum morte Movaiiedi, vocabat Hifpanos ad dicendum fibi facramentum. Quo facto, titulum Motavakkel billah [feu deo confifi] vel, quod alii perhibent, Nafer ledin allah [affertoris divinae legis] adfcifcebat. Diu tamen gavifus partis haud fuit. Nam Chairan, qui eo tantum eum in finem ufus fuerat, ut fpe fua votisque per ipfum potiretur, id autem cupiebat, fperabatque



Digitized by Google

وهو علي بن حمود بن ابي العيش ميمون بن احمد بن علي بن عبد الله بن عمر بن ادريس بن عبد الله بن الحسن بن الحسن بن علي بن ابي طالب ، ثم ان خيران خرج عن طاعته لانه انما وافقه طمعا في ان يجد المويد محبوسا في قصر قرطبة ليعيده الي الخلافة ، فلما لم يجده سار خيران عن قرطبة يطلب احدا من بني اميه ليقيمه في الخلافة ، فبايع شخصا من بني أمية ولقّبه المرتضي وهو عبد الرحمان بن محمد بن عبد الملك بن عبد الرحمان الناصر الاموي وكان مستخفيا بمدينة جيان واجتمع الي عبد الرحمان المذكور اهل شاطبة وبلنسية وطرطوشه مخالفين علي عليّ بن حمود ، فلم ينتظم لعبد الرحمان المذكور امر ، وجمع علي بن حمود جموعه وقصد المسير اليهم من قرطبة وبرز العساكر الي ظاهرها ودخل علي بن حمود الحمام ليخرج ويسير بالعساكر ، فوثب عليه غلمانه وقتلوه في الحمام ، وكان قتل علي بن حمود في اواخر ذي القعدة سنة ثمان واربعماية ، فلما علمت العساكر بموته دخلوا البلد ، وكان عمره ثمانيا واربعين سنة ومدة ولايته سنة وتسعة اشهر ، ثم ولي بعده اخوه القاسم بن حمود وكان اكبر من اخيه علي بعشرين عاما ولقب القاسم بالمامون ، وبقي القاسم بن حمود مالكا لقرطبة وغيرها الي سنة اثنتي عشرة واربعماية ، ثم سار القاسم من قرطبة الي اشبيلية ، فخرج عليه ابن اخيه يحيي بن علي بن حمود بقرطبة ودعي الناس الي نفسه وخلع عمّه ، فاجابوه وذلك في مستهلّ جمادي الاولي سنة اثنتي عشرة واربعماية ، وتلقّب يحيي بالمعتلي وبقي بقرطبة حتي سار اليه عمه القاسم من اشبيلية ، فخرج يحيي بن

futurum, ut Movaiiedum, herum, inventum in carcere arcis Cortobensis, regno restitueret, irritis studiis deficiebat ab Hamudida, et relicta Cortoba, circumspiciebat aliquem Ommiadarum gentilem, in quem Chalifatum conferret; Abd-er-Rahmano igitur, filio Muhammedis, filii Abd-el-Maleki, filii Abd-er-Rahmani Naseri, sacramentum dicebat, titulumque tribuebat Mortadii; qui ad id tempus in urbe Gaiian [Giennium, vel Iaën] latuerat. Ad hunc Abd-er-Rahmanum accedebant quidem urbes Schatiba (20), et Balansia [Valentia] et Tortosa; vere tamen et firmiter regnasse dicendus non est. Interim rebelles has urbes bello domare tendebat Hamudi filius. Iam Cortoba exierunt copiae, iam ipse balneum ingressus fuerat, quo lotus nitidusque in hostes duceret; quum a protectoribus domesticis in ipso balneo confoditur (21), exeunte mense penultimo anni CCCCVIII, posteaquam annos 48 vixisset et rebus Andalusiae per annum unum et novem menses praefuisset. Frustranea ergo fuit illa expeditio, copiis post acceptam ducis necem Cortobam revertentibus. Peremto frater succedebat, Casem (22), filius Hamudi, filii Abu'l-Aischi Maimuni, filii Ahmedis, filii Alii, filii Abdallae, filii Omari, filii Edrisi minoris, filii Edrisi maioris, filii Abdallae, filii Hasani minoris, filii Hasani maioris, filii Abu-Talebi. Hic, Casem, fratre viginti annis maior, Cortobae et reliquis ei regno adiunctis ad annum CCCCXII usque imperabat sub Mamuni titulo. Eo autem anno quum Sevillam tenderet, seditionem ibi coortam compositurus, occupabat eius ex fratre nepos, Iahia, filius Alii, filii Hamudi, deinceps Motali dictus, absente patruo, Cortobam, faventibus oppidanis; quod kalendis quinti mensis annis CCCCXII contigit. Tenuit praedam Iahia, donec Sevilla Mamun, patruus, adversus nepotem moveret. Ibi relicta Cortoba Iahia Malagam et Gazirat-el-Chadram [seu Insulam viridem] occupabat. Ea mense penultimo anni CCCCXIII acciderunt. Eodem illo tempore necesse

habebat

Digitized by Google

بن علي بن حمود عن قرطبة الي مالقة والجزيرة الخضري فاستولي
عليها وذلك في سنة ثلث عشرة واربعماية في ذي القعدة ودخل القاسم
بن حمود قرطبة في التاريخ المذكور وجري بين اهل قرطبة وبين
القاسم قتال شديد وبقي بينهم القتال نيفا وخمسين يوما ثم انتصر
اهل قرطبة واخرجوه عن قرطبة وانهزم القاسم بن حمود وتفرّق عنه
عسكره فسار الي شريش فقصده ابن اخيه يحيي بن علي بن حمود
وامسك عمه القاسم بن حمود وحبسه حتي مات القاسم في الحبس
بعد موت يحيي ، ولما جري ذلك خرج اهل اشبيلية عن طاعة
القاسم وابن اخيه يحيي وقدّموا عليهم قاضي اشبيلية ابا القاسم
محمد بن اسماعيل بن عباد اللخمي وبقي اليه امر اشبيلية ،
وكانت ولاية القاسم بن حمود بقرطبة الي ان امسك وحبس ثلاثة
اعوام وشهورا وبقي محبوسا الي ان مات سنة احدي وثلثين واربعماية
وقد اسنّ ، ثم اقام اهل قرطبة رجلا من بني امية اسمه عبد الرحمان
بن هشام بن عبد الجبار بن عبد الرحمان الناصر ولقّب عبد الرحمان
المذكور بالمستظهر بالله وهو اخو المهدي محمد بن هشام وبويع
في رمضان وقتلوه في ذي القعدة ، كل ذلك في سنة اربع عشرة واربعماية
ولما قتل المستظهر بويع بالخلافة محمد بن عبد الرحمان بن عبيد
الله بن عبد الرحمان الناصر ولقب محمد المذكور المستكفي ثم خلع
المستكفي المذكور بعد سنة واربعة اشهر فهرب وسم في الطريق فمات
ثم اجتمع اهل قرطبة علي طاعة يحيي بن علي بن حمود العلوي
وكان بمالقة يخطب له بالخلافة ثم خرجوا عن طاعتة في سنة ثمان
عشرة واربعماية وبقي يحيي كذلك مدة ثم سار من مالقة الي قرمونة
واقام

habebat Casem Mamunus Cortobam ingressus cum incolis collatis signis dimicare; tenebatque pugna plus quinquaginta dies, donec tandem oppidani, superiores facti, eum urbe exigerent, et in fugam agerent, ubi desertus a suis copiis, sensim dilabentibus, ipse Scharischam [Xeres] petens, in manus nepotis sui, Iahiae, incidebat. Hic comprehensum patruum in carcerem (23) mittebat, in quo ille, diu post Iahiae mortem, anno CCCCXXXI admodum grandis natu obiit. Triennium cum mensibus aliquot tenuerat Cortobam tum, quum in hostis potestatem venit et libertatem amisit. Interea dum haec geruntur, praeficiebant sibi Sevillani suum Cadium [seu iudicem], exuto Iahiae et Casemi pariter obsequio. Erat ille Cadi Abu'l-Casem Muhammed, filius Ismaelis, filii Abbadi, Lachmita. Cortobenses vero aliquem sibi ex Ommiadica gente imponebant, Abd-er-Rahmanum, filium Heschami, filii Abd-el-Gabbari, filii Abd-er-Rahmani Naseri, sub titulo al-Mostadher billah, fratrem illius Muhammedis Mahdii, quem supra ad annum CCCC diximus a Movaiedo, quem regno exactum ierat, peremtum. Sed et huic Mostadhero brevis erat auctoritas. Salutatus enim Chalifa mense nono anni CCCCXIV paullo post peremtus fuit eiusdem anni mense undecimo, qui annus modo memoratos eventus omnes complectitur. Huic sufficiebatur alius eiusdem gentis, Muhammed, filius Abd-er-Rahmani, filii Obaidallae, filii Abd-er-Rahmani Naseri, sub titulo Mostacfii. Sed et hic sexto et decimo mense post imperio exutus et fugere coactus veneno in itinere periit. Consentiebant itaque Cortobenses Iahiae, filio Alii, filii Hamudi, Malaga, ubi sub arrogato Chalifae titulo regnabat, revocato, denuo se in fidem atque potestatem dare. Sed et hunc rursus an. CCCCXVIII deserebant; initium anni CCCCXIX tandem ipsius vitae finem tulit. Aliquo enim tempore post illam Cortobensium ab ipso defectionem, quum castris Malaga Carmonam promotis, inde Sevillam obsideret, incidebat in insidias,

واقام بها محاصرا لاشبيلية وخرجت للقاضي ابي القاسم بن عباد
خيل وكمن بعضهم فركب يحيي لقتالهم وقتل في المعركة
وكان قتل يحيي المذكور في المحرم سنة سبع وعشرين واربعماية
ولما خلع اهل قرطبة طاعة يحيي كما ذكرنا بايعوا لهشام بن محمد
بن عبد الملك بن عبد الرحمان الناصر الاموي ولقبوه المعتد بالله
وذلك في سنة ثماني عشرة واربعماية حسبما ذكر وجري في ايامه
فتن وخلافات من اهل الاندلس يطول شرحها حتي خلع هشام
المذكور سنة اثنين وعشرين واربعماية ثم اقام اهل قرطبة بعد
هشام شخصا من ولد عبد الرحمان الناصر ايضا اسمه امية ولما
ارادوا ولاية امية قالوا له نخشي عليك ان تقتل فان السعادة قد
ولت عنكم يا بني امية فقال بايعوني اليوم فاقتلوني غدا فلم
ينتظم له امر فاختفي ولم يظهر له خبر بعد ذلك ثم ان الاندلس
اقتسمها اصحاب الاطراف والروسآ وصاروا مثل ملوك الطوايف اما
قرطبة فاستولي عليها ابو الحسن بن جوهر وكان من وزراء الدولة
العامرية وبقي كذلك حتي مات سنة خمس وثلثين واربعماية
واقام بامر قرطبة بعده ابنه ابو الوليد محمد بن جوهر
واما

*v*) في deeſt in cod. Leid.

*x*) شيخ pro شيخي *o mi Schech.*

*y*) حي يرزق *vivit et nutritur.* Elmacin. p. 65. lin. 13. Hiſt. Tamerl. pag. 130.

*z*) اسرع علي Cod. L. اشرع علي temere. Poteſt tamen اشرع aliquo modo defendi, ſed non magna cum ſpecie, pro *imperavit.*

cum equitatui, quem urbis eo tempore dominus, Cadi Abu'l-Casem Muhammed filius Abbadi emiserat, incautus occurreret, ipsaque in pugna cadebat. Cortobenses vero, postquam anno CCCCXVIII, ut diximus, illum Iahiam repudiassent, addicebant suam fidem eodem illo anno Heschamo (24), cognomine Motaddo billah, filio Muhammedis, filii Abd-el-Maleki, filii Abd-er-Rahmani Naseri. Verum et huius Motaddi auctoritas parum diuturna, vehementerque seditionibus atque defectionibus Andalusiorum agitata fuit, quas omnes persequi nostra brevitas haud sinit. Heschamo huic abiecto sufficiebant Cortobenses anno CCCCXXII alium de gente Abd-er-Rahmani Naseri pariter, cui nomen erat Ommia, sed id quidem consilium effectum sortitum non fuit. Nam in eo quum essent ut ipsi sacramentum dicerent, tergiversabantur, metum caussati, ne vitam eius honore tanto deferendo discrimini obiicerent; secundam fortunam videri, vultum ab Ommiadis avertisse. Instabat quidem Chalifatus ille candidatus, pensi negans habere, etiamsi cras ab ipsorum gladiis pereundum sibi esset, dummodo hodie Chalifa nuncuparetur. Sed nihilo tamen minus ab incoepto desistebant; et iste Ommia in latebras inde se abdebat unde in conspectum non rediit, neque quid de illo factum postea fuerit compertum est. Itaque discerptum laceratumque fuit Hispanicum regnum, regulique per maiores urbes et praeturas, quibus ipsi olim praefuerant, suborti, similes illis, quos historici vulgo appellant Moluk et-tavaief, [seu regulis provincialibus, qui post Alexandri Magni excessum, vastum orientis imperium, quod ille unus integrum possederat, comminutum inter se partiti fuerant]. Cortobam quidem occupabat Abu'l-Hasan filius Gauhari (25), qui Veziri munus olim, florente Ameritarum auctoritate, gesserat. Hic eam urbem usque ad a. CCCCXXXV tenuit, quo vivis excedens, locum filio faciebat, Abul'l-Valido filio Gauhari. Sevillam autem corripiebat, ut iam diximus, Abu'l-



Digitized by Google

واما اشبيلية فاستولي عليها قاضيها ابو القاسم محمد بن اسماعيل بن عباد اللخمي وهو من ولد النعمان بن المنذر ولما اقتسمت مملكة الاندلس شاع ان المويد هشاما بن الحكم الذي اختفي خبره قد ظهر وسار الي قلعة رباح *a* واطاعه اهلها فاستدعاه ابن عباد الي اشبيلية فسار اليه وقام بنصره وكتب بظهوره الي ممالك الاندلس فاجاب اكثرهم وخطبوا له وجددت بيعته في المحرم سنة تسع وعشرين واربعماية وبقي المويد حتي ولي المعتضد *b* بن عباد فاظهر موت المويد والصحيح ان المويد لم يظهر خبره مذ عدم من قرطبة في سنة ثلاث واربعماية علي ما قدمنا ذكره وانما كان اظهار المويد من تمويهات ابن عباد وجبلة ومكره ، واما بطليوس فقام بها سابور الفتي العامري وتلقب سابور المذكور بالمنصور ثم انتقلت من بعده الي ابي بكر محمد بن عبد الله بن مسلمة المعروف بابن الافطس وتلقب محمد المذكور بالمظفر واصل ابن الافطس المذكور من بربر مكناسة لكن ولد ابوه بالاندلس فلما توفي محمد المذكور سار ملك بطليوس بعده لابنه عمر بن محمد وتلقب بالمتوكل واتسع ملكه وقتل صبرا مع ولديه عند تغلب امير المسلمين يوسف بن تاشفين علي الاندلس وكان

*a*) رباح Cod. L. رياح Est *Calatrava*. Exstat quidem etiam in cod. Leid. Geogr. Abulfedae p. 122 رياح, sed in Parisino est رباح

*b*) المعتضد Lege المعتمد

Digitized by Google

Casem Muhammed, filius Ismaëlis, fil. Abbadi Lachmita, genus ab illo quondam celebre Hirensium rege, Nomano, filio Mondari, ducens. Hic, nascentem potestatem impostura firmandam ratus, ne videretur sibi potius tyrannidem quaerere, quam legitimo domino ius suum asserere, subornabat aliquem, qui mimum illius Movaiiedi Heschami, filii Hakemi, indueret, quem supra diximus anno CCCCIII a Solaimano arce Cortobense eiectum et ex hominum oculis et notitia exemtum fuisse. Hic itaque commentitius Movaiied, tanto tempore post, conciso demum et distracto a regulis imperio Andaluseno, rursus in famam emergebat, et contendebat ad Calat-Rabah [seu Calatravam], et ab eius praesidiis cupide intromittebatur. Quo facto Abbadides hominem Sevillam exciebat, et venientem tuebatur, mittebatque litteras passim per Andalusiae provincias, quibus Movaiiedum rursus comparuisse significabat. Quibus artibus efficiebat, ut Andalusenorum plurimi ad partes huius Movaiiedi accederent, et sacramentum, olim scilicet dictum, renovarent mense primo anni CCCCXXIX. Tenuit hic mimus usque [ad a. CCCCXXXIII (26)] quo filius huius Abbadidae sub Motamadi titulo, post patris mortem, accipiebat Cortobam, et Movaiiedi obitum prodebat, hoc est, ponebat personam qua confirmatae tyrannidi opus porro et usus non erat. — Bataliusam [vel Badalloxam] administrabat Sabur, Fati [seu puer, vel famulus, satelles,] Ameriticus, assumto Mansuri titulo: post quem devenit res ad Abu-Becrum Muhammedem, filium Abdallae, filii Muslemae, vulgo sub nomine Ibn el-Aftas [seu filii *του σιμου*] notum. Hic titulum Motaffari assumebat; per maiores a Barbaris Macnasah [Mequinez, quod populi nomen est] oriundus; pater tamen eius in Andalusia fuerat editus. Huic Muhammedi Ibn-el-Aftas mortuo succedebat filius, Omar, sub Motavakkeli nomine (27) in regno Bataliuseno, quod ille magnis amplificabat accessionibus. Sed eum cum duobus filiis, Fadlo et Abbaso,



Digitized by Google

وكان اسم ولديه الذين قتلا معه الفضل والعباس ، واما طليطلة
فقام بامرها بن يعيش ثم صارت الي اسماعيل بن عبد الرحمان
بن عامر بن ذي النون وتلقب بالظافر بحول الله واصله من
البربر ثم ملك بعده ولده يحيي بن اسماعيل ثم اخذت منه
الفرنج طليطلة في سنة سبع وسبعين واربعماية وصار هو ببلنسية
واقام بها الي ان قتله القاضي ابن جحاف الاحنف ، واما سرقسطة
والثغر الاعلي فصارت في يد منذر بن يحيي ثم صارت سرقسطة
وما معها بعده لولده يحيي بن منذر ثم صارت لسليمان بن احمد
بن محمد بن هود الجذامي وتلقب بالمستعين بالله ثم صارت
بعده لولده احمد بن سليمان بن احمد ثم ولي بعده ابنه عبد
الملك بن احمد ثم ولي بعده ابنه احمد بن عبد الملك وتلقب
بالمستنصر بالله وعليه انقرضت دولتهم علي راس الخمسماية وصارت
بلادهم جميعها للملثمين * واما طرطوشة فوليها لبيب *e* الفتي
العامري * واما بلنسية فكان بها المنصور ابو الحسن عبد العزيز
المعافري ثم انضاف اليها المرية ، ثم ملك بعده ابنه محمد بن
عبد العزيز ، ثم عبد ربّه صهر المامون بن ذي النون ، واخذ الملك
من محمد بن عبد العزيز في سنة ستة وخمسين واربعماية * واما
السهلة فملكها عبود بن رزين واصله بربري * واما دانية
والجزاير فكانت بيد الموفّق بن الحسين بن *d* مجاهد
العامري * واما مرسية فوليها بنو طاهر واستقامت لابي عبد
الرحمان منهم الي ان اخذها منه المعتضد بن عباد ،
ثم

*e*) لبيب Cod. L. لبيت *d*) Vox بن deerat in cod. L.

in carcere ſuſtulit Hiſpaniam invadens et ſui iuris faciens princeps Muſulmanorum Ioſeph, filius Teſchfini. — Tolaitalam primus habebat Ibn-Iaïſch, poſt eum Iſmaël, filius Abd-er-Rahmani, filii Ameri, Ibn-du'n-Nuni, ſub titulo Taferi behaul-allah [ſeu victorioſi per potentiam dei]. Erat hic e Barbaria pariter oriundus. Filius et ſucceſſor eius, Iahia, fuit ille, quem Franci anno CCCCLXXVII Tolaitala exegerunt. Quo ex tempore Iahia Valentiae verſatus eſt, donec ibi ab urbis Cadio, Ibn-Gahhafo Ahnafo, peremtus fuit. — Saracoſtam et Togr al-ala [ſeu Marcam ſuperiorem, qua nempe ditio Muſlemica Chriſtianam, ſeu Francicam, verſus Ebrum et Pyrenaeos montes, contingebat] Mondar, filius Iahiae, nanciſcebatur, et poſt eum Solaiman, filius Ahmedis, filii Muhammedis, Ibn-Hud, Godamita, qui titulum Moſtaini billah ſibi tribuebat. Hic genti ſuae relinquebat acquiſitam poteſtatem. Ipſi enim ſuccedebat filius, Ahmed, huic filius Abd-al-Malec, huic filius Ahmed [minor], qui ſub titulo Moſtanſar billah, ſuae gentis ultimus (28) Caeſaraugustae dominatus eſt, ad initia fere Saeculi ſexti. Tum enim Molattamun totum illud occuparunt. — Tortoſam accepit Labib, puer Ameritarum. — Valentiam Manſur Abu'l-Haſan Abd-al-Aziz Moafericus [ſeu ab Arabica tribu Moafer oriundus] cui poſtea etiam accedebat Maria [Almeria]. Huic Abd-al-Azizo ſuccedebat filius, Muhammed. Sed ei quidem regnum eripiebat anno CCCCLVII Abd-Rabbihi, gener Mamuni Ibn-du'n-Nuni. — Sehlam (29) [ſeu planitiem, Campaniam] arripiebat Abud Ibn-Razin, Barbarus. — Deniam et Gazaier [ſeu inſulas] Movaffec, filius Hoſaini, f. Mogahedi (30), Americus. — De Morſia [vel Murcia] ſecum certabant aliquamdiu Taheridae, donec tandem unus eorundem, Abd-er-Rahman (31), absque controverſia dominaretur. Sed et hunc inde Motaded Ibn-Abbad eiiciebat, qui tamen neque ipſe firmum ibi gradum tenere poterat. Nam primum quidem praefectus, quem Murciae ſuo nomine

Digitized by Google

ثم عصي بها نايبها عليه ثم صارت للملثمين * واما المرية فملكها خيران العامري ، ثم ملك المرية بعده زهير العامري واتسع ملكه الي شاطبة ثم قتل وصارت مملكته الي المنصور عبد العزيز بن عبد الرحمان بن ابي عامر ثم انتقلت الي ان صارت للملثمين * واما مالقه فملكها بنو علي بن حمود العلوي فلم تزل في مملكه العلويين يخطب لهم فيها بالخلافة الي ان اخذها منهم باديس بن حبوس صاحب غرناطة * واما غرناطة فملكها حبوس بن مالس الصنهاجي * فهذه صورة تفرّق ممالك الاندلس بعد ما كانت مجتمعة للخلفاء بني امية ، وقد نظم ابو طالب عبد الجبار المعروف بالمتني الاندلسي من اهل جزيرة شقر ارجوزة تحتوي علي فنون من العلوم وذكر فيها شيا من التاريخ يشتمل علي تفرق ممالك الاندلس ، فمن ذلك قوله لما راي اعلام اهل قرطبة ان الامور عندهم مضطربة وعدمت شاكلة الطاعة *e* استعملت اراها الجماعة ، فقدّموا الشيخ من ال جوهر المكتني بالحزم والتدبير ، ثم ابنه ابا الوليد بعده وكان يحدو في السداد قصده ، فجاهرت بجورها الجهاورة *f* وكل قطر حل فيه فاقرة *g* ، والثغر الاعلي قام فيه منذر ، ثم ابن هود بعد فيما يذكر ،

وابن

*e*) الطاعة Cod. Leid. للطاعة

*f*) الجهاورة Forma rarior. Pluralis, ut puto, a fingulari جُهْوُر et notat ex mea fententia *feditiofos*, ut valde loquaces in bellis civilibus, vel *eminentes* h. e. *magnates*.

*g*) فاقرة *magna calamitas*. Proprie *vertebras rumpens*, aut *frangens*, aut *diffecans*, vel et *perforans*. الفاقرة الداهية والفقر في الاصل القطع h. e.

Digitized by Google

nomine imposuerat, ab ipso desciscebat: dein totum Ibn-Abbadi et ceterorum regulorum imperia communi strage sternebant, qui Molattamun dicuntur. — Mariam (32) occupabat primum Chairan Americus, dein Zohaïr, alter aliquis Americus [seu familiae Ameritarum quondam minister satelles, aut libertus,] qui dominationem suam ad Schatibam usque protendebat. Eo tandem occiso provincia deveniebat ad aliquem de ipsa gente Ameritarum principem, scilicet ad paullo ante laudatum Abd-el-Azizum Mansurum, filium Abd-er-Rahmani, filii Abu-Ameri; dein ab uno hero ad alterum, tandem ad Molattamun. — Malecam [vel Mallagam] habebat gens Alii, filii Hamudi, Alidae, qui etiam eam sub Chalifarum titulo tenuerunt, donec per Badisum, filium Habusi (33), Sanhagitam, dominum Garnatae, inde expellerentur. Huius nempe pater, Males, Sanhagita, Garnatam [vel Grenadam] in illa universa Ommiadicorum spoliorum direptione primus genti suae asseruerat. In hunc modum dilaniatae fuerunt Hispanicae provinciae, quae olim simul omnes unis Ommiadicis parebant Chalifis. Abd-el-Gabbar, Ibn-al-Motanni vulgo dictus ex Gazirat [seu insula] Schucar* oriundus, in suis rhythmis [aut iambis] in quibus varia scientiarum genera pertractat, et historica etiam habet aliqua, breviter enarrat Hispanici regni distributionem his verbis. "Cortobenses videntes res suas turbatas mutuisque parentium et imperantium vicibus carentes communi de consilio legebant Scheichum de gente Gauhari, a prudentia et regendi artium peritia celebrem. Cuius filius Abu'l-Valid praeclara patris vestigia premebat. Verum seditiosi tyrannidem suam explicabant, et in unamquamque provinciam incumbebat magnum infortunium. In Marchia superiore surgebat Mondar; tum filius Hudi.

Turbabat

* Est urbs *Xucar*, ad cognominem fluvium sita.



Digitized by Google

وابن يعيش ثار في طليطلة ، ثم ابن ذي النون تصفّي الملك له ،
وفي بطليوس انتدب *h* سابور وبعده ابن الافطس المنصور ، وثار في
اشبيلية *i* بنو عباد والكذب والفتون في ازدياد ، وثار في غرناطة
حبوس ثم ابنه من بعده باديس ، وال معن ملكوا المرية بسيرة
محمودة مرضية ، وثار في شرق البلاد الفتيان العامريون ومنهم خيران
ثم زهير والفتي لبيب ومنهم مجاهد اللبيب ، وسلطان رسي بمرسي
دانية ثم غزي حتي الي سردانية ، ثم اقامت هذه الصقالبة لابن ابي
عامرهم بشاطبة ومحلّ ملكهم *k* بلنسية ، وثار ال طاهر بمرسية ،
وبلد البنت لال قاسم وهو حتي الان فيه حاكم ، وابن رزين جاره
في السهلة امهل ايضا ثم قل المهلة ، ثم استمرت هذه الطوايف
بخلفهم من آلهم خوالف *

ذكر غيره من الحوادث ، وفي هذه السنة (اعني سنة سبع
واربعماية) قتلت الشيعة بافريقية وتبع من بغي منهم فقتلوا ، وكان
سببه ان المعز بن باديس *l* ركب في القيروان فاجتاز بجماعة ،
فسال عنهم فقيل له هاولاء رافضة يسبّون ابا بكر وعمر ، فقال المعز
رضي الله عن ابي بكر وعمر ، فثار بهم الناس واقاموا الفتنة
وقتلوهم طمعا في النهب *

ثم

h. e. الفاقرة *est calamitas, et* فقر *in origine notat secare:* verba sunt Succarii ad illud in Divan Hudeil.

اقصر قبل فاقرة اذا تصيب سواء الانف تحتفل ،

"Moderare tibi, antequam contingat فاقرة scindens aut frangens vertebras calamitas; quae, si feriat medias nares, totas abripiat."

Ita

Turbabat Toleti Ibn-Iaïſch; dein liquidum et quietum erat id regnum filio Du'n-Nuni. Bataliuſae Sabur ſe efferebat; tunc Ibn-al-Aftas el-Manſur. Eſchbilam Abbadidae ſeditionibus quaſſabant, et impoſturis malisque in dies creſcentibus. Garnatae conſurgebat Habus, tum filius eius Badis. Maanidae rexerunt Mariam cum laude. In orientali Hiſpania tumultuabantur Fatii [ſeu pueri vel ſervi] Americi; Chairan, et Zohair, et Labib, et Mogahed vir cordatus, et Sultanus, qui haeſit in portu Deniae, dein excurrit in hoſtes usque ad Sardiniam. Hi ſervi tandem aliquem de domo herili, hoc eſt de gente Ameri, dominum in Schatiba conſtituebant, cuius ſedes erat Balenſia. Taheridae in Morſia turbabant, et Caſemitae in Beld-al-pont [ſeu terra Alpont] (34) adhucdum obtinent. Eorum vicinus Ibn-Razin in Sehla quiete agebat, neglectus ab inimicis potentioribus, quos gravioris momenti res diſtringebant: verum et illa tandem quoque deſinebat quies. Iſtae ditiones deinceps in eorum quos diximus, familiis continuabant ab uno ad alterum devolutae." Hactenus ille rhythmorum conditor.

Nunc ad reliquos huius anni CCCCVII eventus memoria dignos progrediamur. Huc referimus communem illam caedem, quae Schiitas per Africam hoc anno attrivit. Quae clades ex eo ipſis contigit, quod Maazz, filius Badiſi, dominus Africae, aliquando per Cairovanam obequitans, turbam quandam videret hominum, quos quum ignoraret, quales eſſent interrogabat praeſentem familiarium coronam. Reſpondebant, eſſe Rafeditas, qui Abu-Becrum et Omarum reſpuant et probris onerent. Nihil aliud quidem ad haec reſpondebat Maazzus, quam haec verba: "Deus Abu-Becro et Omaro benignus ſit!" [ipſe enim Sunnita erat:] multitudo autem, hoc quaſi ſigno ad impetum faciendum ſublato, in illos, Rafeditas, irruebat, praedae avida, neque praeſentes tantum obtruncabant, ſed omnes quoque, qui cladem effugerant, acriter ſcrutati, extremis ſuppliciis afficiebant.



Digitized by Google

ثم دخلت سنة ثمان واربعماية ، فيها مات طغان خان ملك تركستان (ومدينة تركستان كاشغر) ، ولما كان طغان خان مريضا سارت جيوش الصين من الترك والخطا الي بلده ، فدعي طغان خان الله تعالي في ان يعافيه ليقاتلهم ثم يفعل به ما يشاء ، فتعافي وجمع العساكر وسار اليهم في زهاء ثلثماية الف خركات فكبسهم وقتل منهم زيادة علي مايتي الف رجلا واسر نحو ماية الف وغنم ما لا يحصي وعاد الي بلاساغون فمات بها عقيب وصوله ، وكان عادلا ديّنا ، وما اشبه قصة هذه بقصة سعد بن معاذ الانصاري رضي الله عنه في غزوة الخندق لما جرح في وقعة الخندق وسال الله ان يحييه الي ان يشاهد غزوة بني قريظة فاندمل جرحه حتي فرغ رسول الله من قتل بني قريظة وسبيهم فانتقض جرح سعد ومات رضي الله عنه ، ولما مات طغان خان ملك اخوه ابو المظفر ارسلان خان *

ذكر وفاة مهذب الدولة صاحب البطيحة ، وفي هذه السنة في جمادي الاولي توفي مهذب الدولة ابو الحسن بن علي بن نصر ومولده سنة خمس وثلثين وثلثماية وهو الذي هرب اليه القادر بالله ، وسبب موته انه افتصد فورم ساعده واشتد بسبب ذلك به المرض ، فلما اشرف علي

Ita notio *incidendi* praefertim *per crenas parallelas* obtinet in illo apud Meidanium:

ضربة فاس فوق راسي فاقرة

"percuffio fecuris fuper capite meo incidens [crenatim, petram nempe, quae ifto loco fubintelligitur]."

Hinc *incidere vertebras animalis mactati* eft apud Tebriz. ad Moallac. Amrilcaifi: اخترط سيفه ففقرها ثم كشطها "evaginabat gladium fuum

Digitized by Google

Anno CCCCVIII [qui die 29 Iunii A. Chr. 1017 coepit] obiit Tagan Chan, Turkeſtanae rex, cuius regionis capitalis et regia ſedes eſt Caſchgar. Aegrotante illo magnae copiae Sinenſes, e Chataeis et Turcis compoſitae, invadebant eius ditionem (35); quos Tagan ulciſci ardens rogabat deum, vellet virium robur eo ſaltim ſibi reddere, quo poſſet aggreſſores retundere. Vbi votis damnatus fuerit, permittere divino numini quidquid in ſe porro velit ſtatuere. Redditus itaque ſanitati cogebat ſuas copias, et tercenties mille Horcat [vel hordas vulgo] ſuorum Turcarum educebat in hoſtem, quem ſubito aggreſſus nec opinantem funditus delevit, plus ducenta virorum millia caecidit, centum fere millia mulierum et nondum adultae aetatis in captivitatem rapuit, et praedam egit innumerabilem. Itaque redux ad Balaſagunam factus paullo poſt deceſſit, vir a iuſtitiae obſervatione cultuque ſupremi numinis clarus. Quam caſus hic illi ſimillimus eſt, quem ſupra, in rebus geſtis prophetae noſtri attulimus ſub anno quinto, de Saado, filio Moadi, Anſarita, cui deus bene velit! Hic enim per illas ad foſſam Medinenſem velitationes vulneratus, orabat deum ſupplex, vellet ſibi vitam eo ſaltim protelare, quo expeditioni contra Iudaeos Arabes de gente Coraita inſtituendae intereſſe poſſet. Voti fit compos: coibat vulnus, neque prius recrudeſcebat, neque necem ipſi afferebat, quam Iudaeos illos, viros quidem omnes caeſos, mulieres autem raptas vidiſſet. Tagan Chano ſucceſſit in imperium eius frater, Abu'l-Modaffer Arſlan Chan.

Obiit etiam huius anni quinto menſe Mohaddeb-ed-daula Abu'l-Haſan, filius Alii, filii Naſri, dominus Lacuum, ille, ad quem confugiſſe Caderum ſupra diximus: natus fuerat anno CCCXXXV. Mortem ei attulit ſiniſtre inſtituta in brachio venae ſectio. Nam laeſo forte tendine tumefactum concepto igne brachium corrumpebatur, hominemque ſimul trahebat. Interea dum ſic ille iam proximum ſibi fatum exſpectat, comprehende-

 bat

Digitized by Google

علي الموت وثب ابن اخت مهذب الدولة (وهو ابو محمد عبد الله بن نبي) فقبض علي احمد m بن مهذب الدولة قبل موته فاعلمته n بما جري علي ابنه فقال لها مهذب الدولة اي شي اقدر ان اعمل وانا علي هذا الحال، ومات من الغد فولي الامر ابو محمد ابن اخت مهذب الدولة المذكور وضرب ابن مهذب الدولة ضربا شديدا فمات احمد بن مهذب الدولة من ذلك الضرب بعد ثلثة ايام من موت ابيه ، ثم حصل لابي محمد ذبحة فمات منها وكان مدة ملكه دون ثلاثة اشهر، فولي البطيحة بعده الحسين بن بكر الشرابي وكان من خواص مهذب الدولة ثم قبض عليه سلطان الدولة في سنة ست عشرة واربعماية وارسل سلطان الدولة صدقة بن فارس المازياري فملك البطيحة *

وفيها مات علي بن مزيد الاسدي وصار الامير بعده ابنه دبيس بن علي بن مزيد *

وفي هذه السنة ضعف امر الديلم ببغداد وطمعت فيهم العامة وكثرت العيارون والمفسدون ببغداد ونهبوا الاموال *

وفيها قدم سلطان الدولة الي بغداد وضرب الطبل في اوقات الصلوات الخمس وكان جده عضد الدولة يفعل ذلك في اوقات ثلاث صلوات *

ثم دخلت سنة تسع واربعماية ، فيها غزي يمين الدولة الهند علي عادته وقتل وغنم وفتح وعاد الي غزنة مظفرا منصورا *

وفيها مات عبد الغني بن سعيد الحافظ المصري صاحب المؤتلف والمختلف *

ثم

Digitized by Google

bat eius ex ſorore nepos, Abu-Muhammed Abdalla, filius Nabii, filium ipſius, Ahmedem; cuius caſus indicium patri adhuc vivo quum faceret ipſius ſoror, tyranni mater, dicebat ille: At quid ego faciam, in tanta mea imbecillitate et ruina? Cedere fato meo me decet; alteroque deinceps mane peribat, quo facto Abu-Muhammed Abdalla protinus arrepta tyrannide, legitimum haeredem, avunculi filium, cuius ſe compotem adhuc vivo patre fecerat, diris modis fuſtigat, e quibus verberibus ille periit die a Mohaddeb-ed-daulae obitu tertio. Sed neque ipſe praedae per nequitiam comparatae per tres integros menſes incubuit, ab angina paullo poſt ſublatus. Itaque dominium in Lacubus occupabat Hoſain, filius Becri, Scharabicus, de Mohaddebi quondam famulitio familiare. Sed huic correpto anno CCCCXVI, ſubſtituebat Sultan-ed-daula Sadacam, fil. Fareſi, Maziaritam.

Eodem obiit Ali, fil. Maziadi, Aſadita, poſt quem filius eius Dobais, ſuae tribus Emirus [et paternae quoque ditionis, hoc eſt Hellae, an Nili cet. haeres] factus eſt.

Hoc anno tam eviluit potentia Dailomitarum, ut vel Bagdadicae plebis petulantiae pateret: quo factum, ut nebulones et graſſatores Bagdadi omnia ſceleribus et rapinis complerent.

Eodem anno Bagdadum veniebat [ex Ahvaza ubi ordinarie reſidebat] Sultan-ed-daula, curabatque tempus quinque ſollemnium per nychthemeron precum pulſatione tympanorum ſignificari. Avus eius, Adad-ed-daula, idem quoque, ſed ter tantummodo per diem, fecerat. (36)

Anno CCCCIX [qui die 29 Maii A. C. 1018 coepit] vexabat Indos pro more ſuo Iamin-ed-daula Mahmud, filius Sobocte-kini, praedaque onuſtus Gaznam repetebat.

Eodem obiit Abd-el-Gani, filius Saidi, Hafet, Miſrenſis, auctor el-Mutalaf va'l Mochtalaf [ſeu coniuncti et diſparati, libri ſic inſcripti].

Anno

ثم دخلت سنة عشر واربعماية ، فيها توفي وثاب بن سابق
النميري صاحب حران وملك بعده ولده شبيب بن وثاب ✡

ثم دخلت سنة احدي عشرة واربعماية ، ذكر موت الحاكم ، في
هذه السنة لثلث بقين من شوال فقد الحاكم بامر الله ابو علي
منصور بن العزيز بالله العلوي صاحب مصر ، وكان فقده بان خرج
يطوف بالليل علي رسمه واصبح عند قبر الفقاعي وتوجه الي شرقي
حلوان ومعه ركابيان ، فاعاد احدهما مع جماعة من العرب ليوصلهم
ما اطلق لهم من بيت المال ، ثم عاد الركابي الاخر واخبر انه خلف
الحاكم عند العين والمقصبة ، فخرج جماعة من اصحابه لكشف
اخباره فوجدوا عند حلوان حمار الحاكم وقد ضربت يده بسيف
وعليه سرجه ولجامه واتبعوا الاثر فوجدوا ثياب الحاكم فعادوا ولم
يشكّوا في قتله ، وكان سبب قتله انه تهدّد اخته ، فاتفقت مع بعض
القواد وجهّزوا عليه من قتله ، وكان عمر الحاكم ستا وثلثين سنة
وتسعة اشهر وولايته خمسا وعشرين سنة واياما ، وكان جوّادا سفّاكا
للدماء وكان تصدر عنه افعال متناقضة يامر بالشي ثم ينهي عنه ،
وولي الخلافة بعده ابنه الظاهر لاعزاز دين الله ابو الحسن علي
بن منصور الحاكم بامر الله وبويع له بالخلافة في اليوم السابع
من قتل الحاكم وهو ان ذاك صبي وكتبت الكتب الي بلاد مصر
والشام باخذ البيعة له ، وجمعت عمته اخت الحاكم واسمها ست الملك
الناس

suum et فغرها crenatim incidebat articulos vertebrarum eius, et tum deglubebat eam" camelum nempe. Ita quoque camelo *nasum incidere* aut *perforare*, traiiciendi lori caussa فغر dicitur. ضرس الجرير
ان

Anno CCCCX [qui die 19 Maii A. C. 1019 coepit] obiit Vatâb, filius Sabeki, Nomairita [ſeu Arabs, de tribu Nomair] dominus Harranae, habuitque ſucceſſorem ſuum filium, Schabibum.

Anno CCCCXI [qui die 26 April. A. Chr. 1020 coepit] antepenultimo die menſis decimi deſideratus eſt Hakem beamrallah Abu-Ali Manſur, filius Azizi billah, Alida, dominus Aegypti. Exiverat nocte, quam vixit ultimam, pro more ſuo circumcurſitans per urbem [Miſram] et mane fuerat apud ſepulcrum Fakkaitae, et verſus orientem Helvanae proceſſerat, in comitatu duorum ſtabuli comitum; quorum unum remittebat cum turba quadam Arabum, numeraturum ipſis aſſignata ex aerario ſtipendia; alter quoque paullo poſt redeuns narrabat, reliquiſſe Hakemum apud Ain [ſeu fontem] et Macſalat [ſeu arundinetum]. Exibant igitur aliqui Chalifae familiares, in rem et fortunam eius inquiſitum, qui aſinum Hakemi apud Helvanum deprehendunt, pède dextro mutilatum, ſed ſella frenoque adhuc inſtructum. Perſecuti porro veſtigia reperibant eiusdem veſtes; quibus conſpectis domum redeunt, alteriore omiſſa indagatione, neque amplius dubitantes de ipſius caede. Illam ipſi machinata eſt eius ſoror (37), quae minis eius territa cum aliquot copiarum ducibus in eius interitum conſpirabat, ideoque percuſſores ipſi immittebat. (38) Vixerat annos triginta ſex, cum novem menſibus; rexerat Aegyptum per annos viginti quinque, et quod excurrit: erat indole liberale, ſanguinum prodigus; ſaepe viſus eſt mira et ſecum pugnantia gerere, et quod ante ipſe imperaverat, nunc vetare. (39) Succeſſit ipſi filius, Taher liizaz din allah [hoc eſt apparens et ſurgens ad aſſerendam fidem dei] Abu'l-Haſan Ali, et ſalutatus eſt Chalifa dicto ſacramento ſeptimo die a caede patris, qua de re per Aegyptum et Syriam dimiſſis litteris ſignificatum, et, ut idem ubique fieret, imperatum fuit. Sit-el-Molk, ſoror Hakemi, eadem, quae necem ipſi com-



Digitized by Google

الناس ووعدتهم واحسنت اليهم ورتّبت الامور وباشرت تدبير الملك بنفسها وقويت هيبتها عند الناس وعاشت بعد قتل الحاكم اربع سنين وماتت *

ذكر ملك مشرّف الدولة بن بهاء الدولة بن عضد الدولة العراق ، وفي هذه السنة في ذي الحجة شغبت الجند ببغداد علي سلطان الدولة فاراد الانحدار الي واسط فقال الجند اما ان تجعل عندنا ولدك واما اخاك مشرف الدولة ، فاستخلف اخاه مشرف الدولة علي العراق وسار سلطان الدولة عن بغداد الي الاهواز واستوزر في طريقه ابن سهلان ، فاستوحش مشرف الدولة من ذلك ، وارسل سلطان الدولة وزيره ابن سهلان ليخرج اخاه مشرف الدولة من العراق ، فسار اليه واقتتلا فانتصر مشرف الدولة وامسك ابن سهلان وسمّله ، فلما سمع سلطان الدولة بذلك ضعفت نفسه وهرب الي الاهواز في اربعماية فارس فاستقر مشرف الدولة بن بهاء الدولة في ملك العراق وقطعت خطبة سلطان الدولة وخطب لمشرف الدولة في اخر المحرم سنة اثنتي عشرة واربعماية *

وفيها قبض في الموصل معتمد الدولة قرواش علي وزيره الي القاسم المغربي ثم اطلقه فيما بعد ، وقبض ايضا علي سليمان بن فهد وكان ابن فهد في حداثته بين يدي الصابي ببغداد ثم صعد الي الموصل وخدم

ان يلوي عليه قد او وتر ثم يغفر انف البعير اي يحز قصبة الانف فيوضع ذلك الموضع من الجرير عليه ، فاذا حرك زمامه اوجعه فانقاد ، Verba sunt Tebrizii ad Hamasam. h. e. "Morsus funis, qui Garir dicitur, ita fit. Dicto funi circumvolvitur in aliqua parte

paraverat, magnates regni coactos pollicitationibus beneficiisque ſibi obſtringebat, ordinabat ipſa tractabatque negotia, eoque magnam apud cives auctoritatem obtinebat, quoad vixit. Vixit autem poſt caedem fratris quatuor annos.

Eiusdem anni ultimo menſe tumultuabantur praeſidia Bagdadi contra Sultan-ed-daulam; quorum ille metu Vaſetam aufugere meditabatur, nolebant tamen milites eum dimittere, niſi prius aut filium ſuum, aut fratrem, Moſcharref-ed-daulam, ipſis imperatorem ſuo nomine locoque reliquerit. Fratrem itaque, Moſcharrefum, rerum in Iraca per ſuam abſentiam conſtituebat curatorem, tendensque in Ahvazitidem, retro Bagdadum mittebat, nuncupatum ipſa in via Vezirum Ibn-Sahlanum. Vnde ſimultatem concipere maleque ſibi coepit augurari Moſcharref-ed-daula. Neque ſane de nihilo erat illa ſuſpicio. Miſſus enim alium in finem non erat hic Sahlanides, quam ut Moſcharrefum ex Iraca exigeret. Aggreſſori ergo Moſcharrefus ibat obviam cum copiis, praeliumque committebat, quo fundebat adverſam partem et ipſum capiebat Sahlanidem, cui poenam hanc ſtatuebat, ut eum luminibus per candentem laminam privaret. Iacturae huius rumor adeo terrebat Sultan-ed-daulam, ut ſolum ſe deſertúmque ſuſtinendo bello ſentiens imparem fore, cum quadringentis equitibus ad Ahvazam aufugeret, eaque ratione fratri Moſcharrefo vacuum Irakae principatum permitteret; cui ſub finem primi menſis anni ſequentis CCCCXII vota Bagdadi facta ſunt, ſuppreſſo Sultan-ed-daulae nomine.

Hoc anno comprehendebat Mauſelae, Motamad-ed-daula Carvaſch Vezirum ſuum, Abu'l-Caſemum Magrabicum, [ſeu occidentalem, vel Africanum,] quem tamen deinde rurſus libertate donavit; et pariter quoque Solaimanum, Ibn-Fahdi vulgo dictum; qui iuvenis olim ſervierat Sabaeo,* dein Mauſelam

 aſcen-

* Neſcio quis ille hic deſignetur. Forte aliquid deeſt. Quid ſi Ibn-Helal es-Sabi, el-Cateb, Vezirus Bochtegari, intelligatur?

Digitized by Google

وخدم المقلد بن المسيب والد قرواش ثم نظر في ضياع قرواش فظلم اهلها ثم سخط قرواش عليه وحبسه وقتله، وهو المذكور في شعر ابن الرمكرم في ابياته التي هي،

وليل كوجه البرقعيدي مظلم وبرد اغانيه وطول قرونه،
سريت ونومي فيه مشرد كعقل سليمان بن فهد ودينه،
علي اولق ه فيه التفات كانه ابو جابر في خبطه وجنونه،
الي ان بدا ضو الصباح كانه سنا وجه قرواش وجبينه *

وكان من حديث هذه الابيات ان قرواشا جلس للشراب في ليلة شاتية وكان عنده المذكورون وهم البرقعيدي وكان مغنيا لقرواش وسليمان بن فهد المذكور وابو جابر وكان حاجبا لقرواش، فامر قرواش ابن الرمكرم الشاعر ان يمدحه ويهجو المذكورين، فعمل هذه الابيات البديهية *

وفيها اجتمع غريب بن معن ودبيس بن علي بن مزيد واتاهم عسكر من بغداد وجري بينهم وبين قرواش قتال، فانهزم قرواش فامتدت يد نوّاب السلطان علي اعماله، فارسل قرواش يسال الصفح عنه *

وفيها

parte lorum aut nervus. Tum يقغر nasus cameli, hoc est, inciditur et resecatur imbrex eius. Tum imponitur plagae regio illa funis obvoluta; quae, si camelus habenam movet, dolore ipsum afficit. Itaque cicuratur." Dicitur quoque فقر de *perforatione margaritarum* vel *sphaerularum;* ut in illo Amralcaisi:

غرايبر في كن وصون ونعمة تحلّين ياقوتا وشرا مفقّرا،
"Candidae, sub velo et sollicita asservatione et in molli vita habitae, ornatae rubinis et unionibus perforatis."

Ex

Digitized by Google

aſcenderat, ibique in familiam Mocalledi, filii Moſaiiebi, ſeu, patris huius Kervaſchi, pervenerat: tandem ab ipſo Kervaſcho ſuis quibusdam praediis ut quaeſtor praefectus fuerat, ſed iniquitate in colonos merebat iram heri, et carcerem, et tandem quoque extremum ſupplicium. Hic eſt ille quem Ibn-er-Ramacram, poëta vulgo ſic appellatus, commemorat in iſtis ſuis verſiculis:

De nocte, quae tam nigra erat, atque facies Barcaidenſis eſt, et tam frigida, ut eiusdem cantica, et tam longa, ut eius cornua,
de tale inquam nocte profectus fui, ſomno a me tam alieno et profligato, quam ſapientia et pietas alienae ſunt et remotae a Solaimano, filio Fahdi;
per vallem, in qua bona fides tam male ambulat, tam regnat ſimulatio et perfidia, ut videri poſſet ibi Abu-Gaber cum ſtoliditate et inſania ſua regnare:
donec emicaret lumen aurorae tam purum atque ſplendidum, ac ſi eſſet nitor faciei ac frontis Kervaſchi.

Ad capiendam mentem horum verſiculorum tenendum eſt, Kervaſchum aliquando per hiemem convivium inſtituiſſe, cui modo commemorati aderant omnes; Borcaidenſis muſicus, Solaiman Ibn-Fahdi, tertius Abu-Gaber, Hageb [ſeu cubicularius] et quartus poëta Ibn-er-Ramacram. Cui ut illos perſtringeret, ſe vero, Kervaſchum, ut laudaret ſubitaneo carmine, imperabat Emirus. Et inde natum fuit hoc deproperatum extempore ſcommatium.

Hunc eundem Kervaſchum hoc anno bello adoriebantur duo Arabum Emiri, unus Garib, filius Maani, alter Dobais, filius Alii, filii Maziadi, copiis Bagdado miſſis aucti et confirmati, commiſſoque illum praelio fundebant, eiusque provincias valde lacerabant. Quod ille videns, imparemque ſe reſiſtendo intelligens, veniam a Sultano [Moſcharref-ed-daula] ſupplex deprecabatur.



Digitized by Google

وفيها علي ما حكاه ابن الاثير في حوادث هذه السنة في ربيع الاخر نشات سحابة بافريقية شديدة البرق والرعد فامطرت حجارة كثيرة وهلك كل من اصابته ✱

ثم دخلت سنة اثنتي عشرة واربعماية ، فيها مات صدقة بن فارس المازياري امير البطيحة وضمنها ابو نصر شيرازاد بن الحسن بن مروان واستقر فيها وامنت به الطرق ✱

وفيها توفي علي بن هلال المعروف بابن البواب المشهور بجودة الخط ، وقيل كان موته سنة ثلاث عشرة وكان عنده علم وكان يقص بجامع المدينة *p* ببغداد ، ويقال له ابن الستري ايضا لان اباه كان بوابا والبواب يلازم ستر الباب فلهذا نسب اليه ايضا ، وكان شيخه في الكتابة محمد بن اسد بن علي القاري الكاتب البزاز البغدادي ، وتوفي ابن البواب ببغداد ودفن جوار *q* احمد بن حنبل ✱

وفيها توفي ابو عبد الرحمان محمد بن الحسين *r* السلمي الصوفي صاحب طبقات الصوفية ✱

وفيها توفي علي بن عبد الرحمان الفقيه البغدادي المعروف بصريع الدلي *s* قتيل الغواشي ذي الرقاعتين الشاعر المشهور وله قصيدة في المجون فمنها قوله ،

ولبس

Ex eo dictus fuit الفقير *pauper, egenus,* cui fractae quasi vertebrae, vires sese movendi, nervi rerum gerendarum desunt. Et فاقرة *summa calamitas,* nervos, articulos, vertebras, consilia, effugia, omnia intercidens. الفواقر الدواهي العظام كانها تكسر فقار الظهار ، الواحدة فاقرة verba sunt scholiastae ad Haririum conf. XXXII. Pariter Meidanius proverbium عمل به الفاقرة hoc modo interpretatur اي عمل به عملا كسر

Huius anni quarto menſe narrat Ibn-el-Atir in Libyam detonuiſſe nubem fulminibus tonitruque et multis foetam lapidibus, quorum unusquisque, quem feriret, confecerit.

Anno CCCCXII [qui die 16 April. A. Chr. 1021 coepit] obibat Sadaca, filius Fareſi, Maziarita, Lacuum Emirus; quos Abu-Naſr Schirazad, filius Haſani, filii Marvani, pacto annuo tributo nactus [a Moſcharref-ed-daula], vias impoſterum in illo tractu tutas habuit, a latronibus repurgatas.

Eodem obiit, aut ut alii perhibent, proxime ſequente anno CCCCXIII, Ali, filius Helali, vulgo Ibn-el-Bavvabi, [ſeu filius ianitoris] nec non Ibn-es-Sitri [ſeu filius eius, qui velo auguſtis foribus praetenſo adſtat], appellatus; quod eodem redit. Pater enim eius, Helal, fuerat oſtiarius Auguſti, quod officium qui curat, idem quoque velum auguſtum obſervat. Hic eſt ille vir ab elegantia ſcripturae celebratus; neque carebat idem eruditione; certe in templo urbano Bagdadi Caſſum [ſeu narratorem hiſtoriarum ſacrarum in Corano et Traditionibus allegatarum] agebat. In arte calligraphica magiſtrum habuerat Muhammedem, filium Aſadi, filii Alii, Carium [ſeu lectorem, Corani nempe], Catebum [ſcribam, v. ſecretarium], Bazzarum (40) [ſ. mercatorem] Bagdadicum. Bagdadi quoque noſter Ibn-Bavvab obiit, et prope Ahmedem, filium Hanbali, ſepultus fuit.

Eodem obiit Abu-Abd-er-Rahman Muhammed, filius Hoſaini, Solami (41) [ſeu de tribu Arabica Solaim oriundus], doctor Suficus, qui clarorum ſuae ſectae virorum vitas peculiare libro, Tabacat-es-Sufia (42) [ſ. ordines Suficorum] inſcripto, expoſuit.

Eodem obiit Ali, filius Abd-er-Rahmani, fakihus, Bagdadicus, poeta vulgo Sari ed-doma Catil el-gavaſch Du'r-Racaatain* nominatus. Iocoſum ſcripſit carmen, cuius haec eſt particula:

Vir

* Quid haec nomina ſibi velint, ipſe non intelligo. Dubium non eſt quin unus et

Digitized by Google

وليس يخري في الفراش عاقل والفراش لا ينكر فيها ع من فساء
من فاته العلم والغني اخطاه فذاك والكلب علي حال سوا *

وقدم مصر في السنة التي توفي فيها ومدح الظاهر لاعزاز دين الله *

ذكر اخبار اليمن ، من تاريخ اليمن لعمارة ، قال وفي هذه السنة (اعني سنة اثنتي عشرة واربعماية) استولي نجاح علي اليمن حسبما سبقت الاشارة اليه في سنة ثلاث وماينين ونجاح المذكور مولي مرجان ومرجان مولي حسين بن سلامة وحسين مولي رشيد ورشيد مولي بني زياد ، وكان النجاح عدة اولاد منهم سعيد الاحول وجيّاش ومعارك وغيرهم وبقي نجاح في ملك اليمن حتي توفي في سنة اثنين وخمسين واربعماية ، قيل ان الصليحي اهدي اليه جارية جميلة فسمّت نجاحا فمات بالسم ، ثم ملك بعد نجاح بنوه وكبيرهم سعيد الاحول بن نجاح وبقي الامر فيهم بعد موت نجاح سنتين ، وغلب عليهم الصليحي علي ما سنذكره في سنة خمس وخمسين واربعماية ، فهرب بنو نجاح الي دهلك وجزايرها ثم افترقوا منها فقدم جياش متنكرا الي زبيد واخذ منها وديعة كانت له ،

ثم

كسر فقاره وفي التنزيل تظن ان يفعل لهم فاقرة ، اي داهية "vertebras eius frangebat. Legitur in Corano: "Putant in se ſtatuendam eſſe فاقرة hoc eſt calamitatem." Locus exſtat Sura LXXV. 25. quem locum (ut ceteri omnes eam elocutionem ex eo hauſerunt) imitatus eſt Ibn-Arabſcha in Hiſt. Tamerl. p. 217. lin. 8.

*h*) انتدب aut ابتدي In cod. L. erat انتدي

*i*) اشبيلية Cod. L. حمص

*k*) ومحل ملكهم Cod. L. وخل ما ملكهم

*l*) المعز بن باديس Vel يوسف المعز بن باديس Cod. L. habebet باديس المعز بن باديس

Digitized by Google

Vir ſapiens centonem non convocat; neque tamen aegre fert
cento, ſi quis ſub ipſo pedit.

Cui deeſt intellectus, et quem ſimul opes fugiunt, ille cum
cane pari paſſu ambulat.

Miſram venerat eodem illo, quo deceſſit, anno, puerumque tum principem, Taherum leïzaz din allah carmine laudaverat.

Hoc anno CCCCXII occupabat Iemanam [ſeu Arabiam felicem] Naggahus, ea ratione, quem ſupra ſub anno CCIII expoſuimus. Vtimur autem in his Iemanae rebus enarrandis iterum Ibn-Omarae verbis, ex eius Chronico rerum felicis Arabiae depromtis. Naggahus ille mancipium erat Margani, Margan mancipium Hoſaini, filii Sallamae; hic Hoſain mancipium Raſchidi, et hic Raſchid tandem Zeiaditarum. Naggah in imperio manſit ad vitae finem usque, hoc eſt ad annum CCCCLII. Sunt qui eum veneno aiunt periiſſe, quod ipſi propinarit pulchra quaedam puella ipſi a Solaihico dono miſſa. Patri ſuccedebant filii, quorum habebat aliquot, et natu maximus erat Said, al-Ahval [ſeu luſcus]. Hi per biennium a patris obitu proximum obtinebant, deinde autem a Solaihico per vim extruſi, de cuius dynaſtia latius ad annum CCCCLV dicemus, Dahlacam (43) et ad vicinas inſulas concedebant; ubi etiam, quamdiu fere vixit et regnavit Solaihides, haeſerunt. Gaiiaſch quidem, alter fratrum, ignoto habitu Zabidam aliquando intrabat, repetens, quod ibi habebat aliquod, depoſitum; brevi tamen expeditis rebus Dahla-

et alter eius verſus, in quibus abſonas et raras haſce phraſes videtur adhibuiſſe, denominationibus illis profecto ridiculis originem dederint, quae Latine reddi vix poſſunt aut, ſi reddantur, vix commodum exhibent ſenſum. *Sari ed-Doma* notat eum, qui a pulchris puellis, tanquam in acie ab hoſte et haſtis, proſtratus eſt. *Catil el-gavaſch* notat τον καταπεφονευμενον των επιπιπτουσων, et tandem *Du'r-Racaatain* τον τοιν αναῤῥαμματοιν. His Oedipo opus eſt.



Digitized by Google

ثم عاد الي دهلك مدة ملك الصليحي ، واما سعيد الاحول فتقدم الي زبيد ايضا بعد عود اخيه جياش عنها واستتر بها وارسل واستدعي جياشا وبشره v بانقضاء ملك الصليحي وان ذلك قد قرب اوانه ، فتقدم جياش الي زبيد علي اخيه وظهر حينيذ سعيد وسار هو وجياش في سبعين رجلا من زبيد في اليوم التاسع من ذي القعدة سنة ثلاث وسبعين واربعماية وقصدا الصليحي ، وكان الصليحي قد سار الي الحج ، فلحقاه عند ام الدهيم وبير ام معبد وبغتاه وقتلاه في ثاني عشر ذي القعدة من السنة المذكورة ومعه عسكر كثير ولم يشعروا بقتل الصليحي ، وكذلك قتل مع الصليحي اخوه عبد الله بن محمد وحز سعيد راس الصليحي وراس اخيه عبد الله واحتاط علي امراة الصليحي وهي اسما بنت شهاب وسار عايدا الي زبيد ، وكان لاسما ابن يقال له الملك المكرم وكان مالك بعض حصون اليمن ، ودخل سعيد بن نجاح واخوه جياش زبيد في اواخر سنة ثلاث وسبعين واربعماية والراسان قدامهما امام هودج اسما بنت شهاب ، وانزل سعيد اسما في دار بزبيد ونصب الراسين قبالتها واستوسق الامر بتهامة لسعيد بن نجاح واستمرت اسماء ما سورة الي سنة خمس وسبعين واربعماية ، وارسلت اسما بالخفية كتابا الي ابنها الملك المكرم تستوحيه ، فجمع المكرم واسمه احمد بن علي الصليحي جموعا وسار من الجبال الي زبيد وجري بينه وبين سعيد بن نجاح قتال شديد فانتصر الملك المكرم فهرب سعيد ومن سلم معه الي دهلك ، واستولي

m) احمد Cod. L. علي n) فاعلمته Forte aliquid deest.

o) اولق Ita codex. Forte وان Deinde codex habebat جاير et خطبه qua emendavi.

Digitized by Google

Dahlacam redibat. Poſt eum vero Saidus luſcus etiam Zabidam petebat, et, poſt exactum ibi in latebris et ignoratione tempus aliquod, fratrem Gaiiaſchum per litteras et nuntios eodem evocabat, ſignificatoque finem et ruinam tyrannidis Solaihidae proxime inſtare, perſuadebat Gaiiaſcho, ut denuo Zabidam repeteret. Auctus itaque fultusque fratre Saidus palam ſe oſtentare; ipſumque iam tyrannum aggredi. Nono enim die menſis undecimi anni CCCCLXXIII egreſſi Zabida cum ſeptuaginta viris Solaihidam perſequebantur, qui Meccam verſus tendebat, religione ibi defuncturus, eumque aſſecuti apud Omm-Dohaim et Bir-Omm-Mabad, [ſunt ea locorum nomina] die memorati menſis duodecimo ipſumque et fratrem eius, Abdallam, filium Muhammedis, non animadvertentes opprimebant et necabant ipſi, quod dictu mirum, absque ſtrepitu, in tanto facinore neque deprehenſi, neque turbati a copiis, quas certe numeroſas fratres Solaihidae ſecum habebant. Aſima quoque, Schahhabi filia, uxore Solaihidae, potiebantur, curabatque Said, dum triumphans Zabidam redux ingrediebatur, eius pilento utrumque caput, tam mariti, quam fratris eius, pilo ſuffixum, praeferri, et coram illa domo defigi, intra quam contineri Aſimam et cuſtodiri iubebat. Itaque quieto potiebatur Tahamae [ſeu inferioris et rubro mari appoſitae Arabiae felicis] regno Saidus, Naggahi filius, per duos ferme annos. Iis enim elapſis aderat anno CCCCLXXV ſuperioris Solaihidae, Alii, filius, Ahmed, cui titulus erat Malec el-Mocram, et qui in montana regione [ſeu editiore Arabia felice] obtinebat, litteris excitatus, quas ipſi mater, Aſima, clanculo miſerat, et quibus eum quantocius opitulari ſibi, ulciſcique domeſticam cladem et contumeliam ſtimulaverat. Hic itaque ſuis e montibus Zabidam cum copiis, quas coegerat, contendebat, indeque cogebat Saidum, praelio victum, ceterosque ſodales eius, qui a caede evaſerant, Dahlacam aufugere; eaque ratione patentem ingreſſus urbem, liberabat



Digitized by Google

واستولي المكرم علي زبيد وانزل راس الصليحي واخيه ودفنهما وبني
عليهما مشهدا وولّي المكرم علي زبيد خاله اسعد بن شهاب وماتت
اسماء المذكورة بعد ذلك في صنعا سنة سبع وسبعين واربعماية ، ثم
عاد بنو نجاح من دهلك وملكوا زبيد واخرجوا اسعد بن شهاب
منها في سنة تسع وسبعين واربعماية ، ثم غلب عليهم الملك المكرم
احمد بن علي الصليحي وملك زبيد وقتل سعيد بن نجاح في
سنة احدي وثمانين واربعماية وقيل سنة ثمانين ونصب راسه مدة ،
ولما قتل سعيد في السنة المذكورة هرب اخوه جياش الي الهند واقام
في الهند ستة اشهر ، ثم عاد الي زبيد فملكها في بقايا سنة احدي
وثمانين المذكورة ، وكان قد اشتري من الهند جارية هندية فاقدمها
معه وهي حبلي منه ، فلما حصل بزبيد ولدت له ابنه الفاتك بن
جياش ، فبقي المكرم في الجبال يوقع الغارات علي بلاد جياش
ولم يبق له من الغدرة علي غير ذلك ولم يزل جياش مالكا لتهامة
من اليمن من سنة اثنين وثمانين واربعماية الي سنة ثمان وتسعين
واربعماية مات في اواخرها وقيل ان موته كان في سنة خمسماية وترك
عدة اولاد منهم الفاتك ابن الهندية ومنصور وابراهيم ، فتولي بعده
ابنه فاتك بن جياش وخالف عليه اخوه ابراهيم ، ثم مات فاتك في
سنة ثلاث وخمسماية وخلف ولده منصور فاجتمعت عليه عبيد ابنه فاتك
وملكوه وهو دون البلوغ ، فقصده عمه ابراهيم وقاتله فلم يظفر ابراهيم
بطايل ،

*p*) المدينة suspectum. *q*) جوار Forte rectius في جوار

*r*) محمد بن الحسين Herbelotus pag. 748 inverso ordine habet الحسين بن محمد

Digitized by Google

bat matrem e cuſtodia patrisque et patrui capita patibulo detracta humebat, tumulisque eorum ſacella ſuperſtruebat, ceu ſanctorum hominum, qui modis iniquis, et ut teſtes veritatis, occubuerint; ceteris ibidem conſtitutis, impoſitoque Zabidae praefecto, avunculo ſuo, Aſado, filio Schahhabi, Sanaam remigrabat, una cum Aſima, quae illa in urbe vivis exceſſit anno CCCCCLXXVII. Tertio poſt hunc anno, ſcilicet CCCCLXXIX, recuperabant fratres Naggahidae, Dahlaca relicta, Zabidam denuo, Aſadumque inde proturbabant. Viciſſim tamen eadem urbe iterum pariter potiebatur Malec el-Mocram, ipſumque Saidum luſcum occidebat anno aut CCCCLXXXI, aut CCCCLXXX, quod alii malunt, eique avulſum caput publicae propoſitum infamiae diu habebat; donec caeſi frater, Gaiiaſch, poſt ſemeſtre ſpatium apud Indos exactum, eo enim fuga ſe poſt acceptam cladem receperat, Zabidam rediret et rurſus occuparet, eo tempore, quod de anno CCCCLXXXI adhuc ſupererat, neque deſinebat Gaiiaſch ex inde, hoc eſt ab anno CCCCLXXXII, Tahamae Iamanicae dominari, a Maleco Mocramo perpetim laceſſitus, qui tamen ultra repentinas e ſuis montibus in ſubiectum agrum incurſiones brevesque vexationes nihil magnum valebat, usque ad annum CCCCXCVIII, in cuius exitu, aut, quod alii perhibent, anno D, deceſſit, relinquens liberorum numerum; ut Fatecum, Manſurum, Ibrahimum et Abd-al-Vahedum; quorum primum, Fatecum, ipſi dederat Inda puella, quam ille, dum apud Indos latebat, emerat, et de ſe gravidam Zabidam adduxerat. Hic Fatek poſt breve dominium obiit anno DIII, cui filium, Manſurum, patris favore, paterni vernae ſufficiebant, quamvis adhuc annis minorem, et adverſus patruos eius, ſummae rerum inhiantes, tuebantur. Nam primum quidem Ibrahimum, Gaiiaſchi filium, qui Fateco, fratri, iam antea multum negotii turbarumque fecerat, et nunc infeſta nepoti arma inferebat, conſequi cupita et ſperata non permittebant;



Digitized by Google

بطايل ، فثار بزبيد عم الصبي عبد الواحد بن جياش وملك زبيد
فاجتمع عبيد فاتك علي منصور واستنجدوا وقصدوا زبيد وقهروا
عبد الواحد واستقر منصور بن فاتك في الملك بزبيد ، ثم ملك
بعد منصور بن فاتك ابنه فاتك بن منصور بن فاتك ، ثم ملك
بعد فاتك الاخير المذكور ابن عمه اسمه ايضا فاتك بن محمد بن
فاتك بن جياش بن نجاح مولي مرجان في سنة احدي وثلثين
وخمسماية واستقر فاتك المذكور في ملك اليمن من السنة المذكورة
حتي قتله عبيده في سنة ثلث وخمسين وخمسماية وهو اخر ملوك
اليمن من بني نجاح ، ثم تغلّب علي اليمن في سنة اربع وخمسين
وخمسماية علي بن مهدي علي ما سنذكره ان شاء الله تعالي ☼

ثم دخلت سنة ثلاث عشر واربعماية ، فيها كان الصلح بين
مشرف الدولة واخيه سلطان الدولة واستقر الحال علي ان يكون
العراق جميعه لمشرف الدولة وكرمان وفارس لسلطان الدولة *

وفيها استوزر مشرف الدولة ابا الحسن بن الحسن الرخجي
ولقب مويد الملك وامتدحه المهيار وغيره من الشعراء وبني
مارستان بواسط وجعل عليه وقوفا عظيمة ، وكان يسال في الوزارة
فامتنع فالزمه مشرف الدولة في هذه السنة *

وفيها توفي علي بن عيسي السكري شاعر السنّة وسمي بذلك
لاكثاره من مدح الصحابة رضي الله عنهم ومناقضة شعراء
الشيعة *

وفيها

s) الدلي Forte الدمي  t) Vox فيها suspecta.
v) وبشره Cod. L. وبشروه

Digitized by Google

deinceps autem alio pueri patruo, Abd-al-Vahedo, insurgente novasque res apud Zabidam moliente, et ipsam urbem occupante, accurrebant in auxilium conglobati, Mansurumque in regno confirmabant, contuso et humilitato eius patruo. Mansuro succedebat filius, avo cognominis, Fatec; et huic tertius idem atque ultimus tam nominis huius, quam gentis Naggahicae, Fatec, filius Muhammedis, filii Fateki primi, filii Gaiiaschi, filii Naggahi, mancipii Margani. Hic tertius Fatec, postquam Zabidense regnum ab anno DXXXI usque ad annum DLIII administrasset, peremtus a suis mancipiis fuit, eoque dynastiam Naggahidarum clausit. Nam Ali, filius Mahdii, anno DLIV felicem Arabiam subigebat, ut ad istum annum bono cum deo declarabimus.

Anno CCCCXIII [qui die 5 April. A. Chr. 1022 coepit] pax coiit inter fratres Buidas, Moscharref-ed-daulam et Sultan-ed-daulam, hoc pacto, ut illi quidem tota maneret Iraca, huic autem Kermana et Persis.

Eodem imponebat idem Moscharref-ed-daula saepius oblatam, sed repudiatam dignitatem Veziri invito et repugnanti Abu-Alio Hasano, filio Hasani, Rocchagitae [vulgo sic de patria dicto], titulumque ipsi tribuebat Movaiied el-Molk. Hic vir, Rocchagensis, Vasetae nosocomium condidit, quod ditissimis instruxit legatis, poëtarumque cum aliorum, tum Mahiari, concelebratus est encomiis.

Eodem obiit Ali, filius Isae, Soccarita, vulgo Schaër-es-Sunnat [seu poëta Sunnitarum] dictus, ideo, quod effusis laudibus et carmine non uno Sahabam celebrabat, [hoc est Muhammedis prophetae sodalitium, quos Sunnitae quidem magni faciunt, Schiitae vero tanquam improbos et omni scelerum genere contaminatos homines aversantur] eoque criminationes retundebat quibus poëtae Schiitarum onerare sanctum illud collegium solebant.

Eodem

Digitized by Google

وفيها توفي ابو عبد الله بن المعلم فقيه الامامية ورثاه المرتضي ✡

ثم دخلت سنة اربع عشرة واربعماية ، فيها استولي علاء الدولة ابو جعفر بن كاكويه علي همذان واخذها من صاحبها سماء الدولة ابي الحسن بن شمس الدولة من بني بويه ، ولما ملك علاء الدولة همذان سار الي الدينور فملكها ، ثم ملك شابور خواشت ايضا وقويت هيبته وضبط المملكة ✡

وفيها قبض مشرف الدولة علي وزيره الرخجي واستوزر ابا القاسم المغربي واسمه الحسين الذي تقدم ذكره انه كان وزير القرواش ، وكان ابوه من اصحاب سيف الدولة بن حمدان وسار الي مصر وولد ولده x) ابو القاسم بها سنة سبعين وثلثماية ثم قتل الحاكم اباه فهرب ابو القاسم الي الشام فتنقل في الخدم ✡

وفيها غزي يمين الدولة محمود بلاد الهند واوغل فيها وفتح وغنم وعاد سالما ✡

وفيها توفي القاضي عبد الجبار وقد جاوز التسعين وكان متكلما معتزليا وله تصانيف مشهورة في علم الكلام ✡

ثم دخلت سنة خمس عشرة واربعماية ، ذكر وفاة سلطان الدولة ، في هذه السنة في شوال توفي الملك سلطان الدولة ابو شجاع بن بهاء الدولة ابي نصر بن عضد الدولة بشيراز وعمره اثنان وعشرون سنة واشهر ، واستولي اخوه قوام الدولة ابو الفوارس بن بهاء الدولة ملك كرمان علي مملكة

x) ووله ولده Cod. L. ووله

ثم دخلت سنة ثلثين واربعماية ، فيها توفي ابو علي الحسين الرخجي وزير ملوك بني بويه ترك الوزارة وكان في عطلته يتقدم علي الوزراء *

وفيها توفي ابو الفتوح الحسن بن جعفر العلوي امير مكة *

وفيها توفي ابو نعيم احمد بن عبد الله الاصفهاني الحافظ ، والفضل بن منصور بن الظريف الفارقي الامير الشاعر وله ديوان حسن *

ثم دخلت سنة احدي وثلثين واربعماية ، فيها ملك الملك ابو كاليجار البصرة *

ذكر اخبار عمان ، لما توفي ابو القاسم ابن مكرم صاحب عمان ولي

[iumentum, quo illud consequeris emaciatum, hoc est machinam omnium minime efficacem; fato tuo confisam. Nam] assequitur effusam in cursum aquam commodo suo incedens."
haec adscripserat: حابح هو الذي يمشي علي هون وخفق

*s*) بلا C. Leid. بلي

*t*) Allusio ad proverbium اكتم من سر بين الضلوع de re inaccessa et impenetrabile.

*v*) حمد Forte حبيد, vel potius حمدان quod nomen exhibet Raud (روض الاخبار)

*x*) عبد الله Mox legitur عبد الواحد Quodnam rectius?

Digitized by Google

ſimul erat,] templum Hieroſolymitanum, quod Comama (67) dicitur, ubi Chriſtiani Meſſiam ſepultum fuiſſe, et de mortuis reſurrexiſſe, dicunt, et quod Moſtanſeri avus, Hakem, deſtruxerat, reſtaurandi. Itaque dimiſſi a Romano captivi, miſſique illuc architecti et operae fuerunt, magnoque et excellente impendio ſtructa illa ſacra aedes Comama [vulgo templum Reſurrectionis].

Eodem obiit Abu-Manſur Abd-al-Malec, filius Muhammedis, filii Iſmaëlis, Taalabita (68), Niſaburenſis, ſui temporis in litterarum ſcientia princeps, auctor celebrium librorum, quos inter eminet ille, qui inſcribitur Iatimat ed-dahr cet. h. e. Margarita temporis absque exemplo (69), [agens de praeclaris meritis hominum huius aevi, quo auctor florebat, illuſtrium]. Natus fuerat anno CCCL.

Anno CCCCXXX [qui die 2 Octobr. A. C. 1038 coepit] obibat Abu'l-Hoſain, Rocchagita, qui olim plurium Buidarum Vezirus [aut primus conſiliarius] fuerat, deinde vero ſponte ſua ſe illa dignitate abdicabat. Qui vir quanto in pretio ſuis heris fuerit, inde patet, quod, privatus quamvis, ſedis tamen votique ferendi primas prae ipſo Veziro ad vitae finem usque tenuerit.

Eodem obiit Abu'l-Fatuh Haſan, filius Gafari, de gente Alii oriundus, Meccae Emirus; item Hafet Abu-Noaim (70) Ahmed, filius Abdallae, Isfahani; ut et Fadl, filius Manſuri, Ibn-Tarifi, Emir al-Fareki [ſeu princeps Maiafarekinenſis] vulgo appellatus, poëta, qui codicillum elegantium carminum reliquit.

Anno CCCCXXXI [qui die 22 Sept. A. C. 1039 coepit] occupabat Malec Abu-Caligar [Buides] Baſram.

Eodem ſubortae ſunt turbae quaedam in Omana, quibus componendis eodem opus erat Abu-Caligaro. Videbamus nempe paullo ſuperius ad an. CCCCXXVIII obitum Abu'l-Caſemi,



Digitized by Google

ولي بعده ابنه ابو الجيش وقدم c صاحب جيش ابيه علي بن هطال ، وكان ابو الجيش يحترم ابن هطال ويقوم له اذا حضر ، وكان لابي الجيش اخ يقال له المهذب ينكر علي اخيه ابي الجيش قيامه لابن هطال واكرامه ، فعمل ابن هطال دعوة للمهذب ، فلما عمل السكر في المهذب حدّثه ابن هطال وقال له ان قمت معك وملّكتك واخرجت اخاك ابا الجيش ما تعطيني ، فبذل المهذب له الاقطاعات الجليلة المبالغة d في الاكرام ، فطلب ابن هطال خطه بذلك ، فكتبه المهذب ، فاصبح ابن هطال واجتمع بابي الجيش وعرّفه بان اخاه المهذب يسعي في اخذ الملك منه وقال قد رغّبني ، فاخرج خطه ، فامر ابو الجيش بالقبض علي اخيه المهذب ثم قتله ، وبعد ذلك بقليل مات ابو الجيش وله اخ صغير يقال له ابو محمد ، فطلبه ابن هطال من امه ليجعله في الملك ، فلم تسلمه اليه فقالت ولدي صغير لم يصلح افتصل e انت بالملك ، فاستولي

y) الحمية *regimen ſanitatis*, pr. tutela, nempe ſui, conſervatio a noxa in rebus non naturalibus. Vox medica. Deeſt haec notio Lexico Gol.

z) صرّح بذلك *fecit purum, nitidum, omni nubecula liberum,* ſcil. الكلام ſermonem, quemadmodum qui lacti cremorem adimit, illud revelat adſpicienti ad diiudicandum quale ſit, meracum an aqua temperatum. Nam de lacte deſpumato in ſpecie uſurpatur hoc verbum, et inde ad reliqua transfertur. Proverbium: صرح الحق عن محضه "deſpumatum fuit verum a meraco ſuo." Meidan.

a) ملتئما *compactus*, a لام media Hamzata.

b) التصعق Leg. التصعفق aut التصفق

c) قدم Melius تقدم عنده

d) Videtur hic aliquid deeſſe.

Digitized by Google

filii Mocrami, domini Omanae. Huic ſucceſſerat filius, Abu'l-Gaiſch, qui militare quodam duce paterno, Alio, Hattali filio, familiariter utebatur, eumque tanto in honore habebat, ut advenienti aſſurgeret. Id vero quum fratri principis, Mohaddebo dicto, diſpliceret, perſuadebat fratri, ut indignam principe humilitatem abiiceret. Irritatus eo contemtu Ibn-al-Hattal, ulturusque iniuriam in auctore, convivium inſtruebat, ad quod Mohaddebum invitatum liberalioribus poculis onerabat, et implicabat familiaribus colloquiis, pertentabatque incautum, interrogans, quale ſibi praemium ſpondeat, ſi, eiecto Abu'l-Gaiſcho, fratre, ipſum, Mohaddebum, in regno collocet. Ebrius, pulchra ſpe ſtimulatus, offerenti, ſi perfecerit, honorificentiſſimas quasque maximeque opimas pollicebatur provincias. Non ſatis erat Ibn-Hattalo haec verba ex imprudente, quem perdi tum ibat, elicuiſſe: ſed opus etiam invictis argumentis, quo firmius hoſtem teneret, et acta negandi ne locus eſſet; ideoque rogabat eum, vellet pollicitationem ſcripto conſignare. Neque mora. Signat Mohaddeb codicillos. Altero mane adibat Ibn-Hattal ad principem, eique de fratris molitionibus periculi plenis exponebat; id illum agere, ut ipſum, Abu'l-Gaiſchum, poteſtate deturbet; ideoque tentaſſe ſe quoque, Hattalidem, multis precibus et luculenti praemii oſtentatione in conſiliorum et ſceleris communionem pertrahere; rei fidem praeſtare ſchedam, quam producebat. Efficiebat haec machina id, quod auctor eius effectum cupiebat. Protinus enim corripiebatur Mohaddeb, et extremum deinceps ſubibat ſupplicium, iuſſu Abu'l-Gaiſchi, qui tamen neque ipſe diu fratris huic caedi ſupervixit. Tertius frater Abu-Muhammed, at annis ille minor, ſupererat; quem Ibn-Hattal, a matre petens, rebus, ut iactabat, praeficiendum, quum nequiret adipiſci: mater enim, filii ſui vitam tyranni arbitrio exponere cauta, filiumque cauſſata per aetatem agendis rebus parem non eſſe: iubebat Ibn-Hattalum poteſtatem ſibi ſoli ſervare:

 Omanam

Digitized by Google

فاستولي ابن هطال علي عمان واساء السيرة ، فبلغ ذلك الملك ابا كاليجار فاعظمه وارسل جيشا الي عمان وخرجت الناس عن طاعة علي بن هطال وقتله خادم له وفرّاش ، واستقر الامر لابي محمد بن ابي القاسم بن مكرم في هذه السنة *

وفيها توفي شبيب بن وثاب النميري صاحب الرقة وسروج وحران * وفيها توفي ابو نصر موسكان كاتب انشاء مسعود ووالده محمود بن سبكتكين وكان من الكتّاب المغلقين *f* *

ثم دخلت سنة اثنين وثلثين واربعماية ، ذكر ابتداء الدولة السلجوقية وسياقة اخبارهم متتابعة ، في هذه السنة توطّد ملك طغرلبك واخيه داود ابني ميكايل بن سلجوق بن دقاق ، وكان جدّهم دقاق رجلا شهما من مقدّمي الاتراك وولد له سلجوق فانتشي فظهرت عليه امارات *g* النجابة فقدّمه يبغو ملك الترك اذ ذاك وقوي امره وصار له جماعة كثيرة ، فتغيّر يبغو عليه ، فخاف سلجوق منه وسار بجماعته وبكلّ من يطعه من دار الكفر الي دار الاسلام وذلك لما قدّره الله تعالي من سعادته وسعادة ولده ، واقام بنواحي جند وهي بليدة وراء بخارا

*e*) افتصل Leg. aut افتضل, aut اقتصد, aut انتصب

*f*) مغلق *mirabilia praeſtans.* Praedicatum, quod ſcriptoribus proſaicis tribui ſolet, ut مجيد poëtis.

*g*) امارات *indicia, notae.* Id ſignificat vox, cuius tamen etymologiam non teneo. Meidanius haec de ea habet: امرة اي بركة ونماء ، وهذا كما يقال تعرف في وجه المال امّرته ، ويروي إمّرته بسكون

Digitized by Google

Omanam itaque invadebat Ibn-Hattal misereque per impotentiam et scelera tractabat, ita ut cognita re rex Abu-Caligar, indignatus, eo copias ex Iraca mitteret, qui eo facilius in ordinem turbatas res redigebant, quod a civibus, quos odium tyranni ceperat, ipsoque eius famulitio, adiuvarentur. Cives enim ab obsequio descifcebant, et eunuchus ipsum atque cubicularius iugulabant. Eaque ratione restitutus in avitam potestatem fuit hoc anno Abu-Muhammed, filius Abu'l-Casemi, filii Mocrami.

Eodem obiit Schabib, filius Vattabi, Nomairita, dominus Raccae, Sarugae et Harranae; item Abu-Nasr Musacan, secretarius Masudi Sultani, et patris eius, Mahmudi, filii Soboctekini, Gaznevidarum, admirabilis calligraphus.

Annus CCCCXXXII [qui die 10 Sept. A.C. 1040 coepit] non iam nascentem, sed adultam firmamque vidit Selgukidarum (71) dynastia, et duorum praesertim ea de gente fratrum, Togrul Beki, et Davudi, filiorum Michaëlis, filii Selguki, filii Doccaki, quorum quia discerpi commode nequibant initia, placuit ea collectim hic proponere. Doccac, gentis pater, erat praecipuos inter Turcarum tribunos, vir acer et strenuus; pariter quoque Selguc, filius eius, indicia nobilioris indolis prodebat adultus, merebatque Iabgui (72), qui tunc Turcis imperabat, tantum favorem ut hic illum summis dignitatibus admoveret, in quibus quum Selguk magnas contraheret vires et affectatorum copias, coepit Iabguo non tantum minus, quam olim, gratus, sed et suspectus esse; quam domini mentem animadvertens erga se mutatam Selguk, sibique male metuens, cum familia sua et quotquot ipsi parebant, deserta pagana impietate ad fidem Muslemicam transibat. Hanc nempe ipsi deus eiusque posteris ceteramque felicitatem aeterna sua sapientia decreverat; eiusque propagandae, qua pote, studio lacessebat ex oppido Gand, in cuius agro consederat, ultra Bocharam versus orientem sita,

Digitized by Google

بخارا (بجيم مفتوحة ونون ساكنة ودال مهملة) وصار يغزو الترك
الكفّار، وكان لسلجوق من الاولاد ارسلان وميكايل وموسي، وتوفي
سلجوق بجند وعمره ماية وسبع سنين وبقي اولاده علي ما كان
ابوهم عليه من غزو كفار الترك فقتل ميكاييل في الغزوة شهيدا
وخلّف من الاولاد بيغو وطغرلبك وجغري بك داود، ثم ارتحلوا
ونزلوا علي فرسخين من بخارا فاساء امير بخارا جوارهم فالتجوا
الي بغرا خان ملك تركستان فاستقرّ الامر بين طغرلبك واخيه داود
ان لا يجتمعا عند بغرا خان بل ان حضر احدهما اقام الاخر في
البيوت خوفا من الغدر بهما، فاجتهد بغرا خان علي اجتماعهما
عنده، فلم يفعلا، فقبض علي طغرلبك وارسل عسكرا الي اخيه
داود فاقتتلوا فانهزم عسكر بغرا خان وكثر القتل فيهم، وقصد داود
موضع اخيه طغرلبك وخلّصه من الاسر، ثم عادا الي جند واقاما
بها حتي انقرضت دولة السامانية وملك ايلك خان بخارا فعظم
عنده محلّ ارسلان بن سلجوق، ثم سار ايلك خان عنها *h* وبقي
ببخارا علي تكين ومعه ارسلان بن سلجوق حتي عبر محمود
بن سبكتكين نهر جيحون وقصد بخارا، فهرب علي تكين
من

بسكون الميم اي زيادته، من قولهم أَمِرَ مال فلان اي كثر،
"Vox امرة notat benedictionem et incrementum. Ita dicitur alio proverbio: cognoſcitur in vultu opum [pecuariarum] eius Ammera, vel ut alii efferunt Emra, h. e. incrementum earum; ab illa phraſi, Amera h. e. multiplicatae fuerunt opes eius." Ab hac notione *incrementi* orta forte eſt illa indicii incrementi alicuius, et deinde indicii in genere.

*h*) عنها C. L. عنهما habebat.

Digitized by Google

ſito, incurſionibus gentiles ſuos a vera fide adhuc alienos; ibidemque de vita decedens, anno aetatis ſeptimo ultra centeſimum (73), relinquebat tres filios, Arſlanum, Davidem et Michaëlem; qui quum pergerent eodem pede, quo pater inſtituerat, infideles Turcas vexare, factum, ut Michaël in acie martyr occumberet, pro cauſſa dei pugnans, pater Iabgui et Togril Beki, et Gagrubeki (74) Davidis. Ab eo tempore gens illa ſedes ſuas e Gand ad Bocharam proprius admovebat, et ad alteram ab hac urbe capitale paraſangam conſedebat. Eius autem Emirus novos hos viciniae ſuae colonos indignis excipiendo modis, cogebat Bagra Chani protectionem implorare, Turcarum tum regis. Ne tamen et ab hoc circumventi fraudibus exſcinderentur, adverſa enim ipſis et metuenda erant omnia, convenerat inter fratres, Davidum et Togrilum, ut nunquam ſimul ambo ad regem irent, ſed altero in curia haerente, alter in tentoriis domi maneret. [Vitam enim agebant, qualem Turcomani (75) ſolent, ſceniticam et paſtoralem.] Neque profecto ſiniſtre de futuris coniecerant. Bagra Chan enim lapidem movebat omnem, ut fratres ſimul ambos uno eodemque tempore penes ſe praeſentes nanciſceretur. Quum tamen fruſtra ſemper eſſet, ſolum tandem comprehendebat Togril Becum, Davido autem copias immittebat; quibus ille magna cum ſtrage profligatis, pergebat ad illam arcem, in qua fratrem Togrilum attineri norat, eumque liberabat. Inde Gandam repetebant ibique haerebant, donec Samanidarum dynaſtia deſineret, et Ilek Chan Bocharae principatu potiretur. Apud hunc erat in honore Arſlan, Selguki filius, et Togril Beki atque Davudi patruus; eumque idem Ilek Chan una cum Ali Tekino (76) Bocharae futurum gubernatorem et tutorem relinquebat, quum illinc in Turkeſtaniam ad avitas ſedes reverteretur. Bocharae quoque manebant ſuſtinebantque ſe illi duo, donec Mahmud, Soboktekini filius, Oxo traiecto, illam urbem armis adoriretur; quem Alitekin quidem



Digitized by Google

من بخارا ، واما ارسلان وجماعته فانهم دخلوا المفازة *i* والرمل واحتموا عن السلطان محمود ، فكاتب السلطان محمود ارسلان واستماله ورغّبه ، فقدم ارسلان بن سلجوق عليه ، فقبضه السلطان محمود في الحال ونهب خركاواته ، واشار ارسلان الجاذب علي محمود ان يغرق السلجوقية جماعة ارسلان المذكور في نهر جيحون ، فابي ، فاشار بقطع ابهاماتهم بحيث لا يقدرون علي رمي النشاب ، فلم يقبل محمود ذلك ، فامر بهم فعبروا نهر جيحون وفرّقهم في نواحي خراسان ووضع عليهم الخراج ، فجارت العمال عليهم وامتدّت الايدي الي اموالهم واولادهم ، فانفصل منهم جماعة عن خراسان الي اصفهان وجري بينهم وبين علاء الدولة بن كاكويه حرب ، ثم ساروا الي اذربيجان ، وهاولا كانوا جماعة ارسلان بن سلجوق وبقي هناك اسمهم الترك العزية وبذلك سمّي كل جماعتهم ، وسار طغرلبك واخواه *k* يبغوا وداود من خراسان الي بخارا ، فجمع علي تكين عسكره واوقع بهم وقتل عدة كثيرة من جمايعهم ، فالجاتهم الضرورة الي العود الي خراسان فعبروا نهر جيحون وخيّموا بظاهر خوارزم سنة ست وعشرين واربعماية واتفقوا مع خوارزمشاه هرون بن التونتاش وعاهدهم

ثم

*i*) المفازة *desertum.* Dicitur quoque مغار, ſed rarius. Eſt in Div. Hudeil. ſed Golius non habet.

*k*) واخواه C. L. واخوه

fuga, Selgukides Arſlan autem eo devitabat, quod in proximas arenas ſteriliaque deſerta, quo accedere Mahmudo non licebat, ſe cum ſuis ſubduceret. Mahmud tamen, quod vi non poterat, efficiebat artibus; et per legatos litterasque Arſlanum blandis illectum verbis magnificisque pollicitationibus e latebris extrahebat, nactusque in cuſtodiam ſine mora dabat, eiusque Horcat [ſeu familias ipſi parentes] lacerabat atque depraedabatur; et quid porro de inimico non impune negligendo ſtatuendum ſit, in deliberationem trahebat. Crudelia quidem conſilia ſuggerebat eo tempore Arſlan el-Gadeb (77), primum, ut captivum Arſlanum eiusque turbam omnem et quidquid ad Selguki nomen ſpectaret, in Oxo mergeret, alterum vero deinceps, ut ſaltim pollices iisdem adimeret, quo inhabiles arcui tendendo et iaculandis ſagittis fierent. Sed neutrum patiebatur Mahmud ſibi approbari: tantum modo cis Oxum traductos per Choraſanam diſſeminabat, tributorumque neceſſitatibus ſubdebat. Iniquis autem exactionibus et inhumanitate praefectorum preſſi, qui manus ab ipſorum opibus liberisque non abſtinebant, commigrabat pars, indignatione tyrannidis, e Choraſana in Isfahanitidem; unde quum Ala-ed-daulae Ibn-Cacuiae armis obiectis arcerentur, convertebantur in Aderbiganam, ubi conſederunt et nomen adepti ſunt toti catervae iſti commune, et-Turk el-Ariiah [ſeu Turci nudi atque macri]. Caterva illa erat Arſlani Selgukidae. Togrul Bek autem et eius ambo fratres, Davud et Iabgu, Choraſana pariter quidem excedebant, at in oppoſitam illis plagam; Bocharam enim remeabant; diu tamen ibi ſe ſuſtinere non poterant. Alitekin enim eos cruento exceptos praelio magnamque paſſos iacturam retro pellebat verſus Choraſanam. Oxum itaque denuo, coacti a neceſſitate fortunae ſuae, traiiciebant, et in agro Chovarezmico ſtativa collocabant, quod anno CCCCXXVI contigit, cum Chovarezm Schaho [ſeu provinciae iſtius domino] pacti. Erat is eo tempore Harun, filius Altun-

 taſchi.

ثم غدر بهم خوارزمشاه وكبسهم واكثر فيهم القتل والنهب والسبي وارتكب من الغدر خطة 1 شنيعة ، فساروا عن خوارزم الي جهة مرو ، فارسل اليهم مسعود بن السلطان محمود جيشا فهزمهم ، وجري بين عسكر مسعود منازعة علي الغنيمة وادت الي قتال بينهم واشار داود بالعود الي جهة العسكر فعادوا فوجدوا الاختلاف والقتال بينهم واوقع السلجوقية بعسكر مسعود وهزموهم واكثروا القتل فيهم واستردوا ما كان اخذوا منهم ، وتمكنت هيبتهم من قلوب عسكر مسعود ، فكاتبهم السلطان مسعود واستمالهم ، فارسلوا اليه يظهرون الطاعة ويسالون ان يطلق عمهم ارسلان الذي قبضه السلطان محمود ، فاحضر مسعود ارسلان المذكور الي عنده ببلخ وطلبهم ليحضروا فامتنعوا ، فاعاده الي محبسه وعادت الحرب بينهم وهزموا عسكر مسعود مرة بعد اخري وقوي امرهم واستولوا علي غالب خراسان وفرقوا النواب في النواحي وخطب لطغرلبك في نيسابور وسار داود الي هراة فهرب عساكير مسعود وتقدموا من خراسان الي غزنة واعلموا مسعود

1) ارتكب من الغدر خطة proprie *equitabat de perfidia lineam horrendam;* hoc est *in genus perfidiae detestabile se praecipitabat.* Verbum ركب *equitare,* pro *inconsulto aliquid facere* adhibetur. خطة autem proprie *lineam, sulcum,* notat; dein *negotium,* et paene tantum grave, magnum, obscurum, intricatum, ingratum, horrendum. Ita in Divan Hudeil.

لا تقعد من علي خطة تكون اذن لك حتفا دفيفا ،

"Ne irruas in Chotta [lineam, rem taediosam] quae, si contingat, tibi mortem repentinam afferat."

Pariter

taſchi. (78) Verum ille, quos protegere ſpoponderat, incautos neque animadvertentes opprimebat caedibusque lacerabat et rapinis, et crudelem in modum affligebat, foeda uſus perfidia; quapropter deteſtati Chovarezmiam, Marvam ſe convertebant. Sed et illinc eos Maſud Sultanus, Mahmudi filius, oppoſitis armis et copiis arcebat, et ingente cum clade depellebat; quae tamen clades quaſi fons et principium ſecutae ipſorum proſperae fortunae exſtitit. Quod ita fiebat. Praeda caeſis fugatisque Selgukidis ademta rixas in victore movebat exercitu, a quibus ad manuum opus inteſtinumque bellum res deveniebat. Quo animadverſo Davud ſuos e fuga reverti, reſumtisque animis adoriri denuo diſcordes et inter ſe implicitos hortabatur. Et ſane cedebat ex voto conſilium. Selgukidae enim tumultuantem aggreſſi temereque confuſum Maſudi exercitum fundebant, et impenſe lacerabant, praedamque ſuam omnem recuperabant. Ea clades hoſtem adeo terruit, ut de pace cum Turcis ageret, et blande verba daret: illi viciſſim per legatos obſequium et fidem Sultano deferebant, rogantes id unum, vellet patruelem ſecum, Arſlanum, Selguki filium, e cuſtodia dimittere, in quam, ut e ſuperioribus conſtat, pater ipſius, Mahmud, eum coniecerat. Quia vero Maſud bona fide non videbatur agere, negotium non confiebat. Nam curabat quidem Balchae Arſlanum ſibi Turcarumque legatis in praeſentiam e carcere adduci, gentilibus tamen eum ſuis tradere nolebat, niſi ea conditione, ut ipſi coram advenientes eum ferrent. Selgukidae autem nolebant decipulae cervices immittere; ideoque remigrabat Arſlanus in cuſtodiam, et recrudeſcebat bellum Selgukidis non inauſpicatum. Maſudi enim copias iterum atque iterum caedebant, eoque viribus aucti potiorem Choraſanae partem ſibi ſubigebant, et affectabant imperium, paſſim ſuo nomine praefectos in urbibus maioribus conſtituentes. Togrul Bek publice curabat ſibi Niſaburae preces, ut domino, fieri. David, Haratam contendens, adeo percelle-



Digitized by Google

مسعود بتغافلهم m الحال، فسار مسعود بجميع عساكره وفيوله من غزنة اليهم الي خراسان، وبقي كل ما يتبع السلجوقية الي مكان ساروا عنه الي غيره وطال البيكار علي عسكر مسعود وقلّت الاقوات عليهم، واخر ذلك ان السلجوقية ساروا الي البرية فتبعهم مسعود بتلك العساكر العظيمة مرحلتين فضجرت العساكر من طول البيكار، وكان لعسكر خراسان ان ذاك ثلاث سنين في البيكار، ونزل العسكر بمنزلة قليلة المياه وكان الزمان حارّا وجرت بينهم الفتن بسبب الماء ومشي بعض العسكر الي بعض في التخلّي عن مسعود ووقع بينهم الخلاف، فعادت السلجوقية عليهم فانهزمت عساكر مسعود اقبح هزيمة وثبت السلطان مسعود في جمع قليل ثم ولّي منهزما، وغنم السلجوقية منهم ما لا يدخل تحت الاحصاء وقسم داود ذلك علي اصحابه وآثرهم علي نفسه وعاد السلجوقية الي خراسان فاستولوا عليها وتبتت قدمهم بها وخطب لهم علي منابرها، وذلك في اواخر سنة احدي وثلثين واربعماية، وسنذكر باقي اخبارهم ان شاء الله تعالي *

ذكر قبض مسعود وقتله، ولما انهزم عسكر مسعود من السلجوقية كما ذكرناه هرب مسعود وعسكره من خراسان الي غزنة، فوصل اليها في شوال سنة احدي وثلثين واربعماية وقبض علي مقدّم عسكره سباوشي وعلي عدة من

Pariter ſic uſurpat Haririus Conſ. XXXIV.

وهل في شرعة الانصاف اني اكلّف خطة لا تستطاع،

"Eſtne in lege aequitatis, me onerari oneroſo negotio, quod tolerari et perfici nequit?

vbi

Digitized by Google

bat adventu ſuo Maſudi praeſidia, ut, deſerta Choraſana, Gaznam ſe reciperent, illique, domino ſuo, de Selgukidarum rebus ad maiora indies momenta adoleſcentibus ſignificarent; ut Maſud, periculi magnitudine trepidus omnibus contractis viribus, Gazna in Choraſanam ingente cum exercitu ipſisque elephantis moveret, longumque bellum et taedii plenum ordiretur; quod Selgukidae inertia frangebant, nunquam ſui dantes copiam, ſed ex uno loco in alterum identidem perfugientes et hoſtem ductitantes. Qua arte Choraſanicorum et animos et commeatus minuebant. Bello hunc in modum per triennium tracto, tandem in deſertum ſeſe abdebant Turcae; quo quum ipſos Maſud per diaetas perſequeretur, incidebat cum ſuis in aquae inopiam, tanto minus tolerabilem, quanto numeroſior exercitus, et aeſtus tum flagrabat. Caſtra nempe in loco metatus fuerat, ubi aquae perparum ſuppetebat. Vnde iurgiis ob adaquationem ſubortis ipſe ſecum exercitus, ignaro et abſente Maſudo, per globos ſingulares confligebat. Qua peropportuna uſi occaſione Selgukidae, facto in aeſtuantes impetu, hoſtes foedam in fugam pellebant, quam Maſud, cum paucis aliquot ſuorum ſubſiſtens, nequibat ſuſtinere, ſed tandem et ipſe cogebatur, tergo verſo, campum et praedam relinquere; quae quamvis modum paene et ſpem ſuperaret omnem, nihil tamen eius imperator Davud ſibi vindicabat, ſed totam inter commilitones ſibi ipſi praelatos diſtribuebat. Ea Selgukidis victoria Choraſanam aſſerebat, ubi firmo iam talo ſtantes, ſummorum principum iuribus uſi, nomen ſuum e ſacris per provinciam ſuggeſtibus inſtituebant celebrari, ſub finem anni CCCCXXXI. Reliquas eorum res geſtas enarrandi ad ſingulos annos hinc latior campus nobis aperitur.

Maſudo autem iſta clades non Choraſanae tantum, ſed et imperii totius et ipſius vitae iactura conſtitit. Fugiens enim ille cum ſuis, ea ratione fuſis, qua modo dicebamus, Gaznam redibat anni CCCCXXXI menſe decimo, ibique ſummum ſuae

militiae

Digitized by Google

من امراية وسيّر ولده مودود الي بلخ ليردّ منها داود بن ميكايل بن سلجوق ، وكان مسير مودود الي بلخ في هذه السنة (اعني سنه اثنين وثلثين واربعماية) وسار مسعود الي بلاد الهند ليشتي بها علي عادة والده ، فعبر سيحون * ، فنهب انوشتكين احد قواد عسكره بعض الخزاين واجتمع اليه جمع والزم محمدا اخا مسعود بالقيام بالامر ، فقام علي كره وبقي مسعود في جماعة من العسكر والتقي الفريقان في منتصف ربيع الاخر سنة اثنين وثلثين واربعماية واقتتلوا اشدّ قتال ، فانهزم مسعود وجماعته وتحصّن مسعود في رباط فحصروه فخرج اليهم فارسله اخوه محمد الي قلعة كيدي o وحمل مع مسعود اهله واولاده وامر باكرامه وصيانته ، ولما استقر محمد بن محمود بن سبكتكين في الملك فوّض امر دولته الي ولده احمد ، وكان فيه خبط وهوج ، فقتل عمه مسعود بن محمود في قلعة كندي بغير علم ابيه ، ولما علم ابوه محمد بذلك شقّ عليه وساءه ذلك ، وكان السلطان مسعود كثير الصدقة تصدّق مرة في رمضان بالف الف درهم ، وكان

vbi Scholiſtaes: الخطة الامر المشكل يقع بين القوم لا يهتدي له "Chotta eſt res difficilis, quae quosdam intercedit, quae expediri conſiliis nequit." Audiamus etiam Meidanium, qui proverbium idem gemino loco exhibet; uno ſic: في راسه خطة "in capite eius eſt Chotta" hoc eſt, ut ipſe explicat: الخطة الامر العظيم ، يضرب لمن في نفسه حاجة قد عزم عليها ، والعامة تقول خطبة "negotium magnum. Vſurpatur de eo qui neceſſitatem quandam in animo gerit, quam ſibi firmiter propoſuit. Vulgus pro Chotta efferunt Chotba." Altero loco ſic exhibet جاء وفي راسه خطة "venit, et in capite eius eſt

militiae magiſtrum Sabauſchium, comprehendebat, aliosque minorum ducum plures, ſuumque filium, Maududum, Balcham mittebat, ut Davidem, modo laudatum, Michaëlis filium, Selguki nepotem, qui ſtatim ab adepta victoria urbem illam impetierat, inde depelleret. Eoque fine Maudud eo ibat hoc anno CCCCXXXII, in quo narrationem hanc de Selgukidarum ortu ſuſcepimus; pater autem eius, Maſud, apud Indos hibernatum ibat, ut olim pater eius, Mahmud, facere conſueverat Vbi autem transgreſſus Sendum [vel Indum fluvium]* fuerat, deficiebat ab ipſo aliquis ducum, Anuſchtekin (79), qui correpta theſaurorum aliqua parte, magnaque comparata factione, Maſudi fratrem, Muhammedem, Mahmudi filium, cogebat, invitum quamvis, imperium ſuſcipere. Movebat ea res, ut par erat, bellum. Maſud, cum copiis, quae in fide perſtiterant, rebelles armis adoriebatur anni huius medio menſe quarto, ſed adverſa uſus fortuna in caſtrum Ribat** ſe cum ſuis recipiebat, unde deinceps, quum reſiſtendo imparem ſe intelligeret, egreſſus ſe fratris gratiae dedebat. Muhammed igitur eum in arcem Candi (80) ablegabat una cum familia liberisque, praecepto tamen, ut ibi digno in loco liberaliterque haberetur, et magna cum cura, velut pretioſum depoſitum aſſervaretur. Huic autem benignitati officiebat Muhammedis filius, Ahmed, homo vaecors, qui curam gerendarum rerum a patre nactus, omnia per temeritatem ſusque deque verſabat. Ille talis patruelem, inſcio patre, in arce Candi curabat de medio tolli; quod ubi reſcivit pater, admodum aegre tulit, filioque ſuccenſuit. Neque id immerito. Erat enim Maſud vir excellentium virtutum, egregie beneficus in egenos; ut qui aliquando per unum menſem Ramadan

* In Arabico legitur *Sihunum*, quod aperte mendoſum eſt.

** Credo nomen proprium eſſe; et ita videtur. Poteſt tamen et reddi: *in caſtrum aliquod limitaneum*. Nam *Ribat* eſt *omne caſtrum in confinio hoſtis poſitum.*



Digitized by Google

وكان كثير الاحسان الي العلماء فقصدوه وصنّفوا له التصانيف الكثيرة ، وكان يكتب خطا حسنا ، وكان ملكه عظيما فسيحا ملك اصفهان والري وطبرستان وجرجان وخراسان وخوارزم وبلاد الران وكرمان وسجستان والسند والرخج وغزنة وبلاد الغور واطاعه اهل البر والبحر *

ذكر ملك مودود بن مسعود وقتله عمّه محمدا ، لما قتل مسعود كان ابنه مودود بن مسعود بخراسان في حرب السلجوقية ، فلما بلغه قتل ابيه مسعود عاد مجدّا بعساكيره الي غزنة ووقع القتال بينه وبين عمه محمد ، فانهزم محمد وعسكره ، وقبض عليه مودود وعلي ولده احمد وعلي انوشتكين الذي نهب الخزاين واقام محمد المذكور ، (وكان انوشتكين خصيا واصله من بلخ) ، فقتلهم وقتل جميع اولاد عمه محمد خلّي عبد الرحيم ، وكذلك قتل كل من دخل في القبض علي والده مسعود ، ودخل مودود الي غزنة في ثالث عشرين شعبان من هذه السنة واستقر بالامر بغزنة وسلك حسن السيرة وثبتت قدمه في الملك وراسله ملك الترك بما وراء النهر بالانقياد والمتابعة له *

ثم دخلت سنة ثلاث وثلثين واربعماية ، فيها في المحرم توفي علاء الدولة ابو جعفر بن شهريار المعروف بابن كاكويه وكان شجاعا ذا راي ، اقام p باصفهان بعده ابنه ظهير الدين ابو منصور فرامرز q وهو اكبر اولاده ، وسار ولده كرشاسف ابن علاء الدولة الي همذان واقام بها واخذها لنفسه *

وفيها ملك السلطان طغرلبك جرجان وطبرستان *

وفيها امر المستنصر العلوي اهل دمشق بالخروج عن طاعة الدزبري ، فخرجوا عليه ، فسار الدزبري الي

dan millies mille drachmas erogavit; maximus etiam eruditorum patronus, qui ad ipſum undecunque confluebant, eique ſuos libros inſcribebant. Ipſe litteras pingebat eleganter, et late regnaverat multaque cum gloria, Isfahanae dominus, et Raiae, Tabareſtanae, Gorganae, ceteraeque Choraſanae, Chovarezmiae, Arranae, Mocranae, Kermanae, Segeſtanae, Sendiae, Rocchagi, Gaznae, Gori, terra marique imperator.

Huius viri cognitam caedem ulturus eiusdem filius, Maudud, omiſſo, quod hactenus agitaverat, cum Selgukidis in Choraſana bello, confeſtim cum copiis Gaznam ſtudio contendebat, pugnaque commiſſa vicebat patruelem, eumque, et filium eius, Ahmedem, et ceteros (praeter unum Abd-er-Rahimum) filios, et Anuſchtekinum, illum qui primus Maſudum poteſtate, rerumque gerendarum nervo, theſauris, exuerat, eunuchum, origine Balchenſem, et quotquot paternae calamitatis conſcii participesque fuerant, omnes comprehenſos necabat. Quo facto Gaznam die vigeſimo tertio menſis octavi anni huius CCCCXXXII ingreſſus, quiete porro firmiterque tenebat regnum, pulchreque et ea, qua par eſt, ſapientia, moderabatur, efficiebatque, ut Turcarum ultra Oxum rex ipſi per legationem obſequium et clientelam deferret.

Anno CCCCXXXIII [qui die 13 Aug. A.C. 1041 coepit] idque primo menſe deceſſit Ala-ed-daula Abu-Gafar, filius Scheheriiari, vulgo nomine Ibn-Cacuiae notus, vir fortis et prudens. Cui filiorum maior quidem natu Tahir-ed-din Abu-Manſur Faramorz in Isfahanenſe dominatione ſuccedebat, alter autem Gorſchaſa [aut Gorſchaſpes] Hamadanam invadebat et ſibi ſumebat.

Hoc anno Gorganam et Tabareſtanam occupabat Sultan Togrul Bek.

Eodem iubebat Moſtanſer, Alida, dominus Aegypti, Damaſcenos ſuo apud ipſos praefecto, Dezberitae, non amplius parere. Inſurgentes itaque Damaſceni urbe ſua ipſum depellebant.

P 2 Hama-

Digitized by Google

الي حماة ، فعصي عليه اهلها ، فكاتب معقّد بن منقذ الكفرطابي فحضر اليه في نحو الفي رجل ، فاحتمي به ، وسار عن حماة الي حلب واقام بها مدة وتوفي الدزبري في منتصف جمادي الاخرة من هذه السنة ، وقد تقدّم ذكر وفاته في سنة اثنين واربعماية ، وكان الدزبري يلقب باميرالجيوش واسمه انوشتكين ، والدزبري بكسر الدال المهملة والباء الموحدة وبينهما زاء منقوطة ساكنة وفي الاخر راء مهملة ، هذه النسبة الي دزبر بن رويتم الديلمي ، ولما مات الدزبري في هذه السنة فسد امر الشام وزال النظام وطمعت العرب وخرجوا في نواحي الشام ، فخرج صاحب الرحبة ابو علوان ثمال ولقبه معزّ الدولة بن صالح بن مرداس الكلابي وسار الي حلب وملكها ، وعاد حسان بن مفرج الطاي فاستولي علي فلسطين وقد تقدم ذكر مسيره الي قسطنطنية وعوده في سنة اثنين وعشرين واربعماية ❊

وفيها سيّر الملك ابو كاليجار من فارس عسكرا الي عمان ❊

وفيها توفي ابو منصور بهرام الملقب بالعادل وزير الملك ابي كاليجار ومولده سنة ست وستين وثلثماية وكان حسن السيرة وبني دار الكتب بفيروزاباد وجعل فيها سبعة الاف مجلد ❊

ثم دخلت سنة اربع وثلثين واربعماية ، فيها ملك السلطان طغرلبك خوارزم ، وكانت خوارزم من جملة مملكة محمود بن سبكتكين ثم صارت لابنه مسعود ونايبه فيها الطنطاش حاجب ابيه محمود ، ومات الطنطاش ، فولّاها مسعود ابنه هرون بن الطنطاش ولقبه خوارزمشاه ثم قتل هرون قتله جماعة من غلمانه عند خروجه الي الصيد ، فاستولي علي البلد رجل يقال له عبد الجبّار ، ثم وثب غلمان هارون علي

Hamatam ergo abibat; verum et illinc eum oppidani arcebant. Adiutus tandem a viris propemodum bis mille, quos a Mocalledo, filio Moncadi [Arabe], Cafartabae domino, flagitaverat, Halebum occupabat, ibique interiecto aliquo tempore obibat huius anni ſexto menſe. Memoriam eius ad annum CCCCII iam fecimus. Titulus ei erat Emir el-Goiuſch [ſeu imperator copiarum militarium], Dezberita vero appellatur ab antiquo hero, cuius mancipium initio fuerat, Dezbero, filio Rovaitemi, viro Dailomita. Per huius praeclari viri obitum corruptae divulſaeque fuerunt res Syriae, factumque Arabibus deſiderium et facultas impune per eam provinciam latrocinandi. Abu-Olvan Tamal, filius Saleki, filii Mardaſi, Kelabita, dominus Rahabae, Halebum occupabat. Qua olim exciderat, Palaeſtinam nunc recuperabat Haſſan, filius Mofregi, Arabs Taiita, ille quem ſupra diximus ad a. CCCCXXII Conſtantinopolin aufugiſſe ab Aegyptiis pulſum.

Eodem mittebat Malec Abu-Caligar e Perſide copias in Omanam.

Eodem obibat Abu-Manſur Baharam, el-Adel [ſ. iuſtus] ob laudabile regimen cognominatus, Vezirus el-Malek Abu-Caligari, conditor bibliothecae publicae, apud Firuzabadam dedicatae, quam ſeptem millibus voluminum inſtruxit: natus fuerat anno CCCLXVI.

Anno CCCCXXXIV [qui die 20 Aug. A.C. 1042 coepit] potiebatur Sultan Togrul Bek Chovarezmia, quae olim a Mahmudo, filio Soboctekini, ſubacta ad Maſudum, eius filium, tranſierat. A quo eam nactus, vaſalli nomine, Altuntaſch fuerat, Mahmudi quondam Hageb [ſeu cubicularius] eoque mortuo, filius eius, Harun, cum titulo Chovarezmſchahi. Poſtquam hunc in ipſo venationis procinctu praetoriani ſui occidiſſent, occupabat aliquis Abd-el-Gabbar tyrannidem. Sed et hunc quidam Haruni olim ſatellites de medio tollebant, et eius-

 dem

Digitized by Google

علي عبد الجبار فقتلوه ، وولّوا البلد اسماعيل بن الطنطاش اخا
هرون ، فسار شاه ملك بن علي (وكان ملك بعض الاطراف بتلك
البلاد) فاستولي علي خوارزم وهزّم اسماعيل عنها ، ثم سار طغرلبك
الي خوارزم واستولي عليها وانهزم شاه ملك واستقرت في ملك
طغرلبك في هذه السنة ، ثم سار طغرلبك فاستولي علي بلد الجبل
في هذه السنة ايضا *

ذكر الوحشة بين القايم وجلال الدولة ، في هذه السنة لما
افتتحت الجوالي في المحرم ببغداد اخذها جلال الدولة ، وكانت
العادة ان تحمل الي الخلفاء لا تعارضهم فيها الملوك ، فارسل القاسم
الي جلال الدولة في ذلك مع ابي الحسن الماوردي ، فلم يلتفت جلال
الدولة اليه ، فعزم القايم علي مفارقة بغداد فلم يتمّ له ذلك *

وفيها في رجب خرج بمصر رجل اسمه سكّين وكان يشبه
الحاكم خليفة مصر ، فادّعي انه الحاكم ، واتبّعه جماعة يعتقدون
رجعة الحاكم وقصدوا دار الخليفة وقت الخلوة وقالوا هذا الحاكم ،
فارتاع من كان بالباب في ذلك الوقت ، ثم ارتابوا به فقبضوا علي
سكين وصلب مع اصحابه *

ثم

est Chotta" [hoc est advenit cum magno negotio, quod in animo volvit] et ſimul de origine huius dictionis ea proponit, quae non facile cuiquam absque hoc indice in mentem veniſſent. الاصل في هذا ان احدهم اذا حزنه امر جاء الكاهن فخط له في الارض يستخرج ما عزم عليه ، فالخطة فعلة بمعني مفعولة نحو الغرفة من الماء واللقمة والنجعة (اسم لما ينتجع) ، اخذ من الخط الذي يستعمل الكاهن في وقوع الامر "Huius dictionis origo

dem Haruni fratri, Altuntaſchi filio, nomine Iſmaêli poteſtatem deferebant. At eum inde Schah Malek, aliquis in iſto tractu regulus, detrahebat. Hunc tandem viciſſim hoc anno Chovarezmia privabat Sultan Togrul Bek. Eaque ratione deveniebat etiam haec provincia a Gaznevidis ad Selgukidas. Sed ulterius idem Togrul Bek progreſſus hoc eodem anno regionem quoque montanam [ſeu Iracam Perſicam] ſuae ditioni adiiciebat.

Hoc ipſo naſcebant ſimultates, Chalifam inter Caiemum, et Sultanum Buidam Gelal-ed-daulam, ex eo, quod, quum reditus Gavaliorum [ſeu tributorum ſuperiore anno a Chriſtianis, Iudaeis aliisque non Muſlemis pro capitis cenſu et tutela coactorum] huius anni primo menſe, pro more conſueto, reſignarentur, Gelal-ed-daula ea ſibi omnia primo exemplo vindicabat; nunquam enim antea reges Buidae, aliive Bagdadi gubernatores, ea tributa fuerant attrectare auſi, ſed ſolis Chalifis absque controverſia reliquerant. Ideoque mittebat Caiem, qui facinus illud inſolens aegre ferebat, Abu'l-Haſanum Mavardenſem, quo Gelal-ed-daulam ad meliorem mentem reduceret. Sed fruſtra erat, neque preces illo, neque admonitiones curante, quo efferatus Chalifa Bagdadum deſerere decernebat; in effectum tamen non ibat haec ſententia.

Huius anni ſeptimo menſe prodibat Miſrae turbasque dabat aliquis de plebe, Sekkin (80) dictus, [hoc eſt, Sica], qui ſe Hakemum eſſe, Chalifam olim Aegyptium, et tunc regnantis avum, quem ſupra diximus diſparuiſſe, a corporis aliqua iactabat ſimilitudine, qua multis etiam imponebat, ut vere crederent Hakemum e ſuis erroribus rediiſſe. Turba haec eo tempore palatium adorta, quo deſertum erat, facile tenebant primi aditus excubias, ut Hakemum ſuum oſtentantes per trepidationem intromitterent: brevi tamen poſt, ut ſeſe recuperaverant e conſternatione, et mira quaedam deprehendebant in illo mimo, impoſturae ſuſpicionem haud vanam moventia, iubebant Sekkinum ceterosque ſeditioſos in patibulum ire. Anni

Digitized by Google

ثم دخلت سنة خمس وثلثين واربعماية ، ذكر وفاة جلال الدولة ،
في هذه السنة في شعبان توفي جلال الدولة ابو طاهر بن بهاء الدولة بن عضد الدولة بن ركن الدولة بن بويه ببغداد وكان مرضه ورما في كبده ، وكان مولده سنة ثلث وثمانين وثلثماية وملكه ببغداد ست عشرة سنة واحد عشر شهرا ، ولما مات جلال الدولة كان ابنه الملك العزيز ابو بكر منصور بواسط فكاتبه الجند فيما يحمله اليهم ، فلم ينتظم له امر ، فسار يطلب النجدة وقصد الملوك مثل قرواش وابي الشوك ، فلم ينجده احد ، فقصد نصر الدولة بن مروان وتوفي عنده بميافارقين سنة احدي واربعين واربعماية ، فلما لم ينتظم لابن جلال الدولة امر كاتب الملك ابو كاليجار عسكر بغداد فاستقر الامر لابي كاليجار بن سلطان الدولة بن بهاء الدولة بن عضد الدولة بن ركن الدولة بن بويه وخطبوا له ببغداد في صفر سنة ست وثلثين واربعماية *

وفيها فتح عسكر مودود بن مسعود بن محمود عدة حصون من بلاد الهند *

وفيها اسلم من الترك خمسة الاف خركاة وتفرقوا في بلاد الاسلام ولم يتاخر عن الاسلام سوي الخطا والتتر وهم بنواحي الصين *

وفيها ترك شرف الدولة ملك الترك بلاد بلاساغون وكاشغر لنفسه واعطي اخاه ارسلان تكين كثيرا من بلاد الترك واعطي اخاه بغراخان اطراز واسفيجاب واعطي عمه طغان فرغانه باسرها واعطي علي تكين بخارا وسمرقند وغيرهما وقنع شرف الدولة المذكور من اهله المذكورين بالطاعة له *

وفيها

Anni CCCCXXXV [qui die 9 Aug. A. C. 1043 coepit] obiit decimo menſe Gelal-ed-daula Abu-Taher, filius Baha-ed-daulae, filii Adad-ed-daulae, filii Rocn-ed-daulae, filii Buiae, natus anno CCCLXXXIII. Bagdadi regnaverat annos ſeptendecim, minus uno menſe. Eo exſpirante agebat apud Vaſetam eius filius, Malec el-Aziz Abu-Becr Manſur; quem praeſidia quidem auguſtae urbis ad imperii paterni adeundam hereditatem exciebant; nolente autem flagitata ſtipendia condicere, non conficiebat negotium. Interim tranſigebat Malec Abu-Caligar cum praeſidiis Bagdadicis, publiceque ab iis anni proximo ſecuti CCCCXXXVI ſecundo menſe imperator ſalutabatur filius Sultan-ed-daulae, filii Baha-ed-daulae, cetera ut ſupra. Excluſus itaque Malec el-Aziz circumſpiciebat opes, quibus et debitum ſibi ius aſſereret, et factam ulciſceretur iniuriam; eoque fine varios adibat principes, auxilia comparatum, ut Kervaſchum [Mauſelae] et Abu-Schaucum [Dainavarae] et tandem, poſtquam ſuperiores fruſtra tentaſſet in ſuas partes pertrahere, Naſr-ed-daulam, filium Marvani, apud quem anno CCCCXLI Maiafarekinae obiit.

Eodem expugnabat exercitus Maududi, filii Maſudii, filii Mahmudi, Gaznevidae, complures Indorum arces.

Eodem amplectebantur Muſlemicam fidem, et per omnem Muſlemicam ditionem diminabant, quinquies mille Horcat [ſeu tribus] Turcarum; ita ut, praeter Chattaeos et Tataros, Sinarum accolas, de Turcico nomine nihil ſupereſſet, a ſancta noſtra fide alienum.

Eodem diſtribuebat Scharf-ed-daula, rex Turcarum, regnum ſuum inter fratres et affines. Fratri, Arſlan Tekino, magnam dabat Turkeſtanae partem; alteri fratri Bagra Chano, dabat Otraram et Esfigabam; Tagano patruo, Farganam totam: Ali Tekino Bocharam, Samarkandam, alias. Ipſe ſibi tantummodo Balaſagunam et Caſchgaram, ſuorumque obſequium et clientelam reſervabat.



Digitized by Google

وفيها قطع المعز بن باديس بافريقيه خطبة العلويين خلفاء
مصر وخطب للقايم العباسي خليفة بغداد ووصلت اليه من القايم
الخلع والاعلام علي طريق القسطنطينية في البحر ❊

ثم دخلت سنة ست وثلثين واربعماية ، فيها خطب للملك
ابي كاليجار ببغداد في صفر وخطب له ايضا ابو الشوك ببلاده
ودبيس بن مزيد ببلاده ونصر الدولة بن مروان بديار بكر ، فسار
الملك ابو كاليجار الي بغداد ودخلها في رمضان من هذه السنة
وزينت بغداد لقدومه ❊

وفيها امر ابو كاليجار ببناء سور مدينة شيراز، فبني واحكم
بناوه ودوره اثني عشر الف ذراع في ارتفاع ثمانية اذرع وله احد
عشر بابا $v$ ، وفرغ منه في سنة اربعين واربعماية ❊

وفيها توفي الشريف المرتضي ابو القاسم اخو الشريف الرضي
ومولده سنة خمس وخمسين وثلثماية ، وولي نقابة العلويين بعده
عدنان ابن اخيه الرضي ❊

وفيها توفي القاضي ابو عبد الله الحسين الصيمري ❊ شيخ
اصحاب ابي حنيفة ومولده سنة احدي وخمسين وثلثماية ❊ وفيها
توفي ابو الحسين محمد بن علي البصري المعتزلي صاحب
التصانيف المشهورة ❊

ثم

origo ab illis repetenda est, qui olim pro more istorum temporum, si quadam de re angerentur, ad hariolum accedebant. Hic tum illis lineam in terra ducebat, e qua id quod sibi proposuerat eliciebat. Est ergo Chotta vox formae Fola et significationis passivae; ut Gorfa h. e. haustus aquae, et Locma, bucella [quae deglutitur], et Noga, pastus [vel

Digitized by Google

Eodem refcindebat Moazzus (81), Badifi filius, Africae dominus, homagium, quod et ipfe hactenus, et maiores eius ab initio inde, Alidis, Chalifis Mifrenfibus, nunquam non praeftiterant; et Abbafidae Chalifae porro, qui tum regnabat, Caiemo, pia vota dici per fuam ditionem curabat. Quapropter Caiem ipfi, tam grati animi fui, quam conceffae fuo nomine legitimae poteftatis, indicia confueta, chlamydes et vexilla, mittebat, fed via maritima, vafto diverticulo, per Conftantinopolin fcilicet. Tutum enim non erat, ea breviffima via per Aegyptum et Alidarum fines mittere.

Anni CCCCXXXVI [qui die 29 Iulii A. C. 1044 coepit] fecundo menfe incipiebat Malec Abu-Caligari nomen publice per templa Bagdadi, quod paullo ante dicebamus, celebrari. Pariter ipfum dominum agnoverunt, piisque votis profecuti funt, fua quisque in ditione, Abu-Schauk, [apud Dainavaram] et Dobais, filius Maziadi, [apud Hellam, et quae alia per Iracam poffidebat] et Nafr-ed-daula, filius Marvani, per Diar-Becr. Ipfe autem Abu-Caligar citius Bagdadum non veniebat, quam huius anni menfe nono; quo tempore tota urbs in eius honorem panegyrice adornata fuit.

Eodem condi coepti funt Schirazae muri, eiusdem Abu-Caligari iuffu, folida robuftaque ftructura, implentes per ambitum duodecim ulnarum millia, alti octo ulnas, craffi undecim orgyias. Perfectum id opus fuit anno CCCCXL.

Eodem obiit Scharif el-Mortadi Abu'l-Cafem, frater Scharifi Radii, [fupra celebrati] natus anno CCCLV. In munere fuo, fuerat autem Alidarum per Iracam Nakib [f. generalis], fucceflorem habebat fuum, ex modo dicto fratre, Radio, nepotem, Adnanum.

Eodem obiit Cadi Abu-Abdalla Hofain Saimarita, celeber Hanafiticorum doctor, natus anno CCCLI. Item Abu'l-Hofain Muhammed, filius Alii, Bafrenfis, Motazalita, celebrium librorum auctor.



Digitized by Google

ثم دخلت سنة سبع وثلثين واربعماية ، فيها ارسل السلطان طغرلبك اخاه ابراهيم ينال بن ميكايل فاستولي علي همذان واخذها من كرشاسف y بن علاء الدولة بن كاكويه ، واستولي علي الدينور واخذها من ابي الشوك ، ثم استولي علي الصيمرة z *

وفيها توفي ابو الشوك واسمه فارس بن محمد بن عنان بقلعة السيروان ، ولما توفي غدر الاكراد بابنه سعد وصاروا مع مهلهل بن محمد اخي ابي الشوك *

وفيها قتل عيسي بن موسي الهمذاني صاحب اربل قتله ابنا اخ له وملكا قلعة اربل ، وكان لعيسي اخ اخر اسمه سلار ابن موسي قد نزل علي قرواش صاحب الموصل لوحشة كانت بين سلار واخيه عيسي ، فلما سمع بقتل اخيه سار سلار الي اربل ومعه قرواش فملكها وتسلمها سلار وعاد قرواش الي الموصل *

وفيها وقع الوباء بالخيل وعم البلاد *

وفيها توفي احمد بن يوسف المنازي وزير لابي نصر احمد بن مروان الكردي صاحب ديار بكر ترسل الي القسطنطينية ، وكان من اعيان الفضلاء والشعراء ، وجمع المنازي المذكور كتبا كثيرة واوقفها علي جامع ميافارقين وجامع امد وهي الي من قريب كانت موجودة بخزاين الجامعين ، وكان قد اجتاز في بعض اسفاره بوادي بزاعا فاعجبه حسنه فقال فيه ،

وقانا

[vel tractus qui depaſcitur]. Significatio autem eius deſumta eſt de illa linea, qua utitur hariolus ad conſultandos eventus rei." Confer. clariſſ. Schultens ad Harir. Conſ. IV. pag. 36. et ad Excerpt. Hamaſ. pag. 370.

Digitized by Google

Anno CCCCXXXVII [qui die 18 Iulii A.C. 1045 coepit] potiebatur Sultan Togrulbec Hamadana, miniſterio ſui fratris, Inal Ibrahimi, ut et Dainavara, tandem et Saimara. Hamadana quidem erepta fuit Carſchaſafo, filio Ala-ed-daulae Ibn-Cacuieh, Dainavara vero Abu-Schauco.

Qui ipſe Abu-Schauk eodem anno in arce Siravan obiit. Verum ipſi nomen erat Fares, pater Muhammed, avus Annan. Ab eius filio, Saado, Curdi fraudulenter deſciſcentes adhaerebant Mohalhelo, Abu-Schauki fratri, Muhammedis filio.

Eodem occiſus fuit Iſa, filius Muſae Hamadanenſis, Irbelae [vulgo Arbelae] dominus, a duobus ſuis ex fratre quodam nepotibus, qui arcem Irbelenſem poſt id facinus occupabant, diu tamen non tenuere. Nam frater eiusdem Iſae, ſed is ab iſtorum patre diverſus, nomine Sallar dictus, a Carvaſcho, Mauſelae domino, ad quem ille Sallar, vivo adhuc fratre, ob aliquas ſimultates inter ipſos obortas, aufugerat, reducebatur. Carvaſch, finita ex voto hac expeditione, poſt traditam Sallaro urbem, domum remeabat.

Hoc anno lues equinum genus per totum fere terrarum orbem attrivit.

Eodem obiit Ahmed, filius Ioſephi, Manazenſis, vir illuſtris, Veziri munere quondam apud Abu-Naſrum Ahmedem, filium Marvani, Curdum, dominum Diar-Becri, et eiusdem nomine legatione Conſtantinopolitana functus; praecipuis hominum elegantium et poëtarum accenſendus, conditor geminae bibliothecae, utriusque ſatis numeroſae, unius quam templo Maiafarekinenſi, alterius, quam templo Amideno dedicavit, et quae ambae paullo ante mea tempora adhuc in utriusque modo dicti templi adytis aſſervabantur. Poëſin eius aeſtimes ex verſiculis, quos apponam, in vallem Bozaa conditis, cuius pulchritudine, dum eam aliquando pervaderet, mire captus fuerat. Sunt autem hi:



Digitized by Google

وقانا لفحة *a* الرمضاء وان وقاه مضاعف النبت العميم *b* ،
نزلنا دوحه *c* فحنى علينا حنوّ المرضعات على الفطيم ،
وارشفنا على ظمأ زلالا الذّ من المدامة للنديم ،
تروع حصاه حالية *d* العذاري فتلمس جانب العقد النظيم *
والمنازي منسوب الي منازجهر *e* مدينة عند خرتبرت وهي غير
منازكرد من اعمال اخلاط ❊

ثم دخلت سنة ثمان وثلثين واربعماية ، فيها ملك مهلهل
بن محمد بن عنان اخو ابي الشوك قرميسين والدينور بعد ما كان
قد استولي عليهما اخو طغرلبك علي ما تقدّم ذكره *

وفيها توفي عبد الله بن يوسف الجويني والد امام الحرمين
وكان الجويني اماما في الشافعية تفقّه علي ابي الطيب سهل بن
محمد الصعلوك *f* وهو صاحب وجه في المذهب وكان عالما ايضا
بالادب وغيره من العلوم ، وهو من بني سنبس *g* بطن من طي ❊

ثم

*m*) تفاقم *το magis et magis ingravescere atque momentosum fieri.* Sextae nempe coniugationi ea inter alias inest notio, *ascendendi* in suo valore. Ceterum non concilio hanc significationem cum illa eius verbi altera, *dentes inferioris maxillae cum mento protensos habere ultra superiores.* Interea tamen a similitudine tam foedae seu feminae seu cameli, magnum infortunium dixerunt افقم et فقماء

*n*) سبحون Procul dubio legendum السند

*o*) كيدي Deinceps erit كندي

*p*) اقام Num واقام *q*) قرامرز Cod. L. فرامرز

*r*) Suspectum بد, nisi pro فاحتمي legas فاجتمع

*s*) وثمانين C. L. وثلثين Hoc quidem manifeste pravum, sed forte neque illud rectum.

Digitized by Google

Arcet a nobis aeſtum ſoli glareoſi, a ſole fervidi, vallis, quam denſa graminis herbarumque coma a ſolis ardore defendit.

Deſcendimus e iumentis noſtris, et acquieſcimus ad eius arbores, quae haud aliter ſuis nos brachiis amplectuntur, quam lactantes matres ablactandum.

Praebet nobis potum ſorbillandum ſitientibus, aquam frigidam limpidamque, ſuaviorem, quam vinum eſt compotori.

Tenet eius glarea puellam mundo ſuo adornatam, ut dubia, num adhuc ſibi ſuum haereat monile, collum trepide pertrectet.*

Manazenſis appellatur a Manazgeher, quod eſt oppidum prope Chortbert, probe diſtinguendum a Manazkerd, quod ad praefecturam Echlat in Armenia ſpectat.

Anno CCCCXXXVIII [qui die 7 Iulii A.C. 1046 coepit] recuperabat Mohalhet, filius Muhammedis, filii Annani, frater Abu-Schauki, Kermiſinam et Dainavaram, quas, ut ſupra vidimus, Ibrahim Inal, Togrulbeki frater, rapuerat.

Eodem obiit Abdalla, fil. Ioſefi, Govainenſis, pater iſtius celeberrimi Govainenſis,** qui vulgo Imam el-Haramein appellatur, et de quo deinceps ſuo loco dicemus. Hic Abdalla Imamus erat Schafeiticus, fikham didicerat ab Abu-Taieb Sahlo, filio Muhammedis, Saluco (82) vulgo dicto; peculiares tamen in ſua ſecta fovebat ſententias: praeterea quoque litteris elegantioribus, aliisque ſcientiis imbutus erat. Originem trahebat ab illa Taiitarum Arabum familia, quae Banu-Sembeſi [Sembaſitarum] appellatur.

Anno

* Hoc eſt, tam candidae parvulae et rotundae ſunt iſtius vallis glareae vel ſiliculi, ut femina ſi in ea ambulet, filum margaritarum gerens, putare poſſet ſuas margaritas perdidiſſe et in ſolum effudiſſe; tam ſunt illae glareae margaritis ſimiles.

** De patria Govain, urbe Kermanae, ſic dictus. Vid. Geogr. Nub. p. 151. lin. 12.

Digitized by Google

ثم دخلت سنة تسع وثلثين واربعماية ، فيها استولي عسكر الملك ابي كاليجار علي البطيحة واخذوها من صاحبها ابي نصر بن الهيثم وهرب ابن الهيثم الي زرب *t* *

وفيها كان بالعراق غلاء عظيم حتي اكل الناس الميتة وببغداد حتي خلت الاسواق *

وفيها توفي عبد الواحد بن محمد المعروف بالمطرّز الشاعر ، وابو الخطاب الشبلي *i* الشاعر *

ثم دخلت سنة اربعين واربعماية ، ذكر موت ابي كاليجار وملك ابنه الملك الرحيم ، في هذه السنة توفي الملك ابي كاليجار المرزبان بن سلطان الدولة بن بهاء الدولة بن عضد الدولة بن ركن الدولة بن بويه رابع جمادي الاولي بمدينة جناب من كرمان ، وكان قد سار الي بلاد كرمان لخروج عامله بهرام الديلمي عن طاعته ، فمرض من قصر مجاشع وتمّ سايرا وقويت به الحمي وضعف عن الركوب فركب في محفّة فتوفي في جناب ، وكان عمره اربعين سنة وشهورا وكان ملكه بالعراق اربع سنين وشهرين ، ولما توفي نهبت الاتراك الخزاين والسلاح والدواب من العسكر ، وكان معه ولده ابو منصور فلاستون بن ابي كاليجار ، فعاد الي شيراز وملكها ، ولما وصل خبر وفاة ابي كاليجار الي بغداد وبها ولده الملك الرحيم ابو نصر خسره فيروز بن ابي كاليجار جمع الجند واستحلفهم واستولي علي بغداد ، ثم ارسل الملك الرحيم عسكرا الي شيراز فقبضوا علي اخيه ابي منصور فلاستون وعلي والدته في شوال هذه السنة ، وخطب

*t*) بكر deerat in cod. L. *v*) Post باعا forte deest في العرض

Anno CCCCXXXIX [qui die 27 Iunii A. C. 1047 coepit] occupabat exercitus Malek Abu-Caligari Batihah [f. Lacus] poſt expulſum eorum dominum Abu-Naſrum, filium Haitami, qui Zirobum (83) confugit.

Hoc anno tanta fuit annonae penuria, per Iracam, ut fame adacti cadavera conſumſerint. Bagdadi res eo devenit, ut omnia fora vacuata mercibus et mercantibus clauſaeque tabernae fuerint.

Eodem obiit Abd-el-Vahed, filius Muhammedis, Motarrez vulgo dictus, poëta, et Abu'l-Chattab Scheblenſis (84), alius poëta.

Anno CCCCXL [qui die 15 Iunii A. C. 1048 coepit] idque quarto die quinti menſis obiit Malec Abu-Caligar Marzapan, filius Sultan-ed-daulae, filii Baha-ed-daulae, filii Adad-eddaulae, filii Rocn-ed-daulae, filii Buiae, in urbe quadam Kermanae, Ganab dicta. Iter enim in Kermanam [ex urbe Bagdad] ſuſcipere coëgerat ipſum defectio Baharami Dailomitae, quem illi provinciae ſuo nomine praefecerat. Morbum a Caſr Mogaſchao inde ſenſerat; nihilominus tamen continuabat iter; unde factum, ut, invaleſcente febre, proſtratis viribus, iumentorum ſuccuſſiones amplius non ferens, debuerit lectica Ganabam deportari, ubi animam reddidit annos natus quadraginta cum aliquot menſibus. Regnarat in Iraca quatuor annos et duo menſes. Eo defuncto ſtatim Turcae diripiebant theſauros, et arma, et iumenta, quae in caſtris aderant. Filius, qui patrem hac in expeditione comitatus fuerat, Abu-Manſur Fulaſotun (85) Schirazam propere redibat, eaque potiebatur. Bagdadum autem ubi pervenit de obitu Abu-Caligari rumor, cogebat alter eiusdem filius, Malec er-Rahim Abu-Naſr Choſru Fairuz, ibi tum agens, praeſidia urbis auguſtae ſibi in ſacramentum, urbeque occupata, copias adverſus Schirazam ablegabat, qui Folaſotunum eiusque matrem ibi menſe huius anni decimo comprehendebant.

وخطب للملك الرحيم في شيراز، ثم سار الملك الرحيم من بغداد الي خوزستان فلقيه من بها من الجند ومن جملتهم كرشاسف ابن علا الدولة صاحب همذان فانه كان قد قدم الي الملك ابي كاليجار لما اخذ منه ابراهيم ينال اخو طغرلبك همذان *

وفيها توفي محمد بن محمد بن غيلان البزاز وهو راوي الاحاديث المعروفة بالغيلانية التي اخرجها الدارقطني وهي من اعلي الحديث واحسنه *

ثم دخلت سنة احدي واربعين واربعماية، فيها جمع فلاستون بن ابي كاليجار جمعا بعد ان خلص من الاعتقال واستولي علي بلاد فارس *

وفيها جري بين طغرلبك واخيه ابراهيم ينال k وحشة ادّت الي قتال بينهما، فانهزم ينال وعصي بقلعة سرماج l فحصره طغرل بها واستنزله قهرا *

وفيها ارسل ملك الروم الي السلطان طغرلبك بهدية عظيمة وطلب منه المعاهدة، فاجابه اليها، وعمّر m مسجد القسطنطينية واقام فيه الصلوة والخطبة لطغرلبك ودانت الناس له وتمكّن ملكه وثبت *

وفيها افرج السلطان طغرلبك عن اخيه ينال وتركه معه *

ذكر

x) الصيمري Ita quoque Hagi Chalifa. Cod. L. الضيمري

y) كرشاسف Ita fupra. Hoc loco habebat C. L. كشراسف

z) الصيمرة Cod. L. الضيمر

a) لفحة Sic quoque Ibn-Schehna Leid. Sed codex nofter et Ibn-Schehna Dorvill. نفحة

Ex quo Malec er-Rahim Schirazae quoque publice dominus fuit agnitus. Bagdado inde iter idem in Chureſtanam faciebat, ibique in ceteris copiis, quae provinciam illam tuebantur, obvium habebat illum Gorſchaſaſum, filium Ala-ed-daulae Ibn-Cacuieh, quem ſupra dicebamus ab Inalo Ibrahimo, fratre Togrul Beki Hamadanae dominio everſum fuiſſe. Privatus enim ille poteſtate confugerat ad Malec Abu-Caligarum, eiusque in aula hactenus vixerat.

Eodem obiit Muhammed (86), filius Muhammedis, filii Gailan [a quo avo vulgo Ibn-Gailan citatur] al-Bazzar [ſeu mercator], iſtarum celebrium traditionum enarrator, quae vulgo Gailanicae audiunt, et a Darcatanenſe ſunt editae, excelſae, ſi quae aliae, originis, dictioneque et argumentis elegantiſſimae.

Anno CCCCXLI [qui die 4 Iunii A.C. 1049 coepit] cogebat Folaſotun, filius Abu-Caligari, iam e carcere liber, ingentes copias, quibuscum ſibi Perſidem ſubigebat.

Eodem incidebat ſimultas inter fratres Selgukidas, Togrulbecum, et Ibrahim Inalum (87), quae in apertum denique bellum erupit. Quo fractus Inal, continuat tamen in arce Serma (88) refragari et ſe tueri, et obſidionem ſuſtinet: tandem tamen detractus inde vi fuit et in cuſtodiam datus, e qua tamen ipſum hoc ipſo anno Togrulbec rurſus dimiſit, data ipſi penes ſe manendi venia.

Eodem mittebat Romanorum imperator magni dona pretii Sultano Togrul Beco (89), pacemque et foedus obtinebat rogata; qua conventione Muſlemi, et Selgukides maxime, impetrabant Maſgadum, [ſeu templum Muſlemicum (90)] Conſtantinopoli, in quo pia vota Togrul Beco fiebant. Is enim erat eo tempore Muſlemorum principum potentiſſimus; omnes habebat ſibi ſubmiſſos firmisque nixum fundamentis imperium.



Digitized by Google

ذكر وفاة مودود ، وفي هذه السنة في رجب توفي ابو الفتح مودود بن مسعود بن محمود بن سبكتكين صاحب غزنة وعمره تسع وعشرون سنة وملك تسع سنين وعشرة اشهر ، وكان موته بغزنة ، واستقرّ في الملك بعده عمه عبد الرشيد بن محمود بن سبكتكين ، وكان مودود قد حبس عمه المذكور فخرج بعد موته واستقر في الملك ولقّب شمس دين الله سيف الدولة *

وفيها سار البساسيري كبير الاتراك ببغداد وملك الانبار واظهر العدل واحسن السيرة ، ولما قرّر قواعدها عاد الي بغداد *

وفيها ملك عسكر خليفة مصر العلوي مدينة حلب واخذوها من ثمال بن صالح بن مرداس الكلابي علي ما قدّمنا ذكره في سنة اثنين واربعماية *

وفيها وقعت الفتنة ببغداد بين السنّة والشيعة وعظم الامر حتي بطلت الاسواق وشرع اهل الكرخ في بناء سور عليهم محيطا بالكرخ وشرع السنّة من القلايين ومن يجري مجراهم في بناء سور علي سوق القلايين ، وكان الاذان باماكن الشيعة بحيّ علي خير العمل وباماكن السنة الصلوة خير من النوم *

وفيها توفي ابو بكر منصور بن جلال الدولة وله شعر حسن *

ثم دخلت سنة اثنين واربعين واربعماية ، فيها سار السلطان طغرلبك من خراسان وحاصر اصفهان وبها صاحبها ابو منصور بن

b) العميم Continet haec vox cum notione *integri et proceri quod ad ſtaturam*, etiam notionem *pleni quod ad robur* et *ſucculentiam*. De plantis e. c. ſucci plenis adhibetur paſſim in Div. Hudeil.

Digitized by Google

Eiusdem anni ſeptimo menſe vivis excedebat Abu'l-Fatah Maudud (91), filius Maſudi, filii Mahmudi, filii Soboctekini, dominus Gaznae, poſtquam annos XXIX vixiſſet, novem autem ultimos annos cum decem menſibus regnaſſet. Ei ſuccedebat patruus Abd-er-Raſchid, filius Mahmudi, filii Soboctekini, ſub titulo Schams-din-allah Saif-ed-daula, protractus e carcere, quo ipſum idem ille Maudud damnaverat.

Eodem Bagdado Anbaram ibat Baſaſiricus, Cabirus [vel primas] Turcarum [Bagdadi excubantium], eamque urbem ſibi vindicabat, iuſtam ibi laudabilemque inſtituebat gubernationem, et rebus denique ex ſententia compoſitis Bagdadum redibat.

Eodem ceperunt Halebum Aegyptii Chalifae copiae, Tamalo, filio Salehi, filii Mardaſi, Kelabitae, ademtam, quemadmodum ſub annum CCCCII iam monuimus.

Eodem ſuborta fuit Bagdadi Sunnitas inter et Schiitas ſeditio, eoque proceſſit res, ut clauſis deſertisque foris commercia rerum ceſſarent. Qui Carchum incolebant [ingens ille vicus eſt Bagdadi ad occidentalem Tigridis ripam, in quo plerique omnes Schiitae degebant] muro ſe circumducto tuebantur. Pariter incipiebant Sunnitae Collabini (92) et ipſorum aſſeclae forum Collabinorum muro intercipere. Schiitae ſuam concionem ad cultum divinum e templorum turribus convocantes utebantur hac peculiare formula: *Haiia ala chair el-amal* [hoc eſt, adeſtotedum ad optimum opus!] Sunnitae contra de ſuis clamabant: *as-Salat chair min en-naum* [preces ſomno praeſtant].

Eodem obiit Abu-Becr Manſur, filius Gelal-ed-daulae, de gente Buiae, egregius poëta.*

Anno CCCCXLII [qui die 25 Maii A. Chr. 1050 coepit] contendebat Sultan Togrulbek e Choraſana ad Isfahanam, eamque, et in ipſa eius, qui tum erat, dominum, Abu-Manſurum,

 filium

* De quo vid. ad an. 435, ſupra p. 121.

بن علا الدولة بن كاكويه وطال محاصرته قريب سنة واخذها بالامان
ودخل السلطان طغرلبك اصفهان في المحرم سنة ثلاث واربعين،
واستطابها ونقل اليها ما كان له بالري من سلاح وذخاير ❊
ذكر حال قرواش مع اخيه، وفيها استولي ابو كامل بركة بن
المقلد علي اخيه قرواش بن المقلد ولم يبق لقرواش مع اخيه المذكور
تصرّف في المملكة وغلب عليها ابو كامل المذكور ولقبه زعيم الدولة ❊
ذكر مسير العرب من جهة مصر الي افريقية وهزيمة المعزّ بن
باديس، في هذه السنة لما قطع المعز بن باديس خطبة العلويين
من افريقية وخطب للعباسيين عظم ذلك علي المستنصر العلوي
وارسل الي المعز بن باديس في ذلك فاغلظ ابن باديس في
الجواب، وكان وزير المستنصر الحسن بن علي f) اليازوري من
اعمال الرملة، فاتّفقا علي ارسال زغبة ورياح وهما قبيلتان من
العرب، وكان بينهما حرب فاصلح المستنصر بينهم، وجهّزهم
بالاموال فساروا واستولوا علي افريقية، فسار اليهم المعز بن
باديس فهزّموه وساروا الي افريقية وقطعوا الاشجار وحصروا
المدن

c) دوح plural. a دوحة *arbor*, in ſpecie *magna*. الدوح جمع دوحة وكل شجرة عظيمة دوحة verba ſunt Tebrizii ad Moallacam Amrilcaiſi verſ. 75. Inde دوحة *magnum tentorium*, quaſi magna arbor.

d) حالية Particip. activum hic poſitum pro paſſivo: vel potius utrumque notat حلي: mundo ornare, et ornatum eſſe mundo.

e) منازجهر Cod. L. منام جهد et rurſus والمناري Peius adhuc Ibn-Schehna Dorvill. منازل جعد

f) ابي الطيب سهل بن محمد الصعلوك Ex Sebekaeo legendum videtur ابي سهل محمد الصعلوك

Digitized by Google

filium Ala-ed-daulae, Ibn-Cacuieh, obſidebat, per annum fere, primoque menſe tandem anni ſequentis CCCCXLIII eam deditione nanciſcebatur. Vrbs adeo placebat novo domino, ut relicta Raia, ubi reſidere hactenus conſueverat, omnem ſuum armorum opumque apparatum eo transferret.

Eodem incipiebat Abu-Camel Baraca, filius Mocalledi, ſuo fratri, Kervaſcho, Mauſelae et aliarum domino, tanta cum poteſtate dominari,* ut ex eo tempore, praeter nomen, auctoritatis illi nihil reliquum faceret, ſed totum a metu ſuo pendentem Kervaſchum haberet. Aſſumebat ille Baraca, pro more principum, titulum Zaïm-ed-daula.

Eodem praeſtabant Arabes (93) Moſtanſero, Alidae, Chalifae Aegyptio, egregia officia contra rebellem Maazzum, Badiſi filium, Africae dominum, quem in ſuperioribus, ad finem anni CCCCXXXV dicebamus, per ditionem ſuam, hoc eſt Libyam et Mauritaniam, ſacramentum abrogaſſe Alidis Miſrenſibus praeſtari ſolitum debitumque, Bagdadicos contra de gente Abbaſi pro legitimis Chaliſis agnoviſſe. Quod facinus indigne, ut par erat, ferebat Moſtanſerus, immiſſaque primum legatione ſtudebat Africanum officii admonitum ad meliorem mentem reducere. Sed quum fruſtra eſſet, et Badiſides, cum arrogantia reſpondens, convitia ipſi minasque ingereret, immittebat Moſtanſer ipſi Zogbam et Reiahum, de conſilio ſui Veziri, Haſani, filii Alii, Iazurenſis, ita nominati a patria, Iazur, pago in Ramlenſe praefectura. Erant autem Zogba et Reiah (94) duae tribus Arabicae, quae hactenus quidem ſeſe mutuis bellis afflixerant, tunc autem a Moſtanſero mutuam in gratiam conciliatae, opibusque neceſſariis inſtructurae in Libyam expediebantur. Per totam illi Arabes provinciam ubique vagabantur victorumque iura exercebant. Badiſide, qui repellere graſſatores tendebat, fuſo, profundius in terram ſeſe penetrantes ſata cultaque exſcindebant

* Infra ad an. 443 dicet Kervaſchum a fratre in cuſtodiam miſſum fuiſſe.

Digitized by Google

المدن ونزل باهل افريقية ما لم يعهدوا مثله ، ثم جمع المعز ما يزيد
علي ثلثين الف فارس والتقي معهم فهزموه ايضا ، فدخل المعز
القيروان مهزوما ثم جمع المعز وخرج اليهم والتقوا وجري بينهم قتال
عظيم ثم انهزمت p عساكر المعز وكثر القتل فيهم وانهزم المعز ووصلت
العرب الي القيروان ونزلوا بمصلي القيروان واقام العرب يحاصرون
البلاد وينهبونها الي سنة تسع واربعين واربعماية وانتقل المعز الي
المهدية في رمضان سنة تسع واربعين واربعماية ونهب العرب القيروان *

وفيها سار مهلهل بن محمد بن عنان اخو ابي الشوك الي
السلطان طغرلبك ، فاحسن اليه طغرلبك واقرّه علي بلاده ومن
جملتها السيروان ودقوقا وشهرزور والصامغان ، وكان سرحاب q اخو
مهلهل محبوسا عند طغرلبك فاطلقه لاخيه مهلهل *

ثم دخلت سنة ثلاث واربعين واربعماية، فيها كانت الفتنة
بين السنة والشيعة ببغداد وعظم الامر واحرق ضريح قبر موسي بن
جعفر وقبر زبيدة وقبور ملوك بني بويه وجميع الترب التي
حواليها ووقع النهب وقصد اهل الكرخ الي خان الحنفيين وقتلوا
مدرّس الحنفيين ابا سعيد السرخسي واحرقوا الخان ودور الفقهاء ،
ثم

g) سنبس Meminit eorum Ibn-Doraid his verbis: منها بنو سنبس واصله من الهزال واليبس monens, ei voci notionem macici et ficcitatis inesse.

h) Ita cod. L. omisso puncto diacritico. Num جيرفت ?

i) الشبلي Legendum الجبلي ex Abulfedae geographia.

k) ينال C. L. hoc loco et aliquoties alibi تنال

l) سرماح C. L. سرمق m) وعمّر Melius وعمر ملك الروم

Digitized by Google

debant omnia, urbes oppugnabant, tantaque Africanos clade afficiebant, quantam antea nullam aliam experti fuerant. Tentabat Maazzus altera vice martem, collectosque plus tricesies mille equites opponebat Arabibus, sed eadem cum adversa fortuna. Rursus enim fusus cogebatur Cairovanam subire. Nihilo magis eo fractus Maazzus denuo conscribebat copias, tertiumque cum hoste confligebat egressus capitale sua, sed contusis iterum quoque suis ingentique strage laniatis, repulsus intra Cyrenarum moenia sustinebat obsidionem ab Arabibus, qui constituto in Masalli (95) praetorio urbem omne commeatu, et, quacunque potiri valebant, praeda privabant. Quod idem quoque facere cum ceteris illis urbibus (96) continuabant, usque ad annum CCCCXLIX, quo Arabes Cairovanam [Cyrenas] expilabant, et Maazzus inde suam sedem Mahdiam transferebat, quod eius anni CCCCXLIX mense nono contigit.

Eodem accedebat Mohalhel, filius Muhammedis, filii Annani, frater Abu-Schauki, ad Togrulbecum Sultanum, et ab eo benigne exceptus suis in provinciis confirmabatur: quo pertinebant Siravan, Dacuca, Scheheruz, et Samegan. Praeterea frater eiusdem Mohalheli Scharchab, in ipsius gratiam e carcere dimittebatur, in quo hactenus a Togrulbeco detentus fuerat.

Anno CCCCXLIII [qui die 14 Maii A. Chr. 1051 coepit] horribilis erat Bagdadi seditio Schiitarum et Sunnitarum, eoque procedebat res, ut tymbus sancti viri, Musae, filii Gafari, Alidae [Imami, vulgo Catemi dicti], ut et monumentum Zobaidae, nec non mausolea regum Buidarum, et quae alia circumerant, conflagarent, aedesque diriperentur. Carchenses [seu incolae vici Bagdadensis occidentalis, sic appellati, Schiitae quoad professionem] ad Chanum [seu collegium] Hanafiticorum contendebant, ibique constitutum Modarresum [seu professorem] occidebant Abu-Saidum Sarachsensem, collegiumque comburebant et aedes [seu cellas] fakihorum (97). Inde

ثم صارت الفتنة الي الجانب الشرقي فاقتتلوا اهل باب الطاق وسوق يحيي والاساكفة *

ذكر وفاة زعيم الدولة بركة بن المقلد ، فيها توفي بركة بن المقلد بن المسيب بتكريت واجتمع r العرب وكبراء الدولة علي اقامة ابن اخيه قريش بن بدران بن المقلد ، وكان بدران بن المقلد المذكور صاحب نصيبين ثم صارت لقريش بعده ، وكان قرواش تحت الاعتقال منذ اعتقله اخوه بركة مع القيام بوظايفه ، ورواتبه ، فلما تولي قريش نقل عمه قرواشا الي قلعة الجراحية من عمال الموصل فاعتقله بها *

وفيها وقت العصر ظهر ببغداد كوكب ذو ذوابة غلب نوره علي نور الشمس وسار سيرا بطيا ثم انقضّ *

وفيها وصل رسول طغرلبك الي الخليفة بالهدايا * وفيها عاد طغرلبك عن اصفهان الي الري *

وفيها توفي كرشاسف بن علاء الدولة بن كاكويه بالاهواز وكان قد استخلفه فيها ابو منصور بن ابي كاليجار *

ثم دخلت سنة اربع واربعين واربعماية ، ذكر قتل عبد الرشيد ابن محمود بن سبكتكين ، في هذه السنة قتل عبد الرشيد بن محمود صاحب غزنة قتله الحاجب طغريل وكان حاجبا لمودود بن مسعود فاقرّه

n) بن علي . Deinceps est بن عبد الله

o) زغبة Ita scripsi ex Ibn-Doraido. C. L. زعبة

p) انهدمت Mallem usitatius انهزمت

q) سرحاب Deinceps semper شرخاب

r) واجتمع Num واجمع ?

Digitized by Google

transſibat ſeditio in partem urbis etiam orientalem, et in pugnam committebantur vicani Bab et-Tak, et Sur Iahia, et Aſakefa [ſeu ſutorum].*

Eodem obiit Tacritae Zaïm-ed-daula Baraca, filius Mocalledi, filii Moſaiiebi; poſt cuius exceſſum Arabes ceterique magnates commune de conſilio in principatum ſufficiebant eius ex fratre nepotem, Coraiſchum, filium Badrani, filii Mocalledi; quem Badranum ſupra diximus ad a. CCCCXXV Neſibinae, ut iſtius urbis dominum, obiiſſe; unde Coraiſch eam per haereditatem acceperat. Kervaſchi, patrui, non habebatur ratio, quem Baraca, frater, cuſtodiae mandaverat, ita tamen ut ipſi uſum fructumque penſionum ſuarum decorumque famulitium et debitos honores relinqueret. Novus princeps Coraiſch patruum non modo non liberabat, ſed etiam e vicinia ſua, in arcem Garahia, quae de praeturis Mauſelae eſt, deportari, ibique aſſervari curabat.

Eodem comparere ſolebat verſus veſpertinum tempus Bagdadi cometa tam fulgidus, ut ſplendore ſuo ſolem ſuperaret: tardo progrediebatur motu et tandem tempore poſt evaneſcebat.

Eodem Bagdadum veniebat legatus Togrulbeki ad Chalifam cum donis; ipſe autem Togrulbek Isfahana [quo, ut ſupra vidimus, ſuam ſedem transtulerat] rurſus Raiam remigrabat.

Eodem obibat Gorſchaſaf, filius Ala-ed-daulae Ibn-Cacuieh, apud Ahvazam. Illi enim eum praefecerat Abu-Manſur, filius Abu-Caligari.

Anno CCCCXLIV [qui die 2 Maii A. Chr. 1052 coepit] occiſus fuit Abd-er-Raſchid, filius Mahmudi, filii Soboctekini, dominus Gaznae, a ſuo Hagebo [ſ. cubiculario], Togrilo (98), viro, quem beneficiis cumulaverat. Nam ea ipſum in dignitate, cui iam ſub Maududo praefuerat, ſummae rerum admotus,

 confir-

* Nomina ſunt vicorum urbis Bagdad. Pro *Sur Iahia* forte legendum *Suk Iahia* forum Iahiae.

Digitized by Google

فاقرّه عبد الرشيد وقدّمه فطمع في الملك وخرج علي عبد الرشيد المذكور، فانحصر عبد الرشيد بقلعة غزنة وحصره طغريل حتي سلّمه اهل القلعة اليه، فقتله طغريل وتزوج بنت السلطان مسعود كرها، ثم اتفقت كبراء الدولة ووثبوا علي طغريل فقتلوه واقاموا فرخزاد بن مسعود بن محمود بن سبكتكين، وكان محبوسا في بعض القلاع، فاحضر وبويع له وقام بتدبير الامر بين يديه خرخير، وكان اميرا علي الاعمال الهندية، فقدم وتتبّع كل من كان اعان علي قتل عبد الرشيد فقتله *

ذكر وفاة قرواش، في هذه السنة مستهلّ رجب توفي معتمد الدولة ابو منبع t قرواش بن المقلد بن المسيب العقيلي الذي كان صاحب الموصل محبوسا في قلعة الجراحية من اعمال الموصل، وحمل فدفن بتل توبة من مدينة نينوي شرقي الموصل، وقيل ان ابن اخيه قريش بن بدران المذكور احضر عمه قرواشا من الحبس الي مجلسه وقتله فيه، وكان قرواش من ذوي العقل وله شعر حسن فمنه،

لله درّ النايبات فانها صداء القلوب وصيقل الاحرار،

ما كنت الّا زبرة فطبعنني سيفا واطلق صرفهن غراري v *

وجمع قرواش المذكور بين اختين في نكاحه، فقيل له ان الشريعة تحرم هذا، فقال وايّ شي عندنا تجيزه الشريعة، وقال مرة ما

s) Distinguuntur الوظايف ab الرواتب eo, ut illa complectantur ea omnia, quae viro principalis ordinis debentur, externa venerationis signa, ut apparatus aulicus al. haec autem الرواتب ea, quae huic vel illi, alii alia, indulgentur pensa diaria, cibi, potus, supellectilis, pecuniae rel.

t) منبع An منيع?

Digitized by Google

confirmaverat, magnique fecerat et in familiaritatem afciverat multis aliis praelatum; quo Togril illectus ipfi regno coepit inhiare, hero itaque in arce Gaznenfe obfidionem admovebat, nactusque a praefidiis deditum iugulabat; et, ne quid iniuriae deeffet, filiam Sultani Mafudi cogebat invitam in thorum fuum concedere. Qua indignitate permoti magnates in caedem tyranni, Togrili, confpirabant, eoque fublato in folio collocabant Ferochzadum, filium Mafudi, filii Mahmudi, filii Soboctekini, facramentumque ipfi dicebant, ex arce quadam, in qua captivus hactenus haeferat, protracto. Regnum fub huius aufpiciis curabat Carchir, qui antehac provincias de India recens acquifitas Emiri nomine rexerat. Is omnes, Abd-er-Rafchidi caede contaminatos, follicite tollebat.

Eodem anno, idque calendis feptimi menfis, obibat Motamed-ed-daula Abu-Manba Kervafch (99), filius Mocalledi, filii Mofaiiebi, Ocailita, quondam Maufelae dominus, tunc in arce Garahia, quae ad agrum Maufelenfem fpectat, captivus. Inde translatus in Tal Taubah [feu collem poenitentiae (100)] ibique fepultus fuit. Locus ille ad urbem Niniven pertinet, et Maufelae ad orientem iacet. Ita narrant aliqui. Alii volunt Coraifchum, Badrani filium, hunc Kervafchum, patruelem fuum, e carcere arceffitum coram fe curaffe trucidari. Kervafch erat vir fapiens, et elegans poëta. En fpecimen carminum eius:

Euge praeclara et benefica infortunia, quae aeruginem veluti cordium detergent perpoliuntque ingenuos.

Antea non eram nifi cruda et rudis maffa ferrea. Sed infortuniorum vexatio me temperavit et cudit in enfem, measque mihi fordes ademit.

Quo fuerit ingenio, patet ex eo, quod, habens uno eodemque tempore duas forores in matrimonio, reprehendentibus, et monentibus a lege talia coniugia vetari, refpondebat: Ecquid tandem lex nobis licitum reliquit? Item ex eo, quod aliquando

 dice-

Digitized by Google

ما برقبتي غير خمسة او ستّة فتلتهم من البادية ، واما الحاضرة فلا يعباء *x* الله بهم *

وفيها قبض علي ابي عشام بن خميس بن معن صاحب تكريت اخوه عيسي بن خميس وسجّنه بها واستولي علي تكريت *

وفيها زلزلت خوزستان وغيرها زلازل كثيرة وكان معظمها بارجان ، فانفرج من ذلك جبل كبير قريب من ارجان وظهر في وسطه درجة بالاجر والجص فتعجّب الناس من ذلك ، وكذلك كانت الزلازل بخراسان وكان اشدّها ببيهق وخرب سور قصبة بيهق وبقي خرابا حتي عمّره نظام الملك في سنة اربع وستين واربعماية ، ثم خرّبه ارسلان ارغو *x* ثم عمره مجد الملك البلساني *

وفيها كانت الفتنة ببغداد بين السنة والشيعة واعادت الشيعة الاذان بحيّ علي خير العمل وكتبوا في مساجدهم محمد وعلي خير البشر *

ثم دخلت سنة خمس واربعين واربعماية ، فيها عاد ابو منصور فلاستون بن الملك ابي كاليجار واستولي علي شيراز واخذها من اخيه ابي سعيد بن ابي كاليجار ، ولما استقر ابو منصور بشيراز خطب فيها للسلطان طغرلبك ولاخيه الملك الرحيم ولنفسه بعدهما *

ثم

*v*) عرارى Deest hec vox Golio. Sed *vitium*, *fordes* esse عُرار patet non solum ex huius loci nexu, sed quoque ex iis, quae philologi Arabum hac de voce habent. Gauharius: العرّ بالفتح الجرب — والعُرّ بالضم قروح مثل القوبا تخرج بالابل متفرقة في مشافرها وقوايمها يسيل منها مثل الما الاصفر — ويقال به عُرّة وهو ما

Digitized by Google

dicebat, ſe nonniſi quinque aut ſex Beduinorum [aut Scenitarum] a ſe peremtorum rationem deo debere, urbanos autem in cenſum non venire ſupremo iudici.

Eodem comprehendebat carcerique mandabat Iſa, filius Chamiſi, filii Maëni, ſuum fratrem, Abu-Aſchamum, Tacritae dominum, eiusque urbis dominium ſibi arrogabat.

Eodem concuſſa fuit ab ingentibus terrae motibus praeter alias regiones etiam Chureſtana. Senſit Organa praecipue tanti mali vehementiam, a qua mons haud procul inde diſſitus medius crepabat; qui fiſſus in ſuo meditullio gradus oſtendit e lateribus et calce compaginatos: id quod ſpectatores ingente, ut par eſt, admiratione ſuſpendit. Iidem motus in Choraſana quoque obſervati fuerunt, ſed violentiſſimi in illo quaſi oppidorum ſyntagmate, quod Baihac appellatur. Murus caſtelli Baihacani tum concidebat, iacuitque, donec eum Nattam-el-Molk anno CCCCLXV reſtauraret. Eundem poſtea murum evertebat denuo Arſlan Argu, rurſusque reficiebat Magd-el-Molk Balaſanenſis.

Eodem exercebat Bagdadum denuo Sunnitarum Schiitarumque ſeditio, quorum hi poſteriores, non tantum, pro more ſuperiorum annorum, ſub precum tempus adamatam ſibi formulam proclamabant: *Haia ala chair el-amal* [adeſtotedum ad optimum opus]: verum etiam ſuis templis inſcribebant: *Muhammed ve-Ali chair el-Baſchar* [hoc eſt, Muhammed et Ali ſunt optimi mortalium; quod de poſteriore profecto nullus unquam Sunnita conceſſerit]. (101)

Anno CCCCXLV [qui die 22 April. A. C. 1053 coepit] repetebat Abu-Manſur Fulaſotun, filius Malec Abu-Caligari, Schirazam ab Abu-Saido, fratre ſuo, ibique confirmatus in imperio curabat in publicis precibus primo quidem loco nomen Sultani Togrili, tum fratris, Malek er-Rahimi, tandem ſuum poſtremum pronunciari.

Anno

Digitized by Google

ثم دخلت سنة ست واربعين واربعماية، فيها سار طغرلبك الي اذربيجان وقصد تبريز فاطاعه صاحبها وهشوذان وخطب له فيها وحمل اليه ما ارضاه، وكذلك فعل اصحاب تلك النواحي، ولما استقرت له اذربيجان علي ما ذكرنا سار الي ارمينية وقصد ملازكرد، وهي للروم، فحصرها فلم يملكها فعبر الي الروم وغزي في الروم ونهب وقتل واثر a فيهم اثارا عظيمة *

وفيها حصلت الوحشة بين البساسيري والغايم *

ثم دخلت سنة سبع واربعين واربعماية، فيها قتل الامير ابو حرب سليمان بن نصر الدولة بن مروان صاحب الجزيرة قتله عبيد الله بن ابي طاهر البشنوي الكردي غيلة *

وفيها ثارت جماعة من السنة ببغداد وقصدوا دار الخليفة وطلبوا ان يوذن لهم ان يامروا بالمعروف وينهوا عن المنكر، فاذن لهم فزاد شرهم، ثم استاذنوا في نهب دور البساسيري، وكان غايبا في واسط، فاذن لهم الخليفة بذلك، فقصدوا دور البساسيري ونهبوها واحرقوها وارسل الخليفة الي الملك الرحيم يامره بابعاد البساسيري، فابعده، وقدم الملك الرحيم من واسط الي بغداد وسار البساسيري الي جهة دبيس بن مزيد لمصاهرة بينهما *

ذكر

a) ما اعتراه من الجنون — والعُرّة ايضا البعر والسرجين وسلح الطير — والمعرة الاثم، "*Scabiem* notat عر Arr. Verum Orr عُر est postularum genus, licheni similium, quae sparsim prodeunt in camelorum labriis et anterioribus pedibus, e quibus flava quasi aqua promanat. Dicitur porro: in eo est Orra, quod est id, quod alicui contin-

Anno CCCCXLVI [qui die 11 April. A.C. 1054 coepit] tendebat Togrulbec in Aderbiganam et minabatur praesertim Tabrizae. Princeps tamen eius eum praeveniebat, (is erat Vahschudan) Togrilo deferens obsequium, publiceque id contestans, donaque, quae ad placendum et placandum sufficerent, largiebatur. Paria faciebant vicini per illum tractum reguli. Aderbigana itaque subacta et constituta procedebat Togrulbek ad Armeniam, eiusque provinciae urbem, Malazkerdam, a Romanis tunc occupatam, obsidione cingebat; at expugnare non valens excurrebat in Romanum agrum (102) rapinisque atque caedibus monumenta sui diu duratura penes eos relinquebat.

Eodem subnatae Caiemum inter et Basasiricum simultates, de quibus ad annum proximum pluribus dicemus.

Anno CCCCXLVII [qui die 1 April A. C. 1055 coepit] occisus est Emir Abu-Harb Solaiman, filius Nasr-ed-daulae, filii Marvani, dominus Mesopotamiae, insidiis Obaidallae, f. Abu-Taheri, Baschnavensis, Curdi.

Eodem tumultuabantur aliqui Sunnitarum Bagdadi, factoque ad augustum palatium concursu postulabant a Chalifa veniam publice multitudinem ad bene pieque vivendum adhortandi, et sceleribus absterrendi; impetratoque incredibiles et superioribus multo maiores turbas edebant. Inde rogabant veniam domus Basasirici (103) expilandi, qui tum Bagdado absens Vasetae agebat. Et hoc pariter concesso, aedes eius omnes probe spoliabant, nudisque tandem et vacuis ignes subiiciebant. Cuius iniuriae ne graves daret Basasirico poenas, quod metuendum erat, imperabat Malec er-Rahimo per litteras, ut hominem suis e stipendiis procul ablegaret. Quo facto Malec er-Rahim quidem Vaseta Bagdadum redibat, Basasiricus autem ad Dobaisum, filium Maziadi, Emirum Arabem, confugiebat, cum quo affinitatem per matrimonia inierat.

ذكر الخطبة ببغداد لطغرلبك ، فيها سار طغرلبك حتي نزل حلوان ، فعظم الارجاف ببغداد وارسل قواد بغداد يبذلون له الطاعة والخطبة ، فاجابهم طغرلبك الي ذلك وتقدّم الخليفة القايم بذلك ، فخطب له بجوامع بغداد لثمان بقين من رمضان هذه السنة ، ثم ارسل طغرلبك واستاذن في دخول بغداد ، فتوجّهت اليه الرسل وحلّفوه للخليفة القايم والملك الرحيم ، فحلف لهما فسار طغرلبك ودخل بغداد ودخل بباب الشماسية * ذكر وثوب العامّة بعسكر طغرلبك والقبض علي الملك الرحيم ، ولما وصل طغرلبك الي بغداد دخل عسكره يتحوّجون *b* ، فجري بين بعضهم وبين السوقية هوشة وثار *c* اهل تلك المحلة علي من فيها من الغز عسكر طغرلبك ونهبوهم وثارت الفتنة بينهم وخرجت العامة الي وطاقات *d* طغرلبك ، فركب عسكره وتقاتلوا وانهزمت العامة ، فارسل طغرلبك ان كان هذا من الملك الرحيم فهو لا يقدم علي الحضور الينا ، وان كان بريّا من هذا فلا غني عن حضوره ، فارسل

contingit de furore. Item Orra est stercus (camelorum vel equorum), merda (hominum), excrementum avium. Maarra est crimen." [Exstat Sura XLVIII v. 25.] Addit Ibn-Doraid: العُرّة teste Meidanio, esse omnem pravitatem, malitiam, insaniam. Si quis tamen adhuc de hac voce dubitet, non repugnabo, si عوار legere malit.

*x*) يعباء *curat*, proprie *onerat* sc. قلبه *cor suum*, non onerat deus cor suum illorum cura. Plenam elocutionem legi apud Marzukium.

*y*) قصبة *arx*. Significatio in geographis perfrequens, qua tamen Golius caret.

*z* ارغو An ارغون ?

Digitized by Google

Eodem desiit Bagdadi summa Buidarum potestas, et ad Selgukidas transiit. Eo enim primus Togrulbec, ut summus post Chalifam princeps imperiique Muslemici protector atque gubernator per templa proclamatus piisque votis decoratus fuit. Et primum quidem e Chorasana Holvanam movebat: qui motus multum Bagdado rumorum, multum trepidationis iniecit, ideoque consultum ducebant regni proceres obsequium ipsi et clientelae professionem per legatos offerre. Placebat Togrulbeco conditio. Itaque, consensu et iussu Caiemi preces ipsi Bagdadi publicae fieri incipiebant die vigesimo secundo noni mensis huius anni. Togrulbec inde per oratores veniam rogabat urbem augustam intrandi. Mittebantur vicissim, qui eum in sacramentum adigerent, quo polliceretur, Caiemum quidem pro Chalifa agnoscere, atque tueri; Malec er-Rahimum vero, Buidam, Bagdadi Emirum, non laedere, non attrectare. Quo praestito utrique sacramento introibat Togrulbec Bagdadum per portam Schamasiam. Verum insultus plebis in milites Selgukidae pacta rumpebat, potestatemque simul et vitam Malec er-Rahimo adimebat. Quidam enim de militia, quae Togrulbecum in augustam urbem deduxerat, implicabantur aliquando in contentionem cum forensibus quibusdam negotiatoribus, commeatus necessaria coëmentes. Ab ea contentione tumultus oriebatur, per quem vicani, apud quos haec agebantur, accurrentes, quotquot in vico suo Gazos (104) deprehendebant, (ea gens Turcica erat, sub Togrulbeco militans) spoliabant, et ulterius propagato clamore concursuque ipsa eius castra in urbis proximo agro invadebant. Sed eos quidem brevi post Turcae, equestrem in aciem instructi, retro in urbem repellebant. Togrulbec autem hac de iniuria sibi facta per legatos apud Chalifam querebatur, nuncians, id si factum fuerit Malec er-Rahimi de conscientia et consensu, nolle se illum coram videre, neque permissurum id unquam esse ut fiat: quod si autem ille purus illius sceleris ignarusque sit, necesse

فارسل الخليفة القايم الي الملك الرحيم أن يخرج هو وكبّار القواد وهم في امان الخليفة وذمامه، فخرجوا الي طغرلبك، فقبض علي الملك الرحيم وعلي القواد الذين صحبته، فعظم ذلك علي الخليفة القايم وارسل الي طغرلبك في امرهم وشكي من عدم حرمته وعدم الالتفات الي امانه، فافرج طغرلبك عن بعض القواد واستمرّ بالباقين وبالملك الرحيم في الاعتقال، وهذا الملك الرحيم اخر من استولي علي العراق من بني بويه، وكان اول من استولي منهم علي العراق وبغداد معز الدولة احمد بن بويه ثم ابنه بختيار بن معز الدولة، ثم ابن عمه عضد الدولة فناخسرو بن ركن الدولة بن بويه، ثم ابنه صمصام الدولة ابن كاليجار المرزبان بن عضد الدولة، ثم اخوه مشرف الدولة شيرزيك بن عضد الدولة، ثم اخوه بهاء الدولة ابو نصر بن عضد الدولة، ثم ابنه سلطان الدولة ابو شجاع بن بهاء الدولة، ثم اخوه مشرّف الدولة بن بهاء الدولة، ثم اخوه جلال الدولة ابو طاهر بن بهاء الدولة، ثم ابن اخيه ابو كاليجار المرزبان بن سلطان الدولة، ثم ابنه الملك الرحيم خسره فيروز بن ابي كاليجار بن سلطان الدولة بن بهاء الدولة بن عضد الدولة بن ركن الدولة بن بويه، وهو اخرهم *

وفيها

a) وانّر Cod. Leid. وانشر

b) يتحوجون *sese instruentes necessariis,* ἐπισιτιζόμενοι. Deest haec notio Lexico Gol.

Digitized by Google

omnino eſſe, ut absque mora coram ſe compareat. Itaque perſuadebat Chalifa Buidae, ut cum numero magnatum in caſtra Selgukidae ſe conferret, eiusdem Chalifae ſponſioni confiſus, qui protectionem ſuam ipſis vindiciasque promiſerat, ſi quid ipſis ſiniſtri contingeret. [Sed infida erat et inutilis in virium defectu haec benignae voluntatis minarumque oſtentatio. Nam] Togrulbec nactus Malec er-Rahimum ceterosque duces in poteſtate, ad unum omnes in cuſtodiam dabat. Quod aegerrime ferens Chalifa ſibique factam, ut erat, reputans ignominiam intolerabilem, mittebat quidem eorum cauſſa oratores ad Togrulbecum, conquerens nullam habitam fuiſſe ſuae maieſtatis rationem, nullam ſanctiſſimae ſuae ſponſionis: at eo tamen parum efficiebat. Quamvis enim Togrulbec ea quaſi confuſus invidia ſolutos quosdam libertati redderet: reliquos tamen, et inter eos Buiden praecipuum, in arcto retinebat. Hic itaque ultimus fuit Buidarum, qui Iracam tenuerunt, Malec er-Rahim, ut primus eius gentis ibidem dominus fuit Maazz-ed-daula Ahmed, filius Buiae. Poſt eum dominatus Bagdado fuit eius filius, Bochteiar; tum Adad-ed-daula Fannachoſru, filius Rocn-ed-daulae, filii Buiae; dein Adad-ed-daulae filii tres, unus poſt alterum; et primus quidem Samſam-ed-daula Abu-Caligar Marzapan, ſecundus Scharf-ed-daula Schirzik, tertius Baha-ed-daula Abu-Naſr; huius Abu-Naſri porro filius, Sultan-ed-daula Abu-Schogga; alter deinceps frater, Moſcharref-ed-daula; denique tertius frater, Galal-ed-daula Abu-Taher; tandem eius ex fratre nepos, Abu-Caligar Marzapan, filius Sultan-ed-daulae, filii Baha-ed-daulae; ultimus omnium huius Abu-Caligari filius Malec er-Rahim Choſru Firuz, filius Abu-Caligari, filii Sultan-ed-daulae, filii Baha-ed-daulae, filii Adad-ed-daulae, filii Rocn-ed-daulae, filii Buiae. En compendioſam ſimul ſeriem, qua principes Buidae ſeſe in regno Bagdadico exceperunt, et genealogiam principis ea de gente ultimi, recto quaſi filo ab initio inde deductam.



Digitized by Google

وفيها وقعت الفتنة بين الشافعية والحنابلة ببغداد ، فانكرت الحنابلة علي الشفعوية الجهر بالبسملة والقنوت في الصبح الترجيع في الاذان ✲

ثم دخلت سنة ثمان واربعين واربعماية ، فيها تزوج الخليفة القايم ببنت داود اخي طغرلبك ✲

وفيها وقعت حرب بين عبيد المعز بن باديس وبين عبيد ابنه تميم بن المعز بالمهدية ، فانتصرت عبيد تميم وقتلوا في عبيد المعز واخرجوهم من المهدية ✲

ذكر ابتداء دولة الملثمين e ، والملثمون من عدة قبايل ينتسبون الي حمير ، وكان اول مسيرهم من اليمن في ايام ابي بكر الصديق سيّرهم الي جهة الشام وانتقلوا الي مصر ثم الي المغرب مع موسي بن نصير وتوجّهوا مع طارق الي طنجة ، واحبّوا الانفراد فدخلوا الصحرآ واستوطنوها الي هذه الغاية ، فلما كانت هذه السنة توجه رجل منهم اسمه جوهر من قبيلة جدالة الي افريقية طالبا الحج ، فلما

c) وثار Cod. L. وثارت quo admisso, اهل delendum esset.

d) وطاقات Item اوطاق Vox Turcica. Notat *tentoria*.

e) الملثمين Golius exponit vocem لثام per *velamen oris, vitta, qua obligatur os, ne facies dignoscatur, aut contra pulverem; uti* لغام *qua tegitur nasus.* Huic contradicere videtur Haririus Conf.

Eodem collidebant Bagdadi Hanbalitici et Schafeitici, quorum illi id in his improbabant primum, quod formulam *Bisinillâh er-Rahmân er-Rahîm* clara voce pronunciarent;* alterum, quod in precibus matutinis formula uterentur *Ana lac canetun* [nos tibi, o deus, studiose servimus]: tertium, quod in Idan [seu promulgatione temporis precum] Targi [seu repetitionem, formulae scilicet, ut puto, Acbar allah**] adhiberent.

Anno CCCCXLVIII [qui die 20 Mart. A. C. 1056 coepit] duxit Caiem, Chalifa, filiam Davudi, fratris Togrulbeki, in matrimonium.

Eodem confligebant in Mahdia milites et mancipia patris atque filii, illius quidem Maazzi, filii Badisi, huius autem Tamimi, filii Maazzi; cuius, Tamimi, factio quoque praevalebat, et adversam caedibus male mulcabat et ex urbe exigebat.

In hunc annum incidunt initia dynastiae el-Molattamun [hoc est των πεφορβιασμενων, de cuius nominis ratione paullo post dicemus]. Iidem alio quoque nomine el-Morabetun (105) [seu excubantes pro caussa dei et verae religionis] appellantur. Originem eorum si spectes, veniunt ab illis Arabibus Hormeiridis, qui sub Abu-Becro quondam, primo post prophetam Chalifa, primum quidem in Syriam ex patria, Arabia felice, tum porro in Aegyptum, tempore post in Libyam cum Musa, filio Nosairi, et tandem in Tingitanam evaserant, amoreque solitudinis et abhorrentes ab urbanis commerciis miscelaque barbarorum, coniecerant sese in vasta ardentiaque deserta, eaque hactenus incoluerunt. Circa haec vero tempora dabat ipsis occasionem in publicam quasi lucem celebritatemque prodeundi, iter, quod eorum aliquis, nomine Gauhar, Arabs Godalita (106), per Libyam ad sacra loca, Meccam Medinamque hoc anno instituebat.

Is

* Conf. ad an. 323 supra T. II. pag. 393 et 758.

** Praeco nempe turriculae suae ambitum ter obit, singulis vicibus Acbar allah ad unamquamque mundi plagam clamans.

Digitized by Google

فلما عاد استصحب معه فقيها من القيروان يقال له عبد الله بن ياسين الكزولي ليعلّم تلك القبايل دين الاسلام فانه لم يبق فيهم غير الشهادتين والصلوة في بعضهم، فتوجّه عبد الله بن ياسين مع جوهر حتي اتيا قبيلة لمتونه وهي القبيلة التي منها يوسف بن تاشفين امير المسلمين ودعياها الي العمل بشرايع الاسلام، فقالت لمتونة اما الصلوة والصوم والزكوة فقريب، واما قولكما من قتل يقتل ومن سرق يقطع ومن زني يرجم، فهذا امرٌ لا نلتزمه، اذهبا عنّا، فمضي جوهر وعبد الله بن ياسين الي جدالة قبيلة جوهر فدعاهم عبد الله بن ياسين والقبايل التي حولهم الي شرايع الاسلام فاجاب اكثرهم وامتنع اقلّهم، وقال ابن ياسين للذين اجابوا الي شرايع الاسلام يجب عليكم قتال المخالفين لشرايع الاسلام فاقيموا لكم اميرا، فقالوا

Conf. XXXIV. dicens اختطم بلثام *abvolvit ſibi naſum Litamo.* Poteſt tamen etiam reddi: *obvolvit, capiſtravit ſibi proboſcidem*, hoc eſt os. At ſcholiaſtes eius ad eum locum manifeſto contradicit his verbis: جعل اللثام علي طرف الانف وهو الخطم والخرطوم في السباع، واللثام ما كان علي الانف "Idem eſt اختطم atque impoſuit extremitati naſi, qui in feris الخطم et الخرطوم appellatur. اللثام autem eſt, quod naſo imponitur." Quaeſtio non eſt magni momenti. Qui os ſibi velit, perquam facile ſibi quoque naſi extremitatem velaverit. التثام ab hoc uſu os velandi, deinceps in univerſum *velare* quidcunque tandem ſignificat.

Digitized by Google

Is enim, dum perfunctus religione, retro domum tendebat, transſeuns per Cairovanam, inde ſecum fakihum aliquem, nomine Abdallam, filium Iaſiri, virum origine Barbarum, de tribu Cozvala [vel Gozula] oriundum, eo fine ſumebat, ut iſtas tribus, Gauhari gentiles, quaſi denuo capita ritusque Muſlemicae fidei doceret, quippe quorum eos tanta ceperat oblivio, ut praeter geminam profeſſionem fidei * et praeter preces, quas aliqui tantum eorum, non omnes, adhuc peragebant, cetera omnia, quae a vero Muhammedano requiruntur, officia prorſus ignorarent. In hoc itaque ſuo itinere ad primos Lamtunenſes perveniebant hi duo, Gauher et Ibn-Iaſin; hoc eſt ad gentiles eius principis fidelium, ut appellari volebat, Ioſephi, filii Teſchfini, de quo nobis deinceps frequens erit ſermo faciendus. Verum non multum apud Lamtunenſes tum quidem efficiebant. Invitati enim hi ad recipiendas et exſequendas divinas leges aſſenſum quidem illis praebebant officiis, quae ipſis tolerabilia faciliaque obſervatu videbantur, ut ſunt precum recitatio, obſervatio ieiuniorum, et eleemoſynarum erogatio: at quod ſancitis, aiebant, ex lege veſtra manum furi abſcindi, moechumque lapidibus obrui, et caedem caede vindicari, ea praecepta ſunt, quibus obſecundare animus nobis non eſt; ſimulque cum iis dictis ambos abſcedere iubebant. Ad Godalam itaque, Gauhari, quod diximus, tribum, ceterasque illi circumpoſitas abibant, apud quas hoc ipſum ſuum Barbaros erudiendi et Iſlamiſmo conciliandi negotium felicius, quam apud Lamtunenſes, ſuccedebat. Plurimi enim eorum doctrinae imperiisque auſcultabant, neque erant, niſi perpauci, qui refragarentur. Quos ut etiam vel invitos ſubigeret Ibn-Iaſin, perſuadebat ſuis recens initiatis, idque

* Gemina dicitur profeſſio fidei Muhammedanae, ea, quae duobus conſtat articulis: uno, *La Ilah illa 'llah:* non eſt numen, praeter unicum illum verum deum; altero, *va Muhammed reſûl allah*, et Muhammed eſt apoſtolus eius veri dei.

فقالوا انت اميرنا ، فامتنع بن ياسين وقال لجوهر انت الامير ، فقال اخشي من تسلّط f قبيلتي علي الناس ويكون وزر ذلك عليّ ، ثم اتفقا علي ابي بكر بن عمر راس قبيلة لمتونه فانه سيّد مطاع ليلزم قبيلته لمتونه وغيرها ، فاتيا ابا بكر بن عمر وعرّضا عليه ذلك ، فقبل ، فعقدا له البيعة وسمّاه ابن ياسين امير المسلمين ، واجتمع اليه كل من حسن اسلامه ، وحرّضهم عبد الله بن ياسين علي الجهاد وسماهم المرابطين فقتلوا من اهل البغي والفساد ومن لم يجب الي شرايع الاسلام نحو الفي رجل ، فدانت لهم قبايل الصحرآ وقويت شوكتهم وتفقّه منهم جماعة علي عبد الله بن ياسين ،

ولما

f) تسلط *fefe dominum, imperii potentem fecit*, item *procacem, infolentem praeftitit.* Eft enim in illa radice notio potentiae fimul et arrogantiae, praefertim in lingua. Sic aliquoties ufurpat Haririus de femina linguofa, ut Conf. XLIII coniungit الوقاح المتسلطة quorum prius fcholiaftes per قليلة الحيا *parum pudica*, pofterius per المتطيلة باللسان reddit, *quae maritum fubigere beneficio linguae ftudet.* Idem Conf. XLIX habet اسلط من ذيب متنمر *audacior, impudentior quam lupus.*

Digitized by Google

idque facillima opera, verae fidei capitale praeceptum id esse, ut alienos a fide armis oppugnent et exagitent; eique rei ducem sibi aliquem ex arbitrio suo praeficerent. Et ipse quidem oblatum ducatum recusabat. Gauhar etiam deprecabatur, caussatus nolle aliis peccandi ansam dare, aut aliena crimina, sibi olim in extremo iudicio imputanda, tanquam grave onus, humeris suis imponere. Vereri enim, ne sua gens, per hanc apertam quasi portam, insolescere saevireque incipiat, et arcem tyrannidis in ceteros post victoriam invadat. Consentiebant itaque in id hi Barbarorum duo reformatores, ut Abu-Becro (107), filio Omari, principi Lamtunensium, viro spectatissimae apud suos auctoritatis, ea conditione supremum in Muslemos ibi terrarum agentes omnes imperium offerrent, si et ipse ad leges suas accederet, et ceteros cum Lamtunenses tum alios ad easdem exemplo iussuque suo adigeret. Accipit Abu-Becr eam conditionem, patiturque sibi sacramentum fidei et obsequii ab utroque dici, et ab Ibn-Iasino titulum Emiri Muslemorum imponi. Ad hunc itaque Abu-Becrum, ut ad ducem legitime constitutum, confluebant quotquot bona fide Islamismum profitebantur. Quos Ibn-Iasin ad vexandos et affligendos infideles acriter instigabat, et, quo magis incitaret eorum alacritatem, honorifico titulo el-Morabetin [seu excubantium pro caussa dei veraeque fidei] decorabat. Neque destituebant illi eius spem atque desiderium, sceleratos enim et pestilentes homines et ab Islamismo alienos, bis mille propemodum, animose aggressi perdebant, eoque vagantes per deserta tribus supplantabant, auctique potentia, formidolosum hostibus stimulum sibi comparabant. Religio quoque tam laete efflorebat, ut nuper ignorantissimi bonorum morum stupidissimique mortalium, iam inciperent magno numero sub ductu et magisterio Ibn-Iasini, fikhae [seu iuris sacri civilisque peritiae] operam dare. Interea dum hac ratione Abu-Becr, filius Omari, et Abdalla Ibn-Iasin,

 sum-

Digitized by Google

ولما اشتد ابو بكر بن عمر وعبد الله بن ياسين بالامر داخل جوهرا الحسد ، فاخذ في افساد الامر ، فعقد له مجلس وحكم عليه بالقتل لكونه شق العصي g واراد محاربة اهل الحق ، فصلي جوهر ركعتين واظهر السرور بالقتل طلبا للقاء الله تعالي ، وقتلوه ، ثم جري بين المرابطين وبين اهل السوس قتال فقتل في تلك الحرب عبد الله بن ياسين الفقيه ، ثم سار المرابطون الي سجلماسة واقتتلوا مع اهلها ، فانتصر المرابطون واستولوا علي سجلماسة وقتلوا صاحبها ، فلما ملك ابو بكر بن عمر سجلماسة استعمل عليها يوسف بن تاشفين اللمتوني وهو من بني عم ابي بكر بن عمر وذلك في سنة ثلاث وخمسين واربعماية ، ثم استخلف ابو بكر علي سجلماسة ابن اخيه h وبعث يوسف بن تاشفين ومعه جيش من المرابطين الي السوس ، ففتح علي يديه ، وكان يوسف بن تاشفين رجلا دينا حازما مجربا داهية ، واستمر الامر كذلك الي ان توفي ابو بكر بن عمر في سنة اثنين وستين واربعماية ، فاجتمعت طوايف المرابطين علي يوسف بن تاشفين وملكوه عليهم ولقبوه بامير المسلمين ، ثم سار الي المغرب وافتتحها حصنا حصنا وكان غالبها لزناتة ، ثم

g) شق العصا *sparsit discordiam in vulgum;* proprie *fidit baculum.* Proverbialis locutio non ignota.

h) ابن اخيه Forte hic nomen excidit.

Digitized by Google

ſummam rerum ex arbitrio moderabantur, invadebat Gauharum clam ſubrepens moeſtitiae poenitentiaeque plena invidia, ob poteſtatis, quam volens fecerat, iacturam; ideoque inſtituebat res conturbare. Quod aegre ferentes et fruſtraturi ceteri, convocata concione caedem ipſi decernebant in ſupplicium; quandoquidem turbator publicae pacis ſocietatem et unionem fidelium communisque ſalutis et rei fulcrum laceraret, iisque adverſari ſtuderet, qui veritatis divinae tutelam legitimo titulo gererent. Gauhar accepta ſententia laetitiam oſtentans, mortem ſubibat hilaris, praemiſſis duabus, [quales praemittere precaturi moribundi ſolent*] corporis coram deo inclinationibus ſimulque precibus, cupidus, ut monſtrabat, ad deum evadere. Poſt hunc itaque Gauharum ſublatum accidebat his Excubitoribus cum Suſenſibus bellum, in quo fakihus ille, quem toties nominavimus, Abdalla Ibn-Iaſin occubuit. Inde invadebant Segelmeſſam, commiſſoque cum incolis praelio facti ſuperiores urbeque potiti occidebant eius, qui tum erat, dominum. Cui Abu-Becr, Omari filius, nomine ſuo legatum imponebat ſuum affinem, Ioſefum, fil. Teſchfini, Lamtunenſem. Id quod a. CCCCLIII contingit. Diu tamen Ioſef ibi non haeſit. Abu-Becr enim illum aliquo tempore poſt excitum inde immittebat Suſae [provinciae] cum legione quadam Morabetorum; quam ille quoque feliciter ſubigebat, ut erat vir pius, prudens, expertus et aſtutus: Ioſefi autem in locum ſuccedere iubebat Abu-Becr quendam ex fratre nepotem. In his tenuerunt res ad obitum usque Abu-Becri, qui contigit anno CCCCLXII. Poſt quem vivis exemtum commune de conſilio Morabeti ducem nuncupabant illum eundem Ioſefum, filium Teſchfini, ſub eodem titulo Emir el-Muſlemin [principis Muſlemorum], quem eius deceſſor quoque geſſerat. Hic vir ex auſtrale Barbaria progreſſus in Mauritaniam borealem, expugnabat eius unam arcem poſt alteram; quarum maxima pars ad tribum Zanatam pertinebat. Idem ille

* Vid. ad a. 456.

 urbem

Digitized by Google

ثم ان يوسف قصد موضع مراكش وهو قاع *i* صفصف *k* لا عمارة فيه ، فبني فيه مدينة مراكش واتخذها مقرّ ملكه ، وملك البلاد المتّصلة بالمجاز مثل سبتة وطنجة وسلا وغيرها وكثرت عساكره ، ويقال للمرابطين الملثمين *l* ايضا ، قيل انهم كانوا يتلثمون علي عادة العرب ولما ملكوا صنّعوا لثامهم كانّه ليتميّزوا به ، وقيل بل ان قبيلة لمتونه خرجوا غايرين علي عدوّ لهم والبسوا نساءهم لبس الرجال ولثّموهن ، فقصد بعض اعدايهم صوتهم فراوا *m* النساء ملثمين فظنوهن رجالا فلم يقدموا عليهم واتفق وصول رجالهم في ذلك التاريخ فاوقعوا بهم ، فتبرّكوا باللثام وجعلوه سنّة من ذلك التاريخ فقيل لهم الملثمون *

ذكر

*i*) قاع interpretantur Arabum philologi *campum planum, in quo aqua restagnare solet*, adeoque duri soli. Vid. ad v. 3 Moall. Amralcaisi.

*k*) صفصف Golius: *aequalis, planus locus. Desertum* esse videtur in illo Gauhari in v. صهر

لقي الفي في صفصف تصهره الشمس فما ينصهر ،

"Proiectus in deserto, quem liquat sol, neque tamen liquescit."

Conf. Abulfarag. p. 444 lin. 4.

*l*) الملثمين Forte الملثمون.

*m*) فراوا C. L. فراي

urbem Marrakeſch (108) [ſeu Marruecos vel Marocco] condidit, delecto in eam rem illo ſolo, in quo nunc ea urbs exſtat, olim vaſto et deſerto, nuda tam domiciliis quam naturae dotibus planitie. Poſtquam ibi regni ſui ſedem conſtituiſſet, ceteras quoque freto [Gaditano] vicinas provincias adiiciebat ſuae ditioni, ut Sabtam [vel Ceutam], Tanga [Tingin] et Sala, et alias. Vnde factum, ut aucta imperii amplitudine copiarum eius quoque et praeſidiorum numerus mire creſceret. Nominis Molattamin [ſeu calyptratorum] rationem, quam dare ſupra promiſimus, diverſam diverſi allegant. Sunt qui ſic dictos illos inde perhibent, quod pro more Arabum omnium vulgare, faciem calyptra, Letam dicta, nubere (109) ſolerent, deinde vero, quum imperium in Occidente adipiſcerentur, hanc ſuam vittam in peculiarem aliquem modulum componerent, quaſi notam diſcriminis aliquam eo affectantes. Alii caſum hunc appellationi anſam dediſſe contendunt. Lamtunenſes aliquando cuidam ſuae adverſus hoſtium aliquos inſtitutae expeditioni ſuas quoque mulieres adhibuiſſe, iisque cum cetero virile habitu hanc quoque, viris propriam, faciei calyptram induiſſe, quo ſcilicet hoſti, ea bellica fraude circumvento, numeroſi exercitus opinionem facerent. Etiam feliciter et ex voto ſucceſſiſſe artificium. Exploratores enim hoſtium, dum turbae ſtrepitum affectati propius ad caſtra ſpeculatum accederent, quo tempore viri aberant, conſpecto ingente numero calyptrarum territos ad ſuos rediiſſe, iisque de adverſariorum copiis renunciaſſe; quo factum ut pugnam hi cum Lamtunenſibus committere, tempore quamvis peroportuno, auſi tamen non fuerint, putantes, eos omnes viros eſſe, quos exploratores calyptratos viderant. Paullo poſt ſuperveniſſe viros, et una cum ſuis uxoribus gravem in hoſtes, a vana perſuaſione iam trepidantes, impreſſionem dediſſe. Ab eo tempore Lamtunenſes vittam, arbitratos fauſtum omen eſſe, perpetuum ſibi geſtamen ſanxiſſe, indeque natum fuiſſe nomen Molattamin [ſeu vittatorum].

Sed

Digitized by Google

ذكر مسير طغرلبك عن بغداد ، لما اقام طغرلبك ببغداد ثقلت وطاة عسكره علي الرعية الي الغاية ، فرحل طغرلبك عن بغداد عاشر ذي القعدة من هذه السنة (اعني سنة ثمان واربعين واربعماية) ، وكان مقامه ببغداد ثلاثة عشر شهرا واياما ولم يلق الخليفة فيها ، وتوجه طغرلبك الي نصيبين ثم سار عنها الي ديار بكر التي هي لابن مروان *

وفيها توفي اميرك البيهقي الكاتب وكان من رجال الدنيا *

ثم دخلت سنة تسع واربعين واربعماية ، ذكر عود طغرلبك الي بغداد ، وفيها عاد طغرلبك الي بغداد بعد ان استولي علي الموصل واعمالها وسلمها الي اخيه ابراهيم ينال ، ولما قارب طغرلبك الغفص n) خرج لتلقيه كبراء بغداد مثل عميد الملك وزير طغرلبك ببغداد ورييس الروساء ودخل بغداد وقصد الاجتماع بالخليفة القايم ، فجلس له o) القايم وعليه البردة علي سرير عال عن الارض نحو سبعة اذرع ، وحضر طغرلبك في جماعته واحضر اعيان بغداد وكبراء العسكر وذلك يوم السبت لخمس بقين من ذي القعدة من هذه السنة ، فقبّل طغرلبك الارض ويد الخليفة ثم جلس علي كرسي ثم قال له رييس الروساء ان الخليفة ولّاك جميع ما ولاه الله تعالي من بلاده وردّ عليك مراعاة عباده ، فاتّق

n) الغفص An الغغص ?

o) جلس له *sedit ipsi* pro *dedit ipsi audientiam.* Hinc مجلس camera, in qua audientia indulgetur, apud Itineratores.

Digitized by Google

Sed Bagdadum redeamus, ubi hactenus haeſerat Togrulbec; huius autem anni, in quo adhuc verſamur, ſcil. CCCCXLVIII, menſe penultimo, idque decimo die inde excedebat, poſtquam in urbe auguſta tredecim menſes exegiſſet; quo toto tamen tempore Chalifam ne ſemel quidem vidit. Abitus cauſſa erat id, quod urbani ferendae militum Turcarum inſolentiae faciendisque in eos impenſis pares porro non eſſent. Bagdado degreſſus Togrulbec primum Niſibinam, dein Diar-Becrum abibat, ubi Marvanides tum dominabatur.

Eodem obiit Amirek Baihakenſis, el-Cateb [ſeu ſcriba, vel ſecretarius], vir politicus.

Anno CCCCXLIX [qui die 9 Mart. A. C. 1057 coepit] redibat Togrulbec Bagdadum, poſtquam Mauſelam cum ſuis praeturis cepiſſet, et ſuo fratri, Ibrahimo Inalo, in feudum tradidiſſet. Vbi prope aberat ab al-Coſs (110) excipiebatur ab auguſtae urbis proceribus, qui eius in occurſum exiverant, ut ab Amido el-Molk, ſuo ibidem ordinarie reſidente Veziro, et a ſupremo Raiſo [vel ordinum ſacrorum Generale (111)]. Ingreſſus urbem petebat cum Caiemo, tum Chalifa, convenire. Deſtinabatur ei ſollemnitati panegyricus dies, qui Sabbati erat, vigeſimus quintus undecimi menſis huius anni CCCCXLIX, quo Chalifa ſui copiam ipſi faciebat, praeſidens in ſolio (112), ſeptem ulnas alto, indutus Borda. Togrulbec aderat cum comitatu ſuo; aderant proceres Bagdadi, ducesque copiarum. Togrulbec terram primum coram Auguſto deoſculatus (113), dein eiusdem quoque manum, conſidebat in ſolio ſuo; quo facto Auguſtus ipſi per interpretem, ſupremum Raiſum, poteſtatem ſupremam rerumque ſuarum adminiſtrationem committebat hac formula: "Mandat Chalifa tuae curae omne id terrarum, quod deus eius curae et imperio commiſit, tibique civium piorum, fidelium, deum colentium, tutelam ſublocatorio nomine demandat. Ergo time deum in ea, quam tibi impoſuit, provincia,

فاتّق الله فيما ولّاك وتعرف نعمته عليك ، وخلع علي طغرلبك واعطي العهد ، فقبّل الارض ويد الخليفة ثانيا وانصرف ، ثم بعث طغرلبك الي الخليفة خمسين الف دينار وخمسين مملوكا من الاتراك ومعهم خيولهم وسلاحهم مع ثياب وغيرها *

وفيها قبض المستنصر العلوي خليفة مصر علي وزيره اليازوري وهو الحسن بن عبد الله ، وكان قاضيا في الرملة علي مذهب ابي حنيفة ، ثم تولي الوزارة ، ولما قبض وجد له مكاتبات الي بغداد *

وفيها توفي ابو العلا احمد بن سليمان المعرّي الاعمي وله نحو ست وثمانين سنة ومولده سنة ثلاث وستين وثلثماية وقيل ست وستين وثلثماية ، واختلف في عماه والصحيح انه عمي في صغره من الجدري وهو ابن ثلاث سنين ، وقيل ولد اعمي ، وكان عالما لغويا شاعرا ، ودخل بغداد سنة تسع وتسعين وثلثماية واقام بها سنة وسبعة اشهر واستفاد من علمايها ولم يتلمذ ابو العلا لاحد اصلا ، ثم عاد الي المعرّة ولزم بيتة وطبق الارض ذكره ونقلت عنه اشعار واقوال علم بها فساد عقيدته ونسب الي التمذهب *p*
بمذهب

*p*) تمذهب *se gessit* مذهب vel *sectarium, amplexus fuit sectam.*

Digitized by Google

gratusque beneficentiam eius, qua erga te usus fuit, agnosce, dignumque te illa gere." Post haec dicta chlamidem honoris, insigne principatus, ipsi induebat, scriptumque diploma expediebat. Absolutis hisce caerimoniis osculatus altera vice Togrulbec terram et manum Augusti, abibat, paulloque post Augusto donarium mittebat quinquaginta aureorum millia, et quinquaginta mancipia Turcica, cum equis eorum et armis et vestibus aliaque necessaria supellectile.

Eodem comprehendebat Mostanser, Alida, Misrae Chalifa, suum Vezirum, Hasanum, filium Abdallae, Iazurensem, ob proditionis suspicionem, neque vanam. Postquam enim ille in carcerem migraverat, deprehensus est, facta in chartas eius inquisitione, clandestinum per litteras commercium cum aula Bagdadica coluisse. Cadii munus olim apud Ramlam, ex mente Abu-Hanifae, cuius sectae adhaerebat, administraverat; dein ad eminentem dignitatem primi apud Misrensem principem consiliarii ascenderat.

Eodem obiit Abu'l-Ola Ahmed, filius Solaimani, Maarrensis, celeber ille poëta coecus, anno aetatis propemodum octuagesimo sexto, ut qui anno CCCLXIII aut, ut alii malunt, CCCLXVI natus fuerat. Quando et qua ratione coecus evaserit, controversum quidem est, id tamen procul dubio verius, variolas ipsi puero trienni usum oculorum ademisse. Sunt qui coecum natum perhibent, sed minus illi recte. Rerum divinarum non erat imperitus, maxime tamen in litteris et poësi excellebat. Venit ille quidem anno CCCXCIX Bagdadum, et per novendecim, quos ibi exegit, menses, varios audivit istius academiae professores: nemini tamen eorum soli se in disciplinam dedidit. Inde redibat Maarram, hoc est in patriam, et quamvis ibi privatus vitam finiret, et in aedibus suis quasi sepultus consenesceret, totum tamen terrarum orbem sui fama complevit. Feruntur et iactantur eius quaedam carmina sententiaeque



Digitized by Google

بمذهب الهنود لتركه اكل اللحم خمسا واربعين سنة وكذلك البيض واللبن ، وكان يحرم ايلام الحيوان ، وله مصنّفات كثيرة اكثرها ركيكة فجهرت لذلك ، وكان يظهر الكفر ويزعم ان لقوله باطنا وانه مسلم في الباطن ، فمن شعره المونن بفساد عقيدته قوله ،

عجبت لكسري واشياعه من غسل الوجوه ببول البقر ،
وقول النصاري آله يضام ويظلم حيا *q* ولا ينتصر ،
وقول اليهود آله يحبّ رسيس *r* الدماء وريح القتر ،
وقوم اتوا من اقاصي البلاد لرمي الجمار ولثم الحجر ،
فواعجبا من مقالاتهم ايعمي عن الحق كل البشر *

ومن ذلك قوله ،

زعموا انني سابعث حيا بعد طول المقام في الارماس *s* ،
واحوز الجنان ارتع فيها بين حور وولدة *t* اكياس ،

ايّ

*q*) حيا Num حينا aut جبنا ?

*r*) رسيس Si recte habet haec vox, debet significare ſtrepitum, murmur, ſanguinis e venis exundantis. Qua de re cum mihi non conſtet, legere mallem رشيش *adſperginem, eiaculationem,* quae vox in ſpecie de ſanguine uſurpatur. الرشاش ما تطاير من الدم ait Scholiaſtes ad V Moallacam, ſeu Antarae. Hinc quoque مُرِشّة *confoſſio, quae ſanguinem facit exſilire eum impetu.*

*s*) الارماس *ſepulcra.* A رمس *occultare, humare, terram coaequare.* Conf. Tarafae Moallacam v. 69. Hinc رامس *veſpillo* in Div. Hud. حتي يعلو الراس رامس "donec aſcendat ſuper caput meum veſpillo."

Digitized by Google

aliae, quibus pravitatem ſuae fidei prodidit; et quorum paullo poſt ſpecimina ſubnectemus. Indorum [ſ. Brachmanum] ſectam probaſſe videtur quibusdam ideo, quod per integros quadraginta quatuor vitae ultimos annos ab eſu carminum pariter atque ovorum, ut et lactis, abſtinuit (114), vetuitque dolorem animalibus inferri. Multa ſcripſit, ſed plurima tenuis argumenti futilisque. (115) Iudicaſſes hominem ex eius ſermonibus et ſcriptis a Muhammedana fide alienum eſſe: ipſe tamen aſſeverabat, ſuis dictis aliquod Baten [ſeu internum quendam ſenſum] eſſe, a Tahero [ſeu externo et apparente] diverſum; ſeque in receſſu conſcientiae ſuae bona fide Muhammedanum eſſe, licet foris non appareat. En ſpecimina paullo ante promiſſa:

Demiror Coſroën eiusque aſſeclas [Magos et Perſas in univerſum omnes, ex religione] ſibi faciem urina vaccarum perluere. (116)

Demiror Chriſtianos in eo, quod credunt, deum poſſe iniuſte haberi, torqueri, opprimi, inultum.

Demiror Iudaeos aſſerentes, deum amare ſanguinis e venis effuſi ſtreperum murmur, et odoratum nidoris.

Demiror aliquos* ab ultimis terrarum terminis confluere ad iactandos lapillos** et deoſculandum ſaxum.***

O miras hominum ſanctiones et ſuperſtitiones! adeone coecutit totum mortale genus ut veritatem perſpicere nequeat!

Accipite et hoc:

Affirmant me olim fore, poſt diuturnam ſub pulvere moram, reſuſcitandum,

et paratum mihi fore paradiſum, in quo me paſcam delectemque modo puellis, quas nigri ornent oculi, modo pueris pocillatoribus, elegantia morum et miniſterii dexteritate amabilibus.

 Quae

* Pungit Muhammedanos. ** in valle Mena. *** nigrum nempe.

ايّ شي اصاب عقلك يا مسكين حتي رميت بالوسواس ✻

ومن ذلك ،

اتي عيسي فبطل شرع موسي وجا محمد بصلوات *v* خمس ،

وقالوا لا نبيّ بعد هذا ، فضلّ القوم بعد غد *x* وامس ،

ومهما عشت في دنياك هذي فما يخليك من قمر وشمس ،

اذا قلت المحال رفعت صوتي ، وان قلت الصحيح اطلت همسي *y* ✻

ومن ذلك قوله ،

تاه النصاري والحنفية ما اهتدت ويهود هطري ✻ والمجوس مضلّله ،

قسم الوري قسمين هذا عاقل لا دين فيه وديّن لا عقل له ✻

وفيها توفي ابو عثمان اسماعيل بن عبد الرحمان الصابوني مقدم اصحاب الحديث بخراسان وكان فقيها خطيبا اماما في عدّة علوم ✻

وفيها توفي اياز غلام محمود بن سبكتكين وله مع محمود اخبار مشهورة ✻

وفيها

ſpillo." Hinc quoque a Gorairio venti arenam conflantes dicuntur الراهسات

*t*) وولدة corruptum.

*v*) بصلوات C. L. et Ibn-Schehna بصلاة

*x*) غد Ibn-Schehna Leid. ſed غد Dorvill. غدى

*y*) همسي Verbum همس notat aliquid *absque ſtrepitu, ſummo cum ſilentio agere*; ut *loqui* vel *muſſitare*, ut vix ſentiri queat, velut labia mo-citare.

Quae ftriges tibi cerebrum commoverunt, o mifelle [Muhammed vel omnis tu, quisquis ea cenfes] ut tam horribilia deliramenta effutiveris!

Simile eft eiusdem hoc:

Venit Iefus: quo lex Mofaica fuit abrogata. Poft illum venit Muhammed fuasque quinque fanxit preces [et Chriftianifmum labefactavit].

Iam dicunt [Muhammedani] poft hunc prophetam alium non fore, [fed fidem Muflemicam ad rerum usque ruinam perftituram]. Error tam vaftus, atque eft diftantia craftini diei et hefterni!

Quamdiu vivas, mi homo, inter homines tuos, neque luna tibi unquam, neque fol deerit [Chriftianus fis, an Muhammedanus].

O miferam meam mortaliumque conditionem! Infana mihi et abfurda effutienti licet vocem, quam poffum, altiffimam tollere: at fana dicturo veraque diu mihi multumque inter dentes fremendum et murmurandum eft.

Vltimum Abu'l-Olae, quod apponemus, hoc efto:

Perplexi ftupent Chriftiani et Hanafitae [feu genuini, qui volunt videri, Muhammedani], Iudaei delirant, Magi funt in errore.

Terrarum orbis divifus eft bifariam. Hinc fapientes, fed religione deique timore caffi: illinc devoti, fed bruti.

Eodem obiit Abu-Otman Ifmaël, filius Abd-er-Rahmani Sabunenfis, traditionarios doctores inter praecipuos apud Chorafanam, fakihus, chatib [feu concionator] et Imam [f. magifter] in fcientiarum variis generibus.

Eodem obiit Aiaz, Golam [feu mancipium] Mahmudi, filii Soboctekini, qui quas cum hero res habuit, in vulgus notae funt.*

Obiit

* Hiftoria tamen omnino de illis tacet.

Digitized by Google

وفيها مات ابو احمد عدنان بن الشريف الرضي نقيب العلويين ۞

ثم دخلت سنة خمسين واربعماية ، ذكر الخطبة بالعراق للمستنصر العلوي خليفة مصر وما كان الي قتل *a* البساسيري ، في هذه السنة سار ابراهيم ينال بعد انفصاله عن الموصل الي همذان وسار طغرلبك من بغداد في اثر اخيه ايضا الي همذان وتبعه من كان من الاتراك ببغداد ، فقصد البساسيري بغداد ومعه قريش بن بدران العقيلي في مايتي فارس ووصل اليها يوم الاحد ثامن ذي القعدة ومعه اربعماية غلام ونزل بمشرعة الزوايا وخطب البساسيري بجامع المنصور للمستنصر بالله العلوي خليفة مصر وامر فاذن بحيّ علي خير العمل ، ثم عبر عسكره الي الزاهر وخطب بالجمعة

titare, quod hic obtinet; item *ſeſe motitare*; item *ire, abire*, absque ut obſerveris. الهمس اخفاء الصوت ، يقال هو يطاء الارض همسا ويتكلم همسا ، ومنه قيل للحروف العشرة المهموسة ، واسد هموس اي يخفي الوطاء في الارض ، قال الهذلي

له صيد ومجترء بالليل همّاس ،

H. e. "الهمس *el-hams* eſt occultatio, ſubmiſſio vocis. Dicitur: ille calcat terram hamſan et loquitur hamſan [hoc eſt, ſubmiſſe]. Inde dictae ſunt illae decem litterae المهموسة velut ſuppreſſae. vid. Gol. Lexicon hac voce. Leo dicitur هموس quando occultat greſſum ſuum per terram. Ait poëta Hudeilicus [deſcribens leonem]:

Ipſi eſt cervicis curvitas [ſuperbiae ſignum] et audacia; de nocte ſubmiſſo greſſu ac ſuſpenſo pede terram calcat."

Digitized by Google

Obiit etiam Abu-Ahmed Adnan, filius [celeberrimi] Scharifi Radii, Nakib [ſeu generalis] Alidarum [per Iracam].

Anno CCCCL [qui die 27 Februar. A. Chr. 1058 coepit] magnum ſubiit diſcrimen, opprobrium certe, Bagdadi Chalifarum Abbaſidarum dynaſtia, in eo, quod iurato ipſorum hoſti, Chalifae Alidae Aegyptiaco, in ipſa eorum ſede, raro et vix exſpectato eventu, publice dicta pia vota et ſacramenta fuerunt. Cito tamen ea deſaeviit tempeſtas, Baſaſirico, qui eam concitaverat, ſublato, rediitque priorum auctoritas. Quod ita contigit. Ibrahim Inal, Togrulbeki frater, inquieti vir ingenii, qui ſaepe iam inſurrexerat adverſus fratrem, et ſaepe victus ab illo veniam contumaciae impetraverat, neque nunc deſinebat fratrem nova ſeditione fatigare, miſſaque Mauſela, cui, quod ſupra diximus, a fratre praefectus fuerat, iam contendebat Hamadanam occupatum. Quae res Togrulbecum cogebat rebellem eodem perſequi, adeoque Bagdado cum Turcicis ſuis praeſidiis et copiis excedere. (117) Auguſtam itaque urbem vacuatam et in promtu poſitam protinus invadebat ille Baſaſiricus, quem Chalifae iuſſu Bagdado exactum a Malec er-Rahimo, ſuisque opibus ab aeſtuantibus Sunnitis, quibus adverſabatur, eodem Chalifa permittente, ſpoliatum, ſupra vidimus. Habebat ille ſecum Coraiſchum, filium Badrani, Arabum Ocailitarum Emirum, [et Mauſelae quondam dominum, qua per Togrulbecum eiectus fuerat] qui ducentos equites ducebat. Baſaſiricus ipſe quadringentos trahebat pedites, quibuscum die quodam ſolis, octavo undecimi menſis huius anni, Bagdadum occupabat; poſitoque praetorio in platea cellarum vel monaſteriorum, iubebat in templo, quod Manſuri ab auctore audit, preces et ſacramentum Moſtanſero Alidae, Chalifae Miſrenſi, fieri. Eiusdem Baſaſirici iuſſu promulgabatur precum tempus formula Schiitis adamata, Adeſtotedum ad optimum opus! Poſthaec traducebat idem exer-

 citum

Digitized by Google

بالجمعة الاخري من وصوله للمصري بجامع الرصافة ايضا وجري بينه وبين مخالفيه حروب في اثناء الاسبوع وجمع البساسيري جماعته ونهب الحريم ودخل الباب النوبي *b* ، فركب الخليفة القايم لابسا للسواد وعلي كتفه البردة وفي يده سيف وعلي راسه اللواء وحوله زمرة من العباسيين والخدم بالسيوف المسلولة ، وسري النهب الي باب الفردوس من داره ، فلما راي القايم ذلك رجع الي ورايه ثم صعد الي المنظرة ومعه رييس الروساء ، وقال رييس الروساء لقريش بن بدران يا علم الدين امير المومنين القايم يستذمّ بذمامك وذمام رسول الله وذمام العربية علي نفسه وماله واهله واصحابه ، فاعطي قريش الحضرته ذماما ،

z) هطري De hac voce quod dicam, non habeo; nusquam eam reperio; verti ergo eam, ſuadente ſenſu, et convenientia cum هتر *deliravit,* tanquam ſi هتري eſſet. Scilicet هتر eſt *nugari, vana, inutilia, communis ſenſus expertia, effutire et agere.* Ibn-Schehna Leid. habet تطري, Dorvill. بطري

*a*) قتل C. L. قتال

*b*) النوبي C. Leid. النوبا

Digitized by Google

citum ſupra Tigridem in Zaherum,* et altero ab adventu ſuo die Veneris curabat eadem in cathedrale templo Ruſafae ** peragi. Currente ſeptimana ſaepius ipſi cum adverſariis confligendum erat. Tandem ad ipſam imperii arcem expugnandam accingebatur, coactaque ſua turba ſpoliabat el-Harim *** penetrabatque per Bab en-Nub.**** Studebat quidem ipſe Chalifa, Caiem, ſuae maieſtatis oſtentatione furentes terrere atque reprimere, ſplendidiſſimoque decorus ornatu conſcendebat equum, nigra indutus toga, qualis Abbaſidarum propria eſt, et ſacra illa Muhammedis epomide, Borda, ſtrictum manu vibrans gladium, ſub elevato et undante ſuper caput vexillo, ſtipatus globo tam gentilium Abbaſidarum, quam famulorum et eunuchorum, qui ſtrictos pariter gladios intentabant. Videns autem rapinas iam ad Bab el-Firdaus [ſeu portam paradiſi] propagari, retro legebat veſtigia, et eſcendebat in Mantaram ***** una cum ſupremo Raiſo, qui Coraiſchum, Emirum Arabem, his verbis inclamabat: "O Almed-din [h. e. o vexillum religionis; is nempe titulus erat, quo appellari ſolebat Coraiſch], Princeps fidelium, Caiem, implorat protectionem tuam, et protectionem apoſtoli dei, et protectionem Arabum, ſibi, ſuisque opibus, et familiae, et domeſticis atque copiis." Coraiſch ſupplicatione fractus recipit Chalifae Hadret

 [ſeu

* Videtur nomen palatii orientalis fuiſſe.

** Eſt nomen aut integrae urbis orientalis, aut certe partis eius. vid. Elmac. p. 273. et Gol. ad Alferg. pag. 122.

*** Harim eſt auguſtum et inviolabile ſeptum, et ſolum illud totum, quod palatium ambibat.

**** *Bab en-Nub* eſt porta, per quam qui vel ablegantur in provincias gubernatores, vel inde redeunt et adminiſtrationis ſuae rationem reddituri ſunt, exeunt vel intrant, et per quam quotquot Auguſto ſacramentum dicunt, admittuntur.

***** Haec vox proprie ſpeculam notat, vel locum conſpicuum, unde deſpici poteſt in inferiora: forte quaedam aedicula vel turricula, in tecto palatii. Aut eſt talis area, qualem deſcribit Sanſon pag. m. 57. in ſummo palatii, unde reges deſpiciunt iuvenes magnates in Meidano ludicris equeſtribus ſeſe exercentes; ſaepius earum quoque della Valle meminit.

Digitized by Google

دماما ، فنزل القايم وريس الروساء الي قريش من الباب المقابل
لباب الحلبة وسارا معه ، فارسل البساسيري الي قريش فقال له
انخالف ما استقرّ بيننا وتنقض ما تعاهدنا عليه وكانا قد
تعاهدا علي المشاركة وان لا يستبدّ احدهما دون الاخر ، ثم
اتفقا علي ان يسلم رييس الروساء الي البساسيري لانه عدوّه
ويبقي الخليفة القايم عند قريش وحمل قريش الخليفة الي
معسكره ببردته والقضيب ولوايه ونهب دار الخليفة وحريمها
اياما ، ثم سلم قريش الخليفة الي ابن عمه مهارش ، فسار به
مهارش ، والخليفة في هودج الي حديثة عانة فنزل بها ،
وسار اصحاب الخليفة الي طغرلبك ، واما البساسيري فانه ركب
يوم عيد النحر الي المصلّي بالجانب الشرقي وعلي راسه الوية
خليفة مصر واحسن الي الناس ولم يتعصّب لمذهب ، وكانت
والدة القايم باقية وقد قاربت تسعين سنة ، فافرد لها البساسيري
دارا واعطاها جاريتين من جواريها واجري لها الجراية ،
وكان

c) مهارش Elmacinus in hiſtoria Saracenica pag. 273 lin. 20 habet مهراس

Digitized by Google

[ſeu maieſtatem eamque ſolam, praeterea nihil condicens] in ſuam protectionem; ideoque deſcendebant ambo, Auguſtus, et Raiis, ad Choraiſchum e porta, Bab el-Halbae [ſeu portae hippodromi] adverſa, et cum eo [in eius caſtra] ibant. Non placebat id facinus Baſaſirico, qui Coraiſchum per nuntium obiurgabat, quare tandem pactis inter ſe conventis adverſaretur, eaque deſtrueret, in quae ambo antea conſenſerint. Conſenſerant autem in id, ut neuter quidquam ex arbitrio ſuo, inconſulto altero, ageret, ſed omnia ex communione fierent. Tandem tamen ita transactum inter ambos fuit, ut Chalifa penes Coraiſchum maneret, ſupremus autem Raiſus Baſaſirico, cui erat inimiciſſimus, permitteretur. Coraiſch igitur Chalifam, eo ipſo in auguſto habitu, quo ille ſeſe dediderat, in Borda, cum Cadib [ſeu baculo Muhammedis, vel ſceptro] et vexillo, ſua in caſtra transferebat; palatium tamen eius et totum Harim (118) per aliquot dies diripiebat. (119) Poſt haec tradebat Coraiſch Auguſtum ſuo cuidam affini, Mohareſo, patrui ſui filio, qui eum ſuper camelo, in pilento, quali mulierculae geſtari ſolent, Haditam Anae (120) deportabat, ubi princeps ille manſit; officiales eius autem ad Togrulbecum abibant. Poſt haec ipſo die Meccanae religionis (121) [quo in memoriam oblati ab Abrahamo ſacrificii victimae occumbunt, hoc eſt decimo duodecimi menſis], petebat Baſaſiricus Maſalli [ſeu locum publicarum precum (122)] urbis orientalis, inſidens equo, ſub vexillis Aegyptii Chalifae nomen et inſignia monſtrantibus; et quamvis Schiitis addictus eſſet, et iam victor ab inimicis Sunnitis acceptae olim iniuriae vindictam potuiſſet ſumere, comiter tamen habebat urbanos, neque ſaevum ſe aut iratum alicui ſectae praeſtabat. Matri Caiemi, quae ceteram Auguſti familiam, Bagdado elabentem, ſequi propter aetatem non potuerat, matrona propemodum nonagenaria, peculiares aedes certosque reditus, et duas de priſtino ſuo comitatu puellas attribuebat. In ſupremum vero Raiſum vis omnis irae atque ultionis



Digitized by Google

وكان قد حبس البساسيري رييس الروساء فاحضره من الحبس ؛ فقال رييس الروساء العفو فقال البساسيري انت قدرت فما عفوت وانت صاحب طيلسان وفعلت الافعال الشنيعة مع حرمي واطفالي ، وكانوا قد البسوا رييس الروساء استهزاء به طرطورا من لبد احمر وفي رقبته مخنقة جلود وطافوا به الي النجمي *d* وهو يقول قل اللهم مالك الملك توتي الملك من تشاء وتنزع الملك من تشاء وتعزّ من تشاء وتذلّ من تشاء ، بيدك الخير لانك علي كل شي قدير ، فلما مرّ رييس الروساء بتلك الحالة علي اهل الكرخ بصقوا في وجهه لانه كان يتعصب عليهم ، ثم البس جلد ثور وجعلت قرونه علي راسه وجعلت في فكّه كلابان *e* وصلب وبقي الي اخر النهار ومات ، وارسل البساسيري الي المستنصر العلوي بمصر يعرفه باقامة الخطبة له بالعراق ، وكان

*d*) الي النجمي Num forte علي بختي *super camelo*, de illo genere, quod Hyrcanum appellatur, gemini tuberis et robustum est? An nomen est النجمي palatii a quodam Nagmeddino conditore appellatum.

*e*) كلابان Vox كلاب non tantum *uncum ferreum*, quo aliquid hamatur, sed etiam *stimulum*, quo pungitur, notat, et inde calcar, quo equus stimulatur. Dicitur quoque الكلوب, ut docet Meidanius ad proverbium جرجر لما عضه الكلوب "murmurat intra guttur, quando

Digitized by Google

erumpebat. Nactus enim Basasiricus hunc, quem maxime detestabatur, hostem, eo pacto, quo paullo ante dicebamus, primum quidem custodiae mandabat, dein vero, profligatis negotiis reliquis, ad supplicium arcessebat. Rogare tum miser praeteritorum veniam et spiritus gratiam. At Basasiricus: Et tu quoque olim, aiebat, nocere valens, ignoscendi habebas occasionem, neque tamen vindictae odioque imperare noras. Tailasanam (123) gestas [seu cucullum, theologis proprium gestamen, quorum tu caput hac in urbe es]; et nihilominus tamen in meum gynaeceum liberosque meos adhuc puellos exsecrabilia statuisti. Migrandum itaque ipsi erat quo fatum trahebat. Imponebant homini per ludibrium Tortur (124) [seu longum et acuminatum pileum], e rubro cilicio. Cervici apponebant collare scorteum, eoque in habitu traducebant ipsum ad Nagmi,* dictum illud Corani identidem iterantem: "Recita: O deus noster! possessor omnis imperii et potestatis! Tu das potentiam cuicunque vis; tu eripis eam pariter pro arbitrio tuo. Tu roboras et excelsum facis qui tibi videatur; tu rursus, quemcunque libuerit, vilem et imbecillum efficis. In tua manu sunt opes et bona omnia; tu enim omnia vales et potes." In Carchensium vicum illo in apparatu quum pervenisset, [erant illi omnes Schiitae] conspuebant eius faciem, memores vexationum, quas ab ipso quondam perpessi fuerant. Tandem, post tot acceptas contumelias, involutus taurina pelle, sic adaptata, ut de miseri fronte cornua exsurgerent, geminoque stimulo ferreo, ne caput deiiceret, suffixus, agebatur in crucem, in qua, tracto ad extremum diem spirituque et cruciatu, tandem sub noctem exspirabat. Magnam sperans Basasiricus gratiam tantis rebus a se confectis apud Mostanserum, Alidam Misrensem, iniisse, significabat ipsi, se perfecisse, ut nomen et imperium eius per Iracam agnosceretur. (125) Sed multum sua spes eum fallebat. Erat enim eo tempore Vezirus

aulae

* Nescio quid hoc sibi velit. Forte loci nomen est.

Digitized by Google

وكان الوزير هناك ابن اخي ابي القاسم المغربي وهو ممن هرب من البساسيري وخوّف من عاقبته ، فتركت اجوبته مدة ثم عادت بخلاف ما امله ، ثم سار البساسيري من بغداد الي واسط والبصرة فملكهما * واما طغرلبك فكان قد خرج عليه اخوه ابراهيم ينال وجري بينه *f* وبينه قتال اخره ان طغرلبك انتصر علي اخيه ابراهيم ينال واسره وخنقه بوتر، وكان قد خرج عليه مرارا وطغرلبك يعفو عنه فلم يعف في هذه المرة *

ذكر عود الخليفة القايم الي بغداد وقتل البساسيري ،

وكان ذلك في السنة القابلة سنة احدي وخمسين ، فقدّم ذكر هذا الواقعة في هذه السنة لتكون اخبارها متتابعة الي منتهاها ، فنقول انه لما فرغ طغرلبك من امر اخيه ينال وقتله سار الي العراق لردّ الخليفة الي مقرّ ملكه وارسل الي البساسيري يقول ردّ الخليفة الي مكانه وانا ارضي منك بالخطبة فلم ادخل العراق ، فلم يجب البساسيري الي ذلك ، فسار طغرلبك ، فلما قارب بغداد انحدر

quando eum mordet calcar" his verbis: الكلوب مثل الكلاب وهو المهماز يكون في جف الرايض ينخس به جنب الدابة
Pluralis huius vocis الكلاليب exſtat apud Gorairum.

*f*) بينه Mallem بينهما

Digitized by Google

aulae Miſrenſis quidam Abu'l-Caſemi Magrabici [ſeu Africani, de quo ſupra] ex fratre nepos, qui olim, male ſibi a Baſaſirico metuens, Bagdado aufugerat. Is ergo demonſtrato apud Miſrenſem, haec utcunque ſpecioſa exordia infida tamen finemque habitura eſſe tam brevem quam lugubrem, efficiebat, ut reſponſum et gratiarum pro praeſtitis officiis actio diu ſupprimeretur, et, quum tandem aliquando diutius cum decore trahi nequiret, languida tamen et frigida eſſet, et omnino ſecus, atque Baſaſiricus ſuperaverat. Interea proſequebatur Baſaſiricus victricis ſuae fortunae curſum, et Vaſetam atque Baſram ſibi ſubigebat. Togrulbek autem eodem ipſo tempore, quo haec gerebantur, in ordinem cogebat rebellem fratrem, Ibrahimum Inalum (126), qui, quod ſupra vidimus, omnibus hiſce turbis cauſſam dederat. Hunc in poteſtatem nactus Togrulbec, nolebat amplius eadem cum clementia dimittere, qua non ſemel antea ſuum in damnum adverſus contumacem et turbulentum hominem uſus fuerat, ſed nervo curabat eum in carcere ſtrangulari. (127) Compoſitisque hunc in modum hiſce turbis, iam maius otium nactus, Caiemum Chalifam Bagdado reddebat. Quod quamvis anno demum ſequente CCCCLI factum fuerit, debuimus tamen in lectoris gratiam ad hunc referre, quo is integram et cohaerentem geſtarum rerum enarrationem acciperet. Togrulbec itaque confectis, quae ipſi cum fratre ſuccreverant, negotiis, retro tendebat in Iracam ea mente, ut Chalifae priſtinam ſedem et auctoritatem vindicaret; cupiensque res amice componere, offerebat Baſaſirico peraequas et perquam commodas conditiones; velle nimirum, ut Chalifa ſua in iura redeat; ceterum, nihil a Baſaſirico poſtulare ſibi, praeterquam clientelae profeſſionem publicam; eo pacto ipſi poſſeſſionem Irakae quietam permiſſurum, neque cum copiis eo venturum eſſe, promittebat. Verum tamen nolebat Baſaſiricus aurem honeſtiſſimis legibus praebere. Togrulbec ergo propius Bagdadum admovebat. Quo facto liberi famulitiumque

انحدر منها خدم البساسيري واولاده في دجلة ، وكان دخول البساسيري واولاده بغداد سنة خمسين سادس ذي القعدة وخروجهم عنها في سنة احدي وخمسين سادس ذي القعدة ايضا ، ووصل طغرلبك الي بغداد وارسل في طلب الخليفة القايم الي مهارش ، فسار مهارش والخليفة الي بغداد في السنة المذكورة (اعني سنة احدي وخمسين) حادي عشر ذي القعدة وارسل طغرلبك الخيام العظيمة والالات لتلقّي الخليفة القايم ، ووصل الخليفة الي النهروان رابع عشرين ذي القعدة وخرج طغرلبك لتلقّيه واجتمع به واعتذر عن تاخرّه بعصيان اخيه وانه قتله عقوبة لما جري منه وبوفاة g اخيه داود بخراسان ، وسار مع الخليفة ووقف طغرلبك في الباب النوبي مقام الحاجب واخذ بلجام بغلة الخليفة حتي سار الي باب حجرته ، ودخل الخليفة الي داره يوم الاثنين لخمس بقين من ذي القعدة سنة احدي وخمسين ، ثم ارسل طغرلبك جيشا خلف البساسيري ثم سار طغرلبك في اثرهم واقتتل البساسيري والجيش ثامن ذي الحجة فقتل البساسيري وانهزمت اصحابه وحمل راسه الي طغرلبك واخذت اموال البساسيري مع نسايه واولاده ، ثم ارسل طغرلبك راس البساسيري الي دار الخلافة فصلبت قبالة الباب النوبي ، وكان البساسيري مملوكا تركيا من مماليك بهاء الدولة بن عضد الدولة واسمه

g) وبوفاة Cod. Leid. ولوفاة

Digitized by Google

Basasirici ex augusta illa urbe per Tigridem elabebantur. Eaque ratione relinquebat eam tyrannus ille, postquam per annum integrum tenuisset. Sexto enim die mensis undecimi anni CCCCL intraverat; eodemque sexto die pariter undecimi mensis huius anni CCCCLI inde rursus excedebat. Togrulbek in hunc modum rursus occupata Bagdado, mittebat protinus, qui Chalifam a Moharesо repeterent, eius custode. Mohares absque mora cum Augusto Bagdadum versus contendebat; cui accedenti Togrulbec tentoria ingentis et spectabilis formae ceteramque necessariam excipiendo principi dignamque supellectilem in occursum praemittebat, ipse autem ad Nahrovanam usque prodibat, ubi cum Chalifa concurrebat die 24 dicti mensis undecimi, veniamque deprecabatur tam diuturnae cessationis, morarum caussas allegans, unam, fratris unius contumaciam, meritamque castigationem; alteram, alterius fratris, Davudi, in Chorasana decessum. Inde Augustum augustam in urbem deducebat, ultimaque ipsi, quae poterat, cultus et reverentiae demonstrabat documenta. Nam in porta, quae a praefectis nomen habet, et per quam illustres viri, quibus salutato principe opus est, admittuntur, stabat in pedibus, et munere Hagebi [seu cubicularii] suscepto mulam, qua vehebatur Augustus, freno regens, ad intimi sacrique cubiculi fores usque stipabat. (128) Sic redibat in palatium suum Caiem die Lunae, vigesimo quinto mensis undecimi a. CCCCLI. Togrulbec interea legionem Basasirico submittebat persecutricem (129), quam ipse deinceps assectabatur. Quo factum ut partes octavo die proxime secuti mensis confligerent, adversa cum fortuna Basasirici. Nam ipse occumbebat, eiusque copiae dissipabantur. Caesi caput uxoresque et liberi atque divitiae victori cedebant, qui caput Bagdadum Chalifae permittebat, ubi ex adverso portae praefectorum in patibulo suspensum fuit. Erat hic vir origine Turca, quondam Baha-ed-daulae, f. Adad-ed-daulae, mancipium. Verum illi nomen erat Arslan (130); consuevit

واسمه ارسلان وهو منسوب الي مدينة بسا بفارس وكان سيد هذا المملوك من بسا فقيل له البساسيري لذلك ، والعرب تجعل عوض الباء فاء فتقول فسا ، ومنها ابو علي الفارسي النحوي *

وفي هذه السنة (اعني سنة خمسين واربعماية) توفي شهاب الدولة ابو الفوارس منصور بن الحسين الاسدي صاحب الجزيرة واجتمعت عشيرته علي ولده صدقة *

وفيها توفي الملك الرحيم ابو نصر خسره فيروز اخر ملوك بني بويه بعد ان نقل من قلعة السيروان الي قلعة الري ، فمات بها مسجونا ، وهو الملك الرحيم بن ابي كاليجار المرزبان بن سلطان الدولة بن بهاء الدولة بن عضد الدولة بن ركن الدولة بن بويه *

وفيها توفي القاضي ابو الطيّب الطبري الفقيه الشافعي وله ماية سنة وسنتان وكان صحيح السمع والبصر سليم الاعضاء يناظر ويفتي ويستدرك علي *h* الفقهاء ، ودفن عند قبر احمد بن حنبل *

وفيها توفي قاضي القضاة ابو الحسن علي بن محمد بن حبيب الماوردي وله تصانيف كثيرة منها الحاوي المشهور وعمره ست وثمانون سنة ، اخذ الفقه عن ابي حامد الاسفرايني وغيره ، ومن مصنفاته تفسير القران والنكت *i* والعيون والاحكام السلطانية وقانون

*h*) استدرك عليه scil. زلله significat, *assequi studuit eius lapsationes*, h. e. vel eas persecutus fuit e vestigio et detexit, (Pocock. ad Abulfarag. pag. 455 fin.) vel, quod ego praeferrem, emendavit, restituit eas in integrum et in rectam viam.

Digitized by Google

tamen Basasiricus appellari a Basa, ut Persae pronunciant, aut Fasa, ut efferre amant Arabes, qui B Persarum plerumque in F deflectere solent. Gentilitia haec forma quoque Persica est, et Arabicae grammaticae non congrua. Ipse quidem ex ea Persidis urbe oriundus non erat, quod prima fronte videatur, at primus eius herus, a quo transierat in Buidarum stipendia, fuerat: unde ipsi haec appellatio adhaesit. Ex eadem urbe Basa, vel Fasa, deveniebat Abu-Ali Faresi, celeber ille grammaticus.*

Eodem illo anno CCCCL, a quo digressionem fecimus, obiit Schahab-ed-daula Abu'l-Favares Mansur, filius Hosaini, Asadita, [seu dux Arabum Asaditorum] dominus Gazirae (131), cui sua tribus in Emiratu filium, Sadacam, sufficiebat.

Eodem obiit Malek er-Rahim Abu-Nasr Chosru Firuz, filius Abu-Caligari Marzapani, filii Sultan-ed-daulae, filii Baha-ed-daulae, filii Adad-ed-daulae, filii Rocn-ed-daulae, filii Buiae, regum Buidarum ultimus, mente captus in custodia, in arce Raiense, in quam fuerat e Siravanica translatus.

Eodem obiit Cadi Abu-Taiiab (132) Tabarestanensis, fakihus Schafeiticus, anno aetatis secundo supra centesimum, et sano nihilominus gaudens visu pariter atque auditu, usuque membrorum perfecto, et consuetis defungens muniis. Nam et consultationibus atque disputationibus intererat, dubiisque in casibus responsa dabat, et fakihos ceteros, ubi videbat in lata sententia peccasse, corrigebat. Sepultus est [Bagdadi] prope Ahmedem, filium Hanbali.

Eodem obiit, anno aetatis octuagesimo, supremus Cadi vel praetor Bagdadi, Abu'l-Hassan Ali, filius Muhammedis, filii Habibi, Mavardensis (133), auctor plurium librorum, ut celebris illius el-Havi [seu catholici], commentarii quoque in Coranum, item an-Nocat va'l-Oiun; ut et el-Ahcam es-Soltaniiat [seu de officiis summorum principum], et Canun el-Vazarat [seu de insititu-



* De quo supra ad a. 376. T. II. p. 563.

وقانون الوزارة ، والماوردي نسبة الي بيع الماورد *

وفيها كانت زلزلة عظيمة لبثت ساعة بالعراق والموصل وخرّبت كثيرا وهلك الجم الغفير *

ثم دخلت سنة احدي وخمسين واربعماية ، ذكر وفاة فرخزاد صاحب غزنة ، في هذه السنة توفي الملك فرخزاد بن مسعود بن محمود بن سبكتكين صاحب غزنة بالقولنج وملك بعده اخوه ابراهيم بن مسعود فاحسن السيرة وغزي الهند وفتح حصونا وكان ديّنا ، ولما استقر في ملك غزنة صالح داود بن ميكايل بن سلجوق صاحب خراسان *

ذكر وفاة داود وملك ابنه الب ارسلان ، في هذه السنة في رجب توفي داود بن ميكايل بن سلجوق واخو طغرلبك ، وعمره سبعون سنة صاحب خراسان وهو مقاتل *k* ال سبكتكين ، ولما توفي داود ملك خراسان بعده ابنه الب ارسلان ، وكان لداود من البنين الب ارسلان وياقوتي وقاروت بك وسليمان ، فتزوج طغرلبك بام سليمان امراة اخيه *

وفيها قدم طغرلبك الي بغداد وعاد الخليفة وقتل البساسيري حسبما ذكرناه *

وفيها توفي علي بن محمود بن ابراهيم الزوزني وهو الذي ينسب اليه رباط الزوزني المقابل لجامع المنصور ببغداد *

ثم

*i*) النكت Pluralis a ſing. نكتة quod Golius exponit: *punctum, apex. ſignum ſeu veſtigium apice digiti vel baculi terrae impreſſum.* Et quia talis

Digitized by Google

ftitutione Veziri vel fupremi confiliarii]. Magiftrum in fik-ha, praeter alios, habuit Abu-Hamedum Asfaraiinenfem. Mavardenfis appellatur a Mavard [feu aqua rofarum] eiusque venditione. (134)

Eodem fuit ingens terrae tremor per Iracam et Maufelam [provinciam] qui, quamvis unam tantummodo tenuerit horam, permulta tamen loca evertit et aedificia, ingentemque numerum mortalium perdidit.

Anno CCCCLI [qui die 16 Febr. A.C. 1059 coepit] obiit Malec Ferochzad, filius Mafudi, filii Mahmudi, filii Sobocte-kini, dominus Gaznae, ex colica. Succeffit ei frater, Ibrahim, vir pius, egregius princeps, Indorum domitor, qui, nactus imperium, cum Davudo, filio Michaëlis, filii Selguk, Chorafanae domino, pacem inibat. (135)

Non multo poft exceffit vivis hic ipfe Davud, Togrulbeki frater, feptimo huius anni menfe, aetatis anno feptuagefimo, poft gefta cum Soboctekinidis de Chorafanae dominio bella,* quam hic illis provinciam extorfit. Relinquebat filios, Alp Arflanum, qui patri in regnum Chorafanae fuccedebat, et Iacutium, et Carutbek, et Solaimanum. Huius Solaimani matrem, fui fratris uxorem, deinceps Togrulbec in thorum adfcifcebat.

Eodem redibat idem Togrulbec Bagdadum, uti quoque Chalifa, peribatque Bafafiricus, de quibus latius iam ad annum fuperiorem expofuimus.

Eodem obiit Ali, filius Mahmudi, filii Ibrahimi, Zuzanenfis (136), ille de quo nomen habet Ribât ** [vel monafterium] Zuzanii, in augufta urbe, templo Manfuri oppofitum.

Anno

* In Arabico erat *bellans cum gente Soboctekini.* Quod quum infinuet eum adhue durante bello deceffiffe, nondum facta pace, pugnetque cum modo dictis, emollivi in interpretatione.

** *Ribât* proprie eft *excubitorium*, ubi vigilatur; hinc fenfu theologico per excellentiam *monafterium*, ubi excubatur et vigilatur ad cultum dei, ad preces nocturnas diurnasque perficiendas. Vid. d'Herbelot voce *Akhbar al-Roboth.*

Digitized by Google

ثم دخلت سنة اثنين وخمسين واربعماية، فيها ملك محمود بن شبل الدولة نصر بن صالح بن مرداس حلب على ما تقدّم ذكره في سنة اثنين واربعماية *

وفيها سار طغرلبك من بغداد الى بلاد الجبل في ربيع الاول وجعل الامير برسق شحنة ببغداد *

وفيها توفيت والدة القايم وهي جارية ارمنية قيل اسمها قطر الندى *

ثم دخلت سنة ثلاث وخمسين واربعماية، ذكر وفاة المعزّ صاحب افريقية، وفي هذه السنة توفي المعز بن باديس بضعف الكبد، وكانت مدة ملكه سبعا واربعين سنة، وكان عمره لما ملك قيل احدى عشرة سنة وقيل ثمان سنين، وملك بعده ابنه تميم بن المعز، ولما مات المعز طمعت اصحاب البلاد بسبب العرب وتغلّبهم على بلاد افريقية كما قدّمنا ذكره *

ذكر وفاة قريش صاحب الموصل، فيها توفي قريش بن بدران بن المقلّد بن المسيّب صاحب الموصل ونصيبين وكانت وفاته بنصيبين بخروج دم من حلقه وانفه واذنيه، وقام بالامر بعده ابنه شرف الدولة ابو المكارم مسلم بن قريش *

ذكر

talis aliquid designandi ratio per puncta arenae impressa perquam difficilis est, hinc ita appellantur المعاني الغامضة *ideae obscurae, occultae*, ut ait Scholiast. Haririi ad Conf. XXXV.

*k*) مقاتل Cod. Leid. مقابل

Digitized by Google

Anno CCCCLII [qui die 5 Febr. A. C. 1060 coepit] occupabat Mahmud, filius Schabl-ed-daulae Nasri, filii Salehi, filii Mardasi, urbem Halebum, qua de re iam ad annum CCCCXLII locuti sumus.

Eiusdem anni mense tertio evadebat Togrulbec Bagdado montanam in regionem, relicto in augusta urbe Schehna [seu praetore, vel baiulo] Emiro Borsako.*

Eodem obiit mater Caiemi, Chalifae, pellex, Armena gente, cui nomen [a Chalifa Cadero, marito, impositum] fuisse perhibent aliqui Catr en-Nada [seu gutta roris; ob eximiam scilicet eius pulchritudinem].

Anno CCCCLIII [qui die 25 Ianuar. A. C. 1061 coepit] obiit Moazzus, filius Badisi, dominus Africae, ab imbecillitate iecoris,** post exactos in principatu annos quadraginta septem. Quo autem aetatis anno admotus rebus gerendis fuerit, non constat. Vndecimum hi, alii octavum allegant. Succedebat ipsi filius Tamim, cuius dominatio tamen inquieta fuit et parum valida, quum praefecti urbium excutere iugum passim tentarent, copiam eius rei cupiditatemque praebente Arabum insolentia et vexatione, qui, quod supra iam diximus, potissimam Libyae partem sui iuris, vivo adhuc patre, fecerant.

Eodem peribat Coraisch, filius Badrani, filii Mocalledi, filii Mosaiiebi, dominus Mauselae et Nesibinae, in urbe, quam posteriore loco nominavimus, ex haemorrhagia tam faucium, quam narium, et ipsarum aurium. Filius ei succedebat Scharf-ed-daula Abu'l-Macarem.

Eodem

* Vid. ad ann. 490.

** Vel etiam *ventriculi*. Nam Arabes, quamvis iecur in specie كبد *Cabed* appellant, tribuunt tamen id nomen quoque toti regioni praecordiorum.



Digitized by Google

ذكر وفاة نصر الدولة بن مروان ، وفي هذه السنة توفي نصر الدولة ابو نصر احمد بن مروان الكردي صاحب ديار بكر ، وكان عمره نيفا وثمانين سنة وامارته اثنين وخمسين سنة لان تملكه في سنة اثنين واربعماية كما قدمنا ذكره في سنة ثمانين وثلثماية ، واستولي ابو نصر علي اموره وبلاده استيلاء تاما وتنعم تنعما لم يسمع بمثله وملك من الجواري المغنيات ما اشتري بعضهن بخمسة الاف دينار واكثر ، وملك خمسماية سرية سوي توابعهن وخمسماية خادم ، وكان في مجلسه من الالات ما تزيد قيمته علي مايتي الاف دينار وارسل طباخين الي مصر حتي تعلموا الطبخ هناك وقدموا اليه وغرم علي ذلك جملة ، ووزر له ابو القسم المغربي وفخر الدولة بن جهير ، ووفد اليه الشعراء واقام عنده العلماء ، ولما مات نصر الدولة المذكور خلف ابنين نصرا وسعيدا ابني المذكور ، فاستقر بالامر بعده ابنه نصر بن احمد بميافارقين وملك اخوه سعيد بن احمد امد *

ذكر وفاة امير مكة ، وفي هذه السنة توفي شكر العلوي الحسيني امير مكة وله شعر حسن فمنه *l* ،

قوض خيامك * عن ارض تضام بها وجانب الذل ان الذل مجتنب ،
وارحل اذا كان في الاوطان منقصة ، فالمندل الرطب في اوطانه حطب *

ثم

*l*) Laudat hoc diſtichon, ſed ſub alterius auctoris nomine et peius quam hic legitur, Abu-Oſaiba. Inter lectiones variantes memoranda eſt haec: فالمندل الرطب pro فمندل الهند

Eodem obiit Naſr-ed-daula Abu-Naſr Ahmed, filius Marvani, Curdus, dominus Deiar-Becri, octuagenario maior, anno ſui principatus LII, ut qui dominari coepit anno CCCCII, quod iam ad ann. CCCLXXX obſervavimus. Hic vir rebus terrisque ſuis obſolute imperabat, et in tanto luxu exquiſitisque deliciis aetatem ducebat, ut qui paria ipſi fecerit auditus nemo fuerit. Poſſidebat inter pſaltrias non unam, quinque millibus aureorum redemtam, quasdam et pluris. Quingentas pellices, non computatis earum ancillis; totidemque alebat eunuchos. Convivium eius vaſa numero plura oſtentabat, quorum unum aureorum ducenta millia pretio ſuperabat. Coquos Miſram miſerat, quo ibi rem culinariam cupediariamque in aula Chalifarum exquiſite addiſcerent, inſtructisque artis coquinariae praeſidiis omnibus ad ſe redirent, gulae ipſius gratificaturi: quam in rem eximios ſumtus fecit. Veziros quoque habuit, Abu'l-Caſemum Magrabicum [ſeu occidentalem] et Fachr-ed-daulam, Gahiri filium, utrumque virum non ignobilem. Poëtae ad eum laudibus et carminibus celebrandum confluebant, et eruditi plures in eius aula vivebant. Filios relinquebat duos, Naſrum et Saidum, quorum illi cum Emiratu provincia Miafarekinenſis, huic Amidena, cedebat.

Eodem obiit Schacr, Emirus Meccanus, ex Alii, per Hoſainum poſteris, poëmatum auctor elegantium, quorum apponemus hoc ſpecimen (137):

Complica tentoria tua, et excede ex terra, in qua inique et inhoneſte haberis, declinaque vilitatem et humilitatem. Meretur enim illa nobilis viri odium et fugam.

Transfer alio ſarcinas, ubi detrimentum in patria ſentias. [Plerumque enim, utcunque magna et optabilia, quae in promtu ſunt, vilipendentur. Sic, exempli gratia,] viridis amygdalus, ibi, ubi creſcit, [non minus atque cardui et ſentes] focum inſtruit.



Digitized by Google

ثم دخلت سنة اربع وخمسين واربعماية ، فيها تزوج طغرلبك بنت الخليفة القايم وكان العقد في شعبان بظاهر تبريز وكان الوكيل في تزويجها من جهة القايم عميد الملك *

وفيها استوزر القايم فخر الدولة بن نصر ابن جهير بعد مسيره عن ابن مروان *

وفيها توفي القاضي ابو عبد الله محمد بن سلامة بن جعفر القضاعي الفقيه الشافعي صاحب كتاب الشهاب o وكتاب الانباء عن الانبياء وتواريخ الخلفاء وخطط مصر، تولي القضاء من جهة الخلفاء العلويين المصريين وتوجه منهم رسولا الي جهة الروم ، والقضاعي منسوب الي قضاعة وهو من حمير وينسب اليه قبايل كثيرة منها كلب وبليّ وجهينة وعدوة ، وقيل قضاعة ابن معد بن عدنان *

ثم دخلت سنة خمس وخمسين واربعماية ، ذكر اخبار اليمن ، من تاريخ اليمن لعمارة ، قال وفي هذه السنة (اعني سنة خمس وخمسين واربعماية) تكامل جميع اليمن لعلي بن القاضي محمد بن علي الصليحي ، وكان القاضي محمد والد علي الصليحي المذكور سنّي المذهب وله الطاعة في رجال حراز وهم اربعون الفا ببلاد اليمن ، وتعلّم

m) قوّض خيامك *dirue, diſſolve, complica, tentoria tua.* Perfrequens elocutio. Reſtituendum hoc verbum hiſtoriae Tamerlanis, ubi pro يقوض pag. 407 lin. 15 male يغوض editur. Deſcribit auroram: وحين يقوض الظلام خيامه وينشر رايد الصبح اعلامه ويضرب الكوس للرحيل وياخذ الناس في التحميل" quum complicarent et

Digitized by Google

Anno CCCCLIV [qui die 14 Ianuar. A. C. 1062 coepit] ducebat Togrulbec in matrimonium Caiemi filiam. (138) Desponsatio et pactorum matrimonialium constitutio fiebat mense octavo in agro Tabrizeno, procuratore in eam rem a Chalifa delegato Amid el-Molko.

Eodem nuncupabat idem Chalifa, Caiem, Vezirum suum, Fachr-ed-daulam Abu-Nasrum, filium Gahiri, a Marvanidae servitio iam vacantem.

Eodem obiit Cadi Abu-Abdalla Muhammed Ibn-Sallama, filius Gafari Codai, fakihus Schafeiticus, auctor plurium librorum, ut eius qui Schahab [seu flamma (139)] inscribitur, item historiae prophetarum et annalium Chalifarum (140) aliumque qui de vicis et pagis vel nomis Misrensibus agit. (141) Vivebat enim Misrae, constitutus ibi ab Alidis Chalifis Cadi, eorundemque nomine legationem ad Romanorum imperatorem obiit. Codaa tribus, a qua cognomen habet, est Homairitica propago, quae multas alias minores familias, ut Calb, Balaiam, Gohainam, Odvam, de se procreavit. Sunt tamen, qui Codaam non ab Homairitis, neque proinde ex Arabia felice genuinisque Arabibus devenisse, sed gentem Codaae esse contendunt, filii Moaddi, filii Adnani, qui Adnan de posteris Ismaëlis oriundus Arabum epelydum [seu adsciticiorum] omnium communis pater habetur.

Ad annum CCCCLV [qui die 3 Ian. A. C. 1063 coepit] de rebus turbisque Iemanae [seu Arabiae felicis] differendum nobis venit, quam in rem pro more nostro verbis utemur Ibn-Omarae, ex eius Tarich el-Iemani [seu Annalibus rerum eius provinciae] transsumtis. Hoc anno, ait ille, id est, quadringentesimo quinquagesimo quinto, tota potiebatur Arabia felice Ali, filius Cadi Muhammedis, Solaihita. (142) Patrem huius Alii, modo dictum Muhammedem Cadium, magna prosequebantur veneratione promtoque obsequio viri Haraz [districtus cuiusdam]



Digitized by Google

وتعلّم ابنه علي المذكور مذهب الشيعة واخذ اسرار الدعوة عن عامر بن عبد الله الرواحي ، وكان عامر المذكور من اهل اليمن وكان اكبر دعاة المستنصر العلوي خليفة مصر ، فصحبه علي بن محمد وتعلّم منه اسرار الدعوة ، فلما دنت من عامر الوفاة اسند امر الدعوة الي علي المذكور ، فاقام بامر الدعوة اتمّ قيام وصار علي بن محمد الصليحي المذكور دليلا لحجاج اليمن يحج بهم علي طريق الطايف وبلاد السرو ، وبقي علي ذلك عدة سنين ، وفي سنة تسع وعشرين واربعماية ترك دلالة الحاج وثار بستين رجلا وصعد الي راس مشار ، وهو اعلي ذروة من جبال حراز ، ولم يزل يستفحل امره شيا فشيا حتي ملك جميع اليمن في هذه السنة (اعني سنة خمس وخمسين واربعماية) ، ولما تكامل لعلي الصليحي ملك اليمن ولّي علي زبيد اسعد بن شهاب بن علي الصليحي واسعد المذكور هو اخو زوجته اسما بنت شهاب وابن عم علي المذكور ، وبقي علي الصليحي المذكور مالكا لجميع اليمن حتي حج فقصده بنو نجاح وقتلوه بغتة بالهجم عليه p بضيعة يقال لها ام الدهيم وبير ام معبد سنة ثلاث وسبعين واربعماية ، ولما قتل الصليحي المذكور استقرّت التهايم لبني نجاح واستقر بصنعا ابن الصليحي المذكور وهو احمد بن علي بن القاضي محمد الصليحي ، وكان يلقب احمد المذكور بالملك المكرم ،

et destruerent tenebrae nigra sua tentoria [qualia pleraque omnium Arabum tentoria sunt], et explicaret praecursor sereni diei sua vexilla, et pulsaretur aheno tympanum ad movendum ex statione, et inciperent homines iumenta sarcinis onerare."

n) Pro جعفر habet Herbelotus خضر et pro سلامة Catal. bibl. Leid. p. 415 fin. سلام

Digitized by Google

in Arabia felice, ad quadraginta millia capitum. Huius filius, Ali, de quo coepimus narrare, deſerta patris ſecta, Sunnitica, ſe Schiitis addicebat, myſteriaque vocationis [ad gentem Alii] addiſcebat ab Amero, filio Abdallae, Ravahita, viro Iemanenſe, uno inter praecipuos eorum, quibus eo tempore utebatur Moſtanſer, Chalifa Miſrenſis, ad invitandos in ſuum Alidarumque obſequium, cum alios, tum maxime Iemanenſes. Idem Amer, morti propinquus, comittebat hoc negotium huic Alio Solaihitae, diſcipulo et familiari, qui ſuo quoque officio numeris omnibus per tempus aliquod ſatisfaciebat, poſtea vero ſe praeſtabat per vaſta et ignota deſerta viae ducem magnis illis itineratorum religioſorum mercatorumque catervis, quae ex Arabia felice per Taiefum et Belâd es-Sarv [ſeu terras cypreſſorum (143)] Meccam ſolent contendere. Anno tandem CCCCXXIX omittebat Ali hoc per plures annos continuatum vitae et quaeſtus genus, et cum ſexaginta viris in nequitiae atque latrociniorum communionem adſcitis occupabat Râs Meſchar (144): cacumen hoc eſt inter montes Harazenſes editiſſimum: unde procedente tempore creſcebat ſenſim viribus, donec tandem hoc anno CCCCLV, quod ſupra dicebamus, totam felicem Arabiam ſuam faceret. Quo facto Zabidae fratrem uxoris ſuae, Aſimae, praeficiebat, Aſadum, filium Schahabi, filii Alii, Solaihitam pariter; nam ab eadem ille quoque ſtirpe deveniebat, et pater ipſius, Schahab, frater fuerat Cadii Muhammedis, patris Alii noſtri. Hoc modo imperavit iſte Ali toti Iemanae usque ad a. CCCCLXXIII, quo eum, ipſo in itinere, quod Meccam religionis cauſſa inſtituerat, aggreſſi derepente Naggahidae apud villam Omm-ed-Dohaim dictam vicinumque Bir [ſeu puteum] Mabad primebant. Quo ex tempore Naggahidae humiliori Arabiae felici dominati fuerunt, [hoc eſt illi tractui, qui mari Erythraeo praetenſus Hegazum et Iemanam, quae proprie dicitur, interiacet]. Sanaae autem obtinuit occiſi Alii Solaihitae filius, Ahmed el-Malec el-Mocram;

Digitized by Google

المكرم ، ثم جمع المكرم المذكور العرب وقصد سعيد بن نجاح بزبيد وجري بينهما قتال شديد فانهزم سعيد بن نجاح الي جهة دهلك ، فملك احمد المذكور زبيد في سنة خمس وسبعين واربعماية ، ثم عاد احمد المكرم وقتل سعيدا في سنة احدي وثمانين واربعماية ، ثم ملك جياش اخو سعيد وبقي احمد المكرم علي ملك صنعا حتي مات المكرم في سنة اربع وثمانين واربعماية ، ولما مات احمد المذكور بن علي بن القاضي محمد بن علي الصليحي تولي بعده ابن عمه ابو حمير سبا بن احمد بن المظفر بن علي الصليحي في السنة المذكورة (اعني سنة اربع وثمانين واربعماية وبقي سبا متوليا حتي توفي سنة خمس وتسعين واربعماية وهو اخر ملوك الصليحيين ، ثم بعد موت سبا ارسل من مصر علي بن ارسم بن نجيب الدولة فوصل الي جبال اليمن في سنة ثلاث عشر وخمسماية واقام بامر الدعوة والمملكة التي كانت بيد سبا وبقي ابن نجيب الدولة فوصل *q* الي جبال اليمن خليفة مصر وقبض علي ابن نجيب الدولة بعد سنة عشرين وخمسماية وانتقل الملك والدولة الي ابن الزريع بن العباس بن المكرم وآل الزريع *r* هم آل عدن وهم من همدان بن جشم ، وهاولاء

*o*) Pro الشهاب habet codex Leid. الشبهات male.

*p*) عليه Deest in cod. L. Supra quoque erat الدهيم, non ام الدهيم

*q*) فوصل Forte hic aliquid deest وبقي ابن نجيب الدولة الي سنة — فوصل Saltim مدة supplendum.

*r*) وال الزريع Forte وال ابن الزريع هم من اهل عدن Modo scriptum erat الزريع in codice L. modo الزريع

Mocram; qui tertio anno poſt, hoc eſt CCCCLXXV cum grave coacto ex Arabibus exercitu Zabidam adverſus Saïdum, Naggahi filium, contendebat, eumque acre commiſſo praelio fuſum, ad Dahlacam, [rubri maris inſulam,] aufugere cogebat, eamque per victoriam Zabida potiebatur [inferioris Iemanae capitale]. Sed eo inde rurſus digreſſo repetebat Said Zabidam; quod Ahmedem Mocramum ad ſuſcipiendam alteram expeditionem adverſus eundem Naggahiden permovebat, qua Saidum quoque illum vita exuebat; quod anno CCCCLXXXI contigit. Supererat tamen Saidi frater, Gaiiaſch, qui ſe in dominio Zabidae tuebatur, ut adeo Solaihides ille, Ahmed Mocramus, praeter Sanaam, [ſuperioris Iemanae capitalem,] eique adiectum agrum, nihil poſſideret. Obiit Mocram anno CCCCLXXXIV, et ſucceſſorem habuit affinem quendam ſuum, Abu-Homair Saba, filium Ahmedis, filii Modaffari, f. Alii [primi], Solaihitam. Hic Abu-Homair Saba regnavit usque ad annum CCCCXCV, quo deceſſit, regum ſuae gentis, hoc eſt, Solaihitarum, ultimus. Poſt eius obitum adveniebat e Miſra legatus Ali, filius Arſami, filii Nagib-ed-daulae (145), ad montes Iemanae, [hoc eſt ad Arabiam felicem ſuperiorem, eiusque capitalem Sanaam,] anno DXIII, qui ſimul in negotio vocationis,* et in poſſeſſione ditionis, quae olim Sabae fuerat, aliquamdiu ſubſtitit. Sed ipſe Chalifa Miſrenſis veniebat in montes Iemanae, ſuumque hunc legatum, nepotem Nagib-ed-daulae, comprehendebat, quod poſt annum DXX contigit. Itaque tranſibat regnum et dynaſtia in gentem Razii, filii Abbaſi, filii Mocrami, [diverſi ab illo ſupra commemorato Ahmede Mocramo]. Poſſidebant hi Raziidae urbem Adenam, tribus autem ipſorum ab Hamdano, filio Goſchami, deveniebat. Hi

* Invitatores illi pia vota feciſſe videntur per templa et in concionibus Alidis Miſrenſibus, et hos pro legitimis Chalifis atque ſuperioribus agnoviſſe. Hoc, ni fallor, eſt illud *negotium vocationis*.



Digitized by Google

وهاولاء بنو المكرم يعرفون بآل الذيب ، وكانت عدن لزريع بن العباس بن المكرم ولعمه مسعود بن المكرم فقتلا علي زبيد مع الملك المفضل ، فولي بعدهما ولداهما ابو السعود بن زريع وابو الغارات بن مسعود ، وبقيا حتي ماتا وتولي بعدهما محمد بن ابي الغارات ، ثم ولي بعده اخوه علي بن ابي الغارات ، ثم استولي علي الملك والدعوة سبا بن ابي السعود بن زريع وبقي حتي توفي سنة ثلاث وثلثين وخمسماية ، ثم تولي ولده الاغرّ علي بن سبا ، وكان مقام علي بالدملوة فمات بالسلّ ، وملك بعده اخوه المعظّم محمد بن سبا ، ثم ملك بعده ابنه عمران بن محمد بن سبا وكانت وفاة محمد بن سبا في سنة ثمان واربعين وخمسماية ووفاة عمران بن محمد بن سبا في شهر شعبان سنة ستين وخمسماية ، وخلف عمران ولدين طفلين هما محمد وابو السعود ابنا عمران * وممن ولي الامر من الصليحيين زوجة احمد المكرم ، وهي الملكة ولقبها الحرّة واسمها سيّدة بنت احمد بن جعفر بن موسي الصليحي ولدت سنة اربعين واربعماية وربّتها اسما بنت شهاب وتزوجها ابن اسما احمد المكرم بن علي الصليحي سنة احدي وستين واربعماية وطالت مدة الحرة المذكورة وولّاها زوجها احمد المكرم الامر في حياته فقامت بتدبير المملكة والحروب واشتغل زوجها بالاكل والشرب ، ولما مات زوجها وتولي ابن عمه سبا استمرّت هي في الملك ، ومات سبا وتولي ابن نجيب الدولة في ايامها ، حتي توفيت الحرة المذكورة في سنة اثنين وثلثين وخمسماية * وممن كان له شركة في الملك المفضّل ابو البركات بن الوليد الحميري صاحب التعزّ ، وكان الملك المذكور يحكم بين يدي

Hi Mocrami posteri vulgo sub nomine Aal ed-Daib [seu gentis Lupi] clarent. Adena pertinebat tum ad Razium, filium Abbasi, filii Mocrami, eiusque patruelem, Masudum; qui ambo cum Malec Mofaddalo* ceciderunt apud Zabidam. Successerunt ambobus in principatu Adenense amborum filii, Razii quidem, Abu-Saud; Masudi vero, Abu'l-Garat. His vita functis succedebat Muhammed, filius Abu'l-Garati, tum eius frater, Ali, post hunc regnum simul et invitationis negotium suscepit Saba, filius Abu-Saudi, filii Razii, usque ad annum DXXXIII, quo is obiit. Successit eius filius, el-Agarr** Ali. Solebat ille apud Damluvam residere. Huic a phthisi exstincto, succedebat frater, el-Moattam Muhammed; et huic defuncto, quod anno DXLVIII contigit, eius filius, Omran, qui mortuus est octavo mense anni DLX, relictis duobus parvulis, Muhammede et Abu-Saudo. Ad Solaihitas principes quoque pertinet femina, sub Malecat-el-Horra [seu reginae ingenuae] titulo celebris, vero nomine Saiieda [hoc est, domina], uxor Ahmedis Mocrami, filia Ahmedis, filii Gafari, filii Musae Solaihitae, nata anno CCCCXL, et educata ab Asima, filia Schahabi, uxore Alii, quae etiam eam Ahmedi, filio suo, maritabat anno CCCCLXI. Haec Horra diu vixit et fere sola regnavit, quamdiu maritus superfuit. Is enim rerum gerendarum cura omne uxori permissa cutem tantummodo curabat et genio indulgebat. Marito mortuo continuabat illa sub eius affine Saba regnum administrare; Ibn-Nagib-ed-daulae dynastiam vivendo superabat, et obiit tandem anno DXXXIII. Ex iis qui partem huius imperii Iemanici habuerunt, fuit etiam el-Malek el-Mofaddal Abu'l-Baracat filius Validi, Homairita, dominus Teezzae. Hic coram Horra decidere, referre, verbo, primi consiliarii muniis fungi solebat; et

 initio

* De quo vid. ad finem huius articuli.

** الأغرّ sic est in codice. Forte tamen legendum الأعزّ el-Aazz, quamvis illud superius non prorsus improbem.

يدي الملكة الحرة وكان يحتجب حتي لا يرجي لقاوه ثم يظهر
ويدبّر الملك حتي يصل اليه القويّ والضعيف ، وبقي المفضل كذلك
حتي توفي في رمضان سنة اربع وخمساية وملك معاقل المفضل وبلاده
بعده ولده منصور ويقال له الملك المنصور بن المفضل ، واستمر ابن
المفضل في ملك ابيه من تاريخ وفاته الي سنة سبع واربعين
وخمساية ، فابتاع محمد بن سبا بن ابي السعود منه المعاقل x
التي كانت للصليحيين بماية الف دينار وعدّتها ثمانية وعشرون
حصنا وبلدا ، وبقيّ المنصور بن المفضل لنفسه تعز وبقي المنصور في
ملكها حتي توفي بعد ان ملك نحو ثمانين سنة ، وسنذكر بقية
اخبار اليمن ان شاء الله *

ذكر دخول طغرلبك بابنة الخليفة ، وفي هذه السنة (اعني
سنة خمس وخمسين واربعماية) قدم طغرلبك الي بغداد ودخل بابنة
الخليفة ، وحصل من عسكره الاذية لاهل بغداد لاخراجهم y من
دورهم وفسقهم بنسايهم اخذ باليد z ، وفي هذه السنة بعد دخول
طغرلبك بابنة الخليفة سار من بغداد في ربيع الاول الي بلد
الجبل فوصل الي الري فمرض وتوفي يوم الجمعة ثامن شهر رمضان
من هذه السنة ، وعمره سبعون سنة تقريبا ، وكان طغرلبك عقيما لم
يرزق ولدا ، واستقرّت السلطنة بعده لابن اخيه الب ارسلان بن داود
بن ميكايل بن سلجوق *

وفيها دخل الصليحي صاحب اليمن الي مكة مالكا a فاحسن
السيرة وجلب اليها الاقوات *

وفيها

x) احمد المكرم Cod. Leid. احمد بن المكرم

initio quidem ſe ab hominum acceſſu ſecludebat, ita ut omnes ipſum unquam offendere poſſe deſperarent; deinde vero prodibat in publicum facilemque ſe omnibus exhibebat absque diſcrimine, ut potentem non magis, quam humilem, ad ſe admitteret; donec obiret nono menſe anni DIV. Succedebat in eius praefecturas et ditionem filius, Manſur, cum titulo el-Malec el-Manſur, quas tenuit ad annum DXLVII usque, quo Muhammed, filius Sabae, filii Abu-Saudi, arces, quae quondam Salaihitarum fuerant, numero viginti et octo, pretio centies millium aureorum ab eo redemit. Solam ſibi reſervabat Teezzam ille Manſur, filius Mofaddali, quam ad vitae finem usque tenuit. Regnavit hic vir annos propemodum octoginta." Hactenus Ibn-Omara. Reliqua rerum Arabiae felicis, ſuo loco, ſi deus permittat, afferemus.

Nunc autem e diverticulo in viam ad annum CCCCLV redimus, quo Togrul nuptias cum Caiemi Chalifae filia Bagdadi celebrabat, quam ipſi deſponſatam fuiſſe anno ſuperiore videbamus. Diu tamen poſt eas nuptias Bagdadi non haeſit Togrulbec. Cives enim inſolentiam militum eius, Turcarum, ferre nequibant. Nam non tantum ex aedibus eos Turcae exigebant, multisque aliis modis vexabant et moleſtabant, ſed et, quod indigniſſimum, uxores eorum violabant manibus apprehendentes. (146) Tertio itaque menſe Bagdadum relinquebat Togrulbec, et per Iracam Perſicam repetebat Raiam; ubi nono eiusdem anni menſe, idque octavo die, qui Veneris erat, vitam cum morte commutabat anno aetatis propemodum ſeptuageſimo. Quandoquidem absque prole decedebat, quae ipſi nulla unquam contigerat, ſterilis enim erat, ſuccedebat in eius Sultanatum ipſius ex fratre Davudo nepos, Alp-Arſlan. (147)

Eodem veniebat [Ali] Solaihita, dominus Iemanae, Meccam, eaque potiebatur [eiectis, qui hactenus ibi dominati fuerant, Scharifis Alidis], pulchreque ſe atque commode gerebat, urbique de neceſſario commeatu proſpiciebat.



Digitized by Google

وفيها كانت بالشام زلزلة عظيمة خرب بها كثير من البلاد وانهدم بها سور طرابلس ✲

وفيها ولي امير الجيوش بدر مدينة دمشق للمستنصر العلوي خليفة مصر ثم ثارت به الجند ففارقها ✲

وفيها توفي سعيد بن نصر الدولة احمد بن مروان صاحب امد من ديار بكر ✲

ثم دخلت سنة ست وخمسين واربعماية ، ذكر القبض علي الوزير عميد الملك وقتله ، في هذه السنة قبض السلطان الب ارسلان علي الوزير عميد الملك ابي نصر منصور بن محمد الكندري وزير عمه طغرلبك بسبب سعي نظام الملك وزير الب ارسلان ، فقبض الب ارسلان علي عميد الملك وحبسه في مرو روذ *b* ، فلما مضي علي عميد الملك في الحبس سنة ارسل الب ارسلان اليه غلامين ليقتلاه ، فدخل *c* عميد الملك وودّع اهله وصلّي ركعتين وخرق خرقة من طرف كمه وعصب عينيه بها فقتل بالسيف وقطع راسه وحمل جثته الي كندر فدفن عند ابيه ، وكان عمره نيفا واربعين سنة ، وكان عميد الملك خصيا لان طغرلبك ارسله ليخطب له امراة فتزوّجها عميد الملك فخصاه طغرلبك لذلك ، وكان عميد الملك كثير الوقيعة في الشافعي حتي خاطب طغرلبك في لعن الرافضة علي منابر خراسان ، فامر له *d* بذلك ، فامر بلعنهم واضاف

*t*) ايامها Cod. Leid. ايامه     *v*) النعر C. L. النعكر

*x*) المعامل C. L. المعاول     *y*) لاخراجهم Forte deest اياهم

*z*) اخذ باليد Corruptum videtur.

Digitized by Google

Eodem magna fuit per Syriam terrae convulſio, quae multas deſolavit urbes, murumque Tripolitanum evertit. (148)

Eodem occupabat Damaſcum Emir el-Goiuſch Badr, nomine Moſtanſeri, Chalifae Miſrenſis, Alidae. Sed inſurgens eum exercitus urbe rurſus exigebat.

Eodem obiit Said, filius Naſr-ed-daulae Ahmedis, filii Marvani, qui de Diarbecr Amidam tenebat.

Anno CCCCLVI [qui die 24 Decbr. A. C. 1063 coepit] comprehenſus et peremtus eſt Amid el-Molk Abu-Naſr Manſur, filius Muhammedis, Condarenſis (149), a Sultano Alp-Arſlano, filio Davudi, Selgukida, apud cuius patruelem et deceſſorem Togrulbecum Veziri munere quondam functus fuerat. Effectum id fuit ſtudio et delatione Nattam el-Molki, qui Alp-Arſlani Vezirus erat. Primum quidem tantum apud Marverrudam cuſtodia tenebatur, poſt annum autem in captivitate exactum obtruncabatur gladio a duobus praetorianis, quos ipſi princeps immiſerat. Ante vero quam ſubiret ſupplicium, domi ſuae ſuis valedicebat, precibusque peroratis, cum gemina corporis inclinatione,* avulſam extremae ſuae manicae laciniam ipſe ſuis oculis praeligabat. Praeter caput et penem cetera penes patrem eius Condarae humata fuerunt. Exſectus enim dudum erat; quam ſibi ſua culpa cladem conſciverat. Togrulbec nempe ipſum olim ad pulchram aliquam feminam ablegaverat, ut eam ipſi coniugem conciliaret. Is autem ipſe illam in matrimonium ducebat. Quare Togrulbec eum ea parte multabat, qua peccaverat. Solebat hic Amid el-Molk diris convitiis Schafiaeum inſectari, adeo ut quum aliquando precibus a Togrulbeco impetraſſet, ut Rafeditae [haeretici] per Chóraſanae templa diris devoverentur: [quod a principe Sunnita facile impetraverat,] iam animis ſuis gratificari avens et altius adſpirans, non iuſſus, et inſcio domino, per

* Vid. ſimile exemplum ſupra ad ann. 448. p. 157.

واضاف اليهم الاشعرية ، فانف من ذلك ايمة خراسان منهم ابو القسم القشيري وابو المعالي الجويني e واقام بمكة اربع سنين ولذلك لقب امام الحرمين ، ومن العجب ان ذكر عميد الملك ومخاصيه دفن بخوارزم لما خصي ودمه سفح بمرو وجسده دفن بكندر وراسه ما عدا قحفه دفن بنيسابور ونقل قحفه الي كرمان لان نظام الملك كان هناك *

وفيها ملك الب ارسلان قلعة ختلان ، ثم سار الي هرام فحاصر عمه يبغون f بن ميكايل بن سلجوق بها وملكها واخرج عمه ثم احسن اليه واكرمه ، ثم سار الي صغانيان فملكها ايضا بالسيف ، وكان اسم صاحبها موسي فاخذ اسيرا *

وفي هذه السنة امر الب ارسلان بعود بنت الخليفة القايم الي بغداد ، وكانت قد سارت الي طغرلبك الي الري بغير رضي الخليفة *

وفيها عصي قطلومش وهو من السلجوقية ايضا علي الب ارسلان ، فارسل اليه ونهاه عن ذلك وعرّفه انه يرعي له القرابة والرحم ، فلم يلتفت قطلومش الي ذلك ، فسار اليه الب ارسلان الي قرب الري والتقي العسكران فاقتتلوا وانهزم عسكر قطلومش فهرب الي جهة قلعة كردكوه ، فلما

a) مالكا Forte مالكا لها aut مالكها aut وملكها
b) مرو مروذ C. L. من ورن
c) فدخل nempe الي بيتنه
d) فامر له Forte فاذن له
e) الجويني Vide num hic desit الذي هرب واقام
f) يبغون Alias semper يبغو aut يبعوا

per eam occaſionem ipſos impeteret recte ſentientes, et Aſchariticorum quoque nomen dirarum formulae inſereret. Quam contumeliam indignabantur Imami Choraſanenſes, qui tum florebant, ut Abu'l-Caſem Caſchirenſis, et Abu'l-Maali Govainenſis; qui poſterior ideo quatuor per annos Meccam ſecedebat, unde quoque titulum Imami 'l-Haramain [ſeu antiſtitis utriusque ſacrarii, Meccae nimirum et Medinae] adeptus fuit. Membra viri, de quo narrare inſtituebamus, Amid el-Molk, mirum in modum disiecta fuere. Penis enim eius teſticulique in Chovarezmia tumulabantur, quum ibi virum amitteret. Marvae, in Choraſana, cum ſanguine animam effundebat, corpus Condarae, quod modo dicebamus, humatum eſt, Niſaburae [ubi Alp-Arſlan reſidebat] caput, praeter calvariam; haec enim in Kermanam migrabat, ubi Nattam el-Molk, adverſarius eius, verſabatur.

Eodem potiebatur Alp-Arſlan arce Chottalan. Haramae (150) poſtea ſuum patruum, Iabgu, filium Michaëlis, filii Selguki, obſidebat, eamque pariter nactus Iabguo adimebat: patruum nihilominus benigne honorificeque habebat. Saganianam porro invadebat, armataque manu capiebat, una cum eius domino, cui nomen erat Muſa.

Eodem anno iubebat Alp-Arſlan filiam Caiemi Bagdadum redire. Invito enim illa patre Raiam, ad Togulbecum, ſe contulerat.

Eodem parere Alp-Arſlano negabat Selgukida quidam, eius proximus affinis, Cotlumiſch (151); quem Alp-Arſlan in viam revocare volens ab errore, amiceque componere diſſidia, primum per oratores officii admonebat, ſpondebatque praeteritis veniam, arctaeque affinitatis rationem habendam; quum autem Cotlumiſch ea omnia ſperneret, neceſſe iam erat Alp-Arſlano bellum inſtruere, et adverſus contumacem promovere. Concurrebant partes apud Raiam, cadebat pugna Cotlumiſchi exercitus, fugaque ſe verſus arcem Kerdcuh recipiebat, ipſe autem



Digitized by Google

فلما انقضي القتال وجد قطلومش ميتا ، قيل انه مات من الخوف ، فعظم موته علي الب ارسلان وبكي عليه وقعد للعزاء وعظم عليه فقده ، فسلاه نظام الملك ، ودخل الب ارسلان مدينة الري في اخر المحرم من هذه السنة ، وهذا قطلومش السلجوقي هو جدّ الملوك اصحاب قونية واقصرا وملطية الي ان استولي التتر علي مملكتهم علي ما سنذكره ان شاء الله تعالي ، وكان قطلومش مع انه رجل تركي عارفا بعلم النجوم وقد اتقنه *

وفيها شاع ببغداد والعراق وخوزستان وكثير من البلاد ان جماعة من الاكراد خرجوا يتصيدون فراوا في البرية خيما سودا وسمعوا منها لطما شديدا وعويلا كثيرا وقايلا يقول قد مات سيدوك ملك الجن واي بلد لم يلطم اهله قلع اصله ، فصدّق ذلك ضعفاء العقول من الرجال والنساء حتي خرجوا الي المقابر يلطمن وخرج الرجال من سفلة الناس يفعلون ذلك ، قال ابن الاثير ولقد جري (ونحن في الموصل وغيرها من تلك البلاد) في سنة ستماية مثل هذا ، وهو ان الناس اصابهم وجع كثير في حلوقهم ، فشاع ان امراة من الجنّ يقال لها ام عنقود مات لها ابنها عنقود وكل من لم يعمل ماتما g اصابه

g) ماتما *epulum funebre.* Vel *conventus ad planctum.* In genere eft conventus hominum omnium, et in fpecie mulierum, tam ad laetum, quam ad triftem cafum. Primariam enim fignificationem verbi أتم ponunt philologi Arabes in *aggregatione.*

Digitized by Google

dux poſt diſcuſſum conflictum mortuus reperiebatur. Sunt tamen qui metus vehementiam perhibent ipſum integra cute exanimaſſe. Alp-Arſlanum ea mors adeo afflixit, ut hoſtem proſtratum lacrymis proſequeretur, ideoque conſolantes admitteret, publice pro more praeſidens. Moerorem eius maxime Nattam el-Molk, Vezirus, ſermonibus mitigabat. Alp-Arſlan itaque menſe primo huius anni exeunte intrabat Raiiam. Ab eo Cotlumiſcho propagati ſunt Selgukidae principes, qui Cuniae [ſeu Iconii], Acſarae, Malatiae [verbo, per Aſiam minorem] deinceps regnarunt, donec Tatari dominationem eorum deſtruerent, quod ſuo loco fuſius exſequemur. Vtut Turca eſſet hic Cotlumiſch, aſtronomiae tamen erat peritiſſimus [contra morem ſuae gentis, quae plerumque et rudis eſt litterarum, et omnem ingenii cultum odit].

Eodem percrebruit per Bagdadum, et Iracam, et Chureſtanam, aliasque plures provincias rumor, Curdos quosdam, venatum egreſſos in Beriam [ſeu Campaniam deſertam], ibi vidiſſe nigra [qualia ſunt Scenitarum Arabum] tentoria, indeque audiviſſe ingentem planctum, et eiulatum, vocemque proclamantis (152): "Mortui ſunt magnates tui, o rex geniorum; quos quaecunque urbs aut regio luctu planctuque non proſequatur, illa funditus evertetur!" Huic rumori fidem adhibebant animo imbecilli homines utriusque ſexus, ita ut non feminae tantum fere omnes gregatim ad publica polyandria ſtatis temporibus procederent, faciemque ſibi et pectus certatim ibi plangerent, luctum ſuum monſtraturae, ſed et viri de plebis ultima faece idem facerent. Ibn el-Atir, e quo transtulimus hanc hiſtoriolam, caſum refert, ab iſto ſuperiore non multum abludentem, cui ipſe, quum anno DC Mauſelae degeret, interfuerit. Anginam nempe epidemicam eo tempore in humanam genus invaſiſſe; cuius de cauſſa et occaſione fabella haec in vulgus dimanarit: nymphae cuidam, Omm [ſeu matri] Onkudi dictae, filium ſuum, Onku-



Digitized by Google

اصابه مثل هذا المرض ، فكان النساء واوباش *h* الناس يلطمون علي عنغون ويقولون يامّ عنغون اعذرينا قد مات عنغون وما ربينا ، وانما وزّدنا هذا لان رعاع الناس الي يومنا هذا (وهو سنة سبعماية وخمس عشرة) يقولون ام عنغون وحديثها ليعلم تاريخ هذا الهذيان متي كان ❊

وفيها توفي علي بن برهان الاسدي النحوي المتكلم وكان له اختيار في الفقه وكان يمشي في الاسواق عاري *i* الراس ولم يقبل من احد شيا ، وكان يميل الي مذهب مرجية المعتزلة ويعتقد ان الكفار لا يخلدون في النار ، وكان قد جاوز ثمانين سنة ❊

ثم دخلت سنة سبع وخمسين واربعماية ، فيها عبر الب ارسلان جيحون وسار الي جند وصبران وهما عند بخارا وقبر جده سلجوق بجند ، فخرج صاحب جند الي طاعته فاقرّه علي مكانه ووصل الي كركنج خوارزم وسار منها الي مرو ❊

وفيها

*h*) اوباش *miſcellanei* hominum , faex plebis. Paſſim ea voce utitur Arabſcha in hiſt. Tamerl. ut pag. 4. antep. uti et altera ſynonyma رعاع pag. 19 lin. 4. ubi legendum رعاع الناس والمداره "viles hominum et princeps."

*i*) عاري deerat in cod. L. Poterat quoque legi مكشوف

Digitized by Google

dum (153) periiſſe, et quisquis [in honorem huius Palaemonis, et conſolationem matris eius] ſilicernium (154) non inſtruat, eum nullo modo immunem ab angina fore. Ideo feminas virorumque proletarios planctum inſtituiſſe, per quem dicerent vociferantes: "O mater Onkudi, excuſatos quaeſo nos habeto, nolitoque grave tua cum ira in nos deſaevire. Mortuus omnino erat Oncud, tuus filius, [fueratque noſtrum officium, eius manibus planctum facere feralesque epulas apponere]. Sed nunc demum, neque citius, ille triſtis caſus ad notitiam noſtram pervenit." Haec narrat Ibn el-Atir, e quo huc transferre nobis placuit, non ideo quidem, quod merebantur hae nugae ad poſteritatem per annales propagari, ſed ne ignoraretur origo et natalis quaſi epocha nugamenti, quod hodienum, quo tempore nos haec ſcribimus, id eſt anno DCCXV in circulis ſtolidae plebis fervet. (155)

Eodem obiit octuagenario maior Ali, filius Borhani Aſadita, grammaticus, dialecticus, qui in ſua Fikha non unius magiſtri iurabat in verba, ſed variarum ſectarum ſententias ex arbitrio delectos ſequebatur. In foris et plateis nudo capite (156) ſolebat ambulare, neque quidquam a quoquam [in ſtipem] accipere. Propendebat in eorum ſectam, qui Motazalitas inter Morgii dicuntur, credebatque proinde infideles in aeterno igne aeternum haeſuros non eſſe.

Anno CCCCLVII [qui die 12 Decbr. A. C. 1064 coepit] traiiciebat Alp-Arſlan e Choraſana Gihunum [ſeu Oxum] fluvium, Gandamque adibat et Sabranam, duas urbes Bocharae vicinas; quarum in illa, Ganda, Selguk, eius avus humatus erat. Gandae, qui tum erat dominus, quum adventanti obviam egrederetur, et obſequium deferret, confirmabatur in provincia. Alp-Arſlan inde Corcangam Chovarezmiae pergebat, et inde [rurſus] Marvan in Choraſana.



Digitized by Google

وفيها ابتدي نظام الملك بعمارة المدرسة النظامية ببغداد ۞ .

ثم دخلت سنة ثمان وخمسين واربعماية ، فيها اقطع الب ارسلان شرف الدولة مسلم بن قريش بن بدران بن المقلد بن المسيب صاحب الموصل الانبار وتكريت ،

وفيها توفي ابو بكر احمد بن الحسين بن علي البيهقي الخسروجردي k) وكان اماما في الحديث والفقه علي مذهب الشافعي وكان زاهدا ، ومات بنيسابور ونقل الي بيهق ، وبيهق قري مجتمعة بنواحي نيسابور علي عشرين فرسخا منها ، وكان البيهقي من خسروجرد وهي قرية من بيهق ، وكان البيهقي اوحد زمانه رحل في طلب الحديث الي العراق والجبال والحجاز وصنّف شيا كثيرا ، وهو اول من جمع نصوص l) الشافعي في عشر مجلدات ، ومن مشهور مصنفاته السنن الكبير والسنن الصغير ودلايل النبوة ، وكان قانعا من الدنيا بالقليل ، ومولده في شعبان سنة اربع وثمانين وثلثماية ، وقال امام الحرمين في حقّه ما من شافعي المذهب الّا وللشافعي عليه منّة الّا احمد البيهقي فان له علي الشافعي منة ، فانه كان اكثر نصرًا لمذهب الشافعي ۞

وفيها

k) الخسروجردي C. L. الحروحردي

l) نصوص *sanctiones.* Ita apud Harir. conf. XV.

Eodem instituebat Nattam el-Molk Bagdadi Madrasam [seu collegium] condere, quod de ipso Nattamicum appellatum fuit.

Anno CCCCLVIII [qui 2. die Dec. A. C. 1065 coepit] assignabat Alp-Arslan Mauselae domino Anbaram et Tacritam in feudum. Erat ille Scharf-ed-daula, filius Coraischi, filii Badrani, filii Mocalledi, filii Mosaiiebi, Ocailita.

Eodem obiit Abu-Becr Ahmed, filius Hosaini, filii Alii, vulgo sub Baihakensis nomine notus. Baihac nomen est non unius urbis, sed alicuius urbium et pagorum quasi corporis, in quibus unum aliquod oppidum est Chosrugerd, e quo noster ortus erat; unde etiam Chosrugerdensis appellatur. Est Baihac in Chorasana versus Nisaburam, a qua viginti parasangas abest. Vnde factum quoque fuit, ut cadaver eius e Nisabura, ubi obiit, ad Baihacam transferretur, ibique terrae mandaretur. Celeber hic est Imamus in theologia traditionaria et ea Fikha, quae secundum mentem Schafiaei decernit. Claruit etiam a vitae sanctimonia, deliciarum abstemius, et modico necessitatum usu contentus. Erat phoenix sui Saeculi. Longa susceperat itinera studio traditionum, in Gebal [seu regionem montanam] in Iracam, in Hegazum; unde copia rerum ipsi crevit elegantium, quas multis in libris exposuit. Hic primus in decem volumina collegit Schafiaei Nosus [vel sanctiones]. Libros eius inter celebriores habentur es-Sonan el-cabir [seu Sonna maior] et es-Sonan es-sagir [seu Sonna minor] et Dalaiel en-nabuva [seu argumenta et demonstrationes veritatis propheticae Muhammedis, eiusque divinae legationis]. Imam el-Haramain Govainensis hoc de nostro ferebat iudicium. Non esse Schafeïticum, aiebat, qui beneficium a Schafiaeo, sectae conditore, non acceperit, cuius illi remunerationem debeat, praeter solum Ahmedem Baihakensem; qui de beneficiis a se in Schafiaeum collatis gloriari possit. Nam ipsum plus, quam ceteri omnes eius institutionis fecerint, sectam Schafiaei ornasse et asseruisse. Natus fuerat a. CCCLXXXIV mense octavo.

Eodem

Digitized by Google

وفيها توفي ابو يعلي محمد بن الحسين بن الحسن بن الفرا الحنبلي وعنه انتشر مذهب احمد بن حنبل وهو مصنف كتاب الصفات اتي فيه بكل عجيبة وترتيب ابوابه يدلّ علي التجسيم المحض ، وكان ابن التميمي الحنبلي يقول لقد خري ابو يعلي ابن الغراء علي الحنابلة خرية لا يغسلها الماء *

وفيها توفي الحافظ ابو الحسن علي بن اسماعيل المعروف بابن سيّدة المرسي وكان اماما في اللغة صنف فيها المحكم وهو كتاب مشهور وله غيره عدة مصنفات ، وكان ضريرا وتوفي بدانيه من شرق الاندلس وعمره نحو ستين سنة *

ثم دخلت سنة تسع وخمسين واربعماية ، فيها في ذي القعدة فرغت عمارة المدرسة النظامية وتقرّر التدريس بها للشيخ ابي اسحق الشيرازي واجتمع m الناس فتاخّر ابو اسحق عن الحضور لانه سمع سوادا n ان ارض المدرسة مغصوبة ، فلما تاخّر القي الدرس فيها الي يوسف بن الصبّاغ صاحب كتاب الشامل مدة عشرين يوما ، ثم

m) واجتمع C. L. واجمع

n) سوادا Vox in hodierna lingua Arabica perrara, ubi سواد *corpus, personam, nigredinem* designat: hoc sensu autem, quo apud nostrum h. l. adhibetur, *mussitandi*, desumta videtur ex historia aliqua filiae Chassi, quam Commentator Ibn-Zaiduni et Meidanius narrant, posterior his verbis: قرب الوساد وطول السواد ، يضرب للامر الذي يلقي الرجال فيما يكره ، وقيل لابنة الخس لم زينت وانت سيدة قومك ، فقالت هذه المقالة ، وقال بعض العلماء لو اتمّت الشرح لقالت قرب الوساد وطول السواد وحب السفاد ، والسواد المسارة وهو قرب السواد من السواد اي الشخص من الشخص ،

Digitized by Google

Eodem obiit Abu-Iaala Muhammed (157), filius Hofaini, filii Hafani, vulgo Ibn el-Farraï [feu filius pellicarii] dictus, doctor Hanbaliticus, cuius opera magnam famam et incrementa coepit doctrina fectaque Ahmedis Hanbalitae. Auctor is eft Kitab es-Sefat (158) [feu libri de divinis attributis] operis admirabilis, quo, quantum valeat humanum ingenium, oftendit. Capitum eius difpofitio merum fpirat Tagfimum [f. σωματισμον, ex mente Hanbaliticorum, qui, quae in Corano de deo corporea praedicantur, ad litteram accipiunt]. Solebat Ibn-et-Tamimi Hanbalita dicere, Ibn-el-Farraum ita concacaffe fectae fuae focios, ut aqua nulla fordes illas unquam poffit eluere.

Eodem obiit Hafet Abu'l-Hafan Ali, filius Ifmaëlis, vulgo nomine Ibn-es-Saiieda [feu filius dominae (159)] notus, Murcia oriundus, [urbe Hifpana,] princeps in Arabicae linguae peritia, quod teftatur celeber eius liber, Mohcam [feu ἡ απηκριβωμενη in hoc litterarum genere]. Libros eiusdem ceteros numero plures praetereo. Coecus fuit. Obiit Daniae [feu Deniae], quae ipfa quoque urbs eft Hifpaniae orientalis, anno aetatis propemodum fexagefimo.

Anno CCCCLIX [qui die 21 Novbr. A. C. 1066 coepit] idque menfe penultimo coronis impofita fuit collegio Nattamico Bagdadi, primusque in eo doctor, qui praelegeret, conftituebatur Schaich Abu-Ishac Schirazenus. Ad cuius lectiones accipiendas iam confluxerant auditores: at doctor ceffabat. Audiverat nempe clandeftinos quorundam fufurros, fundum, cui fuperftructum fuerat collegium, priftinis poffefforibus extortum invitis fuiffe [quapropter fibi nefas reputatabat effe in abominabile aedificio facras litteras profiteri]. Illo itaque ceffante, mandabatur docendi munus Iofefo Ibn-es-Sabbag [feu filio tinctoris, vulgo fic appellato], auctori libri Schamel [feu της καθολικης], qui etiam id per viginti dies adminiftrabat. Interea machinas omnes admovebant Abu-Ishaco, quo eum ad capeffendum fuum



Digitized by Google

ثم اجتهدوا بابني اسحق ولم يزالوا به حتي درس فيها ✡

ثم دخلت سنة ستين واربعماية ، فيها كانت بفلسطين ومصر زلزلة شديدة حتي طلع الماء من روس الابار وهلك من الردم o عالم عظيم وزال البحر عن الساحل مسيرة يوم فنزل الناس في ارضه يلتقطون فرجع الماء عليهم واهلك خلقا كثيرا ✡

وفيها توفي الشيخ ابو منصور عبد الملك بن يوسف وكان من اعيان الزمان ✡

ثم دخلت سنة احدي وستين واربعماية ، فيها احرق جامع دمشق بسبب فتنة وقعت بين المغاربة والمشارقة ، فضربت دار مجاورة للجامع بالنار فاتّصلت النار بالجامع وعجز الناس عن اطفايها فاتي الحريق علي الجامع فدثرت p محاسنه وزال ما كان فيه من الاعمال النفيسة ✡

ثم دخلت سنة اثنين وستين واربعماية ، فيها كان بمصر غلاء شديد حتي اكل الناس بعضهم بعضا وانتزح منها من قدر علي الانتزاح ، واحتاج خليفة مصر المستنصر العلوي الي اخراج الالات وبيعها ، فاخرج من خزانته ثمانين الف قطعة بلور كبار وخمسا وسبعين الف قطعة من الديباج واحد

o) الردم *ruinae.* Non exſtat in Lexico Goliano ſignificatio verbi ردم, qua *conterere, comminuere* notat, neque uſus VIII coniugationis, ارتدم

munus compellerent, neque ſollicitare deſinebant, donec, victus precibus, inciperet praelegere.

Anno CCCCLX [qui die 10 Nov. A.C. 1067 coepit] tantus quaſſabat Palaeſtinam Aegyptumque terrae motus, ut, ne dicam de hominum ingente numero ruinis oppreſſorum, aqua de infimis fontium receſſibus excuſſa ſurſum exſiliret, oceanusque a noto litore per diurnum iter recederet; quod aliquibus haud ſatis cautis imponebat, ut fundo merſa, quae videbant, colligerent. Sed ſubito recurrens gurges obrutos innumerabiles hauriebat.

Eodem obiit Schaich Abu-Manſur Abd-el-Malek, filius Ioſephi, vir inter praecipuos ſui temporis.

Anno CCCCLXI [qui die 30 Octobr. A.C. 1068 coepit] conflagrabat [celebre illud magnificumque Ommiadarum opus] cathedrale templum Damaſcenum, per ſeditionem inter occidentales [hoc eſt Aegyptios ceterosque iis adiunctos Africanos] et orientales [ſeu Syros] Damaſci obortam [quorum illi pro rapienda ſumma poteſtate et introducendo Schiiſmo ſuo, hi pro tuenda libertate fideque ſua Sunnitica, iam a longo tempore concertabant]. Corripuerat nempe per iſtos tumultus domum templo vicinam iniecta flamma, quae latius deinde ſerpens tanta templum invadebat cum violentia, ut humana omni ope allata potior, orientalis mundi miraculum, cum tot mirabilibus tantique pretii operibus deleret.

Anno CCCCLXII [qui die 19 Octobr. A.C. 1069 coepit] tanta Miſrae fuit annonae caritas (160), ut homines ab humana carne ſe non abſtinerent, ſaevo famis ſtimulo, et, quotcunque poſſent, emigrarent. Ipſe Chalifa, Moſtanſer, Alida, eo adigebatur anguſtiarum, ut recluſis gazis ſuis magnam ſuae ſupellectilis partem venderet. Nam octoginta millia beryllorum primae formae diſtrahebat, et ſeptuaginta quinque millia pannorum



Digitized by Google

واحد عشر الف كزغند وعشرين الف سيف محلي ، ووصل من ذلك مع التجار الي بغداد ❊

ثم دخلت سنة ثلثة وستين واربعماية ، فيها قطع محمود بن نصر بن صالح بن مرداس صاحب حلب خطبة المستنصر العلوي وخطب للقايم العباسي خليفة بغداد ❊

وفيها سار السلطان الب ارسلان الي ديار بكر فاتي صاحبها نصر بن احمد بن مروان الي طاعته وخدمته ، ثم سار الب ارسلان حتي نزل علي حلب ، فبذل صاحبها محمود بن نصر بن صالح بن مرداس له الطاعة بدون ان يطاء بساطه ، فلم يرض الب ارسلان بذلك ، فخرج محمود ووالدته ليلا ودخلا علي السلطان الب ارسلان ، فاحسن اليهما واقرّ محمودا علي مكانه بحلب ❊

وفيها سار ملك الروم ارمانوس بجموع عظيمة من انواع الروم والروس والجركس وغيرهم حتي وصل ملازكرد ، فسار اليه الب ارسلان وسال الهدنة من ملك الروم ، فامتنع ، واقتتل الجمعان ، فولي الروم منهزمين وقتل منهم ما لا يحصي واخذ

ارتدم *sese tritis, comminutis, laceris vestibus involvere,* pannucias corpore gerere. Div. Hudeil. ارتدام الخلق المخلوف *induitio tritae vestis et resartae,* ubi Schol. الارتدام لبس الخلقان قد ارتدم اذا لبس الخلق والمخلوف الثوب الذي ذهب وسطه وبلي

*p*) قدثرت *sic peribant, evanescebant, obliterabantur.* Verbum de fluviis, quorum alvei evanuerunt oppleti, usurpatum ab Abulfaragio p. 319 fin.

Gorair

fericorum auro intertextorum, undecim millia Kezagendas,* et vicies mille acinaces auro gemmisque ornatos. Quorum multa, [quae summa calamitatis erat,] Bagdadum per mercatores venerunt, et Alidarum istorum iuratis hostibus, Chalifis Abbasidis, argumentum laetitiae dederunt. De afflictionis huius caussa dicemus ad an. CCCCLXV.

Anno CCCCLXIII [qui die Octobr. 8. A. Chr. 1070 coepit] abrumpebat Halebi dominus, Mahmud, filius Nasri, filii Salehi, filii Mardasi, quam hactenus isti modo dicto Alidae, Mostansero, praestiterat, clientelae professionem, et ex adverso Bagdadicum Chalifam, Caiemum, publice dominum agnoscebat.

Eodem excurrebat Alp-Arslan in Diar-Becr, cuius provinciae dominus, Nasr (161), filius Ahmedis, filii Marvani, obviam ipsi progressus obsequium et servitia deferebat. Inde pergebat Sultanus Halebum, cuius dominus, Mahmud (162) Mardasides, quem modo nominabamus, se pariter quoque submittebat, omniaque praestiturum clientis officia pollicitus, eam solam deprecabatur conditionem, ne sibi necessitas imponeretur Sultani tapetem calcare. (163) Nolente autem Sultano conditionem audire, egrediebatur Mahmud ad eum de nocte, una cum matre sua. (164) Quos ambo benigne accipiebat Sultanus, et remittebat, Mahmudumque in Halebense principatu confirmabat.

Eodem invadebat Romanorum imperator, Romanus, Malazcardam, ingentibus cum copiis miscellaneis tam Romanis, quam Russis et Gercasensibus [vel Circassis], et aliis. Cui Alp-Arslan obviam egressus pacis conditiones offerebat. Illo autem eas recusante, res ad praelii discrimen perveniebat, quo Romani fusi fugatique fuerunt et innumerabilem in caesis iacturam

 passi,

* Sunt loricae sine ferro, multo cotto seu gossypio infarctae, quibus in bello uti solent.

Digitized by Google

واخذ الملك ارمانوس اسيرا ، فشط الب ارسلان عليه شروطا من
حمل المال والاسري والهدنة ، فاجاب ارمانوس اليها ، فاطلقه الب
ارسلان وحمله الي مامنه *

وفيها قصد يوسف q بن ابق الخوارزمي وهو من امرا
ملكشاه بن الب ارسلان الشام وفتح مدينة الرملة وبيت المقدس
واخذهما من نواب الخليفة المستنصر صاحب مصر ثم حصر دمشق
وضيّق علي اهلها فلم يملكها *

وفيها تُوفي ابو القسم عبد الرحمن بن احمد الفوراني r الفقيه
الشافعي مصنف كتاب الابانه وغيره *

وفيها توفي ابو الوليد احمد بن عبد الله بن احمد بن
غالب بن زيدون الاندلسي القرطبي ، وكان من ابناء الفقهاء
بقرطبة ثم انتقل وخدم المعتضد بن عباد صاحب اشبيلية وصار
عنده وزيره ، ولابن زيدون المذكور الاشعار الفايقة ، منها ،

بيني وبينك ما لو شيت لم يضع سّر اذا ذاعت ، الاسرار
لم يذع ،

يا بايعا حظّه منّي ولو بذّلت لي الحياة بحظّي منه
لم ابع ،

يكفيك

Gorair habet جفن داثر *vagina obsoleta*, lacera, cuius pristinus ornatus disparuit.

q) يوسف Sic videbatur in cod. scriptum. Forte اتسز, aut اقسز, varie enim exaratur.

Digitized by Google

paſſi, imperator ipſe, Romanus, captus fuit. (165) Cui Alp-Arſlan conditiones de ſolvendis ſtatis tributis, dimittendisque Muſlemis captivis, et inducias imponebat. Quibus quum Romanus ſubſcripſiſſet, dimiſſus et in ſolum ſecurum delatus fuit.

Eodem contendebat in Syriam Ioſeph, filius Abeki Chovarezmicus, inter Emiros Malik Schahi, filii Alp-Arſlani, loco non poſtremus; armisque Ramlam et Bait el-Macdes [vel Hieroſolymam] praefectis extorquebat, qui eas nomine Chalifae Miſrenſis, Moſtanſeri, tenebant. Quo facto Damaſcum quoque dura obſidione in anguſtias cogebat, expugnare tamen non poterat.

Eodem obiit Abu'l-Caſem Abd-er-Rahman, filius Ahmedis, Gauranenſis (166), fakihus Schafeïticus, auctor Ketâb el-Ebânat [ſeu libri, quo capita theologiae Schafeiticae diſtincte perſpicueque traduntur] et aliorum.

Eodem obiit Abu'l-Valid Ahmed, filius Abdallae, filii Ahmedis, filii Galebi, filii Zaiduni, [de quo avo ſolet vulgo Ibn-Zaidun (167) appellari] Andaluſenus, Cortobenſis, cuius maiores illa in urbe, Cortoba, fakihi fuerant; ipſe tamen in aula ſervitioque principis Hiſpalenſis, Motadedi* Ibn-Abbadi, vixit, et tandem eius Vezirus evaſit. Elegantia poëmata ſcripſit, quorum en ſpecimen:

Eſt me inter et te [alloquitur amatum] id, quod, ſi velles, non periret, ſecretum, quod, ſi alia omnia transſpirant, ſolum non transſpirat.

O tu, qui vendis portionem, quam de me habebas, [h. e. qui amare me deſinis, et me, totum tuum, alio novo amatore mutas], quum ego tamen portionem de te meam non vendam, ne quidem oblato vitae pretio.

Sufficere

* Rectius Motamedi.

يكفيك انك لو حمّلت قلبي مـا لـم يستطعه قلوب الـنـاس يـسـتـطـع ،

تِه احتمل ، واستطل اصبر ، وعزّ اهن ، وولّ اقبل ، وقل اسمع ، ومـر اطـع *

ومن قصايده المشهورة القصيدة النونية التي منها ،

تكاد حين تـنـاجـيـكم ضمايرنـا يقضي عـلـيـهـا *t* الاسي لو لا تـاسّـيـنـا *

وفيها في ذي الحجة توفي ببغداد الخطيب ابو بكر احمد بن علي بن ثابت البغدادي صاحب المصنفات الكثيرة وكان امام الدنيا في زمانه وممّن حمل جنازته الشيخ ابو اسحق الشيرازي ، وصنف تاريخ بغداد الذي نبّي عن اطّلاع عـظـيـم ، وكان من الحفاظ المتجرين *v* ، وكان فقيها فغلب عليه الحديث والتاريخ ، ومولده في جمادي الاخرة سنة اثنين وتسعين وثلثماية ، وكان الخطيب المذكور في وقته حافظ الشرق وابو عمرو يوسف بن عبد البـرّ صاحب

*r*) الغوراني Sic quoque Herbelotus pag. 360. b. Cod. Leid. العورابي Hagi Chalifa حوراني

*s*) ذاعت *emanant.* Praefertim de aromatibus ufurpatur.

*t*) Formula قـضـي عـلـيـه pr. *finivit fuper ipfum,* notat *peremit eium.*

*v*) المتجرين *mercaturam exercentibus.* Sed verti, ac fi المتبحرين inveniffem in codice.

Digitized by Google

Sufficere tibi [in conſtantiae amoris mei argumentum] poterit, quod pectus meum, etiamſi onus ipſi impoſueris, cui ferendo cetera omnia aliorum hominum paria non ſunt, tamen ferat.

Exorbita, tolerabo: inſoleſce, patiar: durum et imperioſum te praebe, humilem me tractabilemque dabo: verte vultum, accedam: dic, audiam: iube, obediam.

De carminibus eius celebrioribus eſt illud ab ultima rhythmi littera Nun, Nunia (168) dictum; e quo depromtus hic verſiculus:

Parum abeſt quin aegritudo pectora noſtra conficiat et enecet, quando clandeſtino vobiſcum et muto ſermone colloquuntur, niſi ſolatium ab alienis ſimilis miſeriae exemplis caperemus.

Eodem obiit Chatib, [ſeu concionator] Bagdadicus, Abu-Becr Ahmed, filius Alii, f. Tabeti, Bagdadenſis origine, multorum librorum auctor. Erat ſui temporis Imam ed-Dunia [ſeu antiſtes totius orbis Muhammedani * magnaeque exiſtimationis, ut vel inde concludas, quod Abu-Ishac Schirazenſis, at quantus vir, eos inter fuerit, qui ſandapilam eius humeris extulerunt. Erat de genere Hafetorum, qui aſſiduitate uſi in ſcientiarum penetralia ſe abdiderunt. Fakihus etiam erat, [ſeu promotus in doctorem Iuris,] forum tamen non exercuit, ſed magis traditionum hiſtoriaeque ſtudio delectabatur. Quam vaſta eius lectio memoriaque fuerit, teſtatur ab eo profectum Tarich [ſeu chronicon] Bagdadi, et id, quod meruit Hafet es-Scharki appellari, [quaſi promum condum memoriae orientalis diceres] quo titulo diſtinguitur ab altero aequale, qui hoc ipſo quoque anno de-

* Poſſit quoque verti: *antiſtes rerum politicarum*, magis in civilibus quam in ſacris verſatus. Sed ſequentia videntur huic interpretationi adverſari.



Digitized by Google

صاحب الاستيعاب حافظ المغرب وماتا في هذه السنة رحمهما الله تعالي ، ولم يكن للخطيب عقب وصنف اكثر من ستين كتابا واوقف جميع كتبه ، واما ابن عبد البرّ المذكور فهو يوسف بن عبد الله بن محمد بن عبد البرّ بن عاصم النمري القرطبي كان امام وقته في الحديث والّف كتاب الاستيعاب في اسماء الصحابة وصنف كتاب التمهيد علي موطا مالك تصنيفا لم يسبق اليه وكتاب الدرر في المغازي والسير وغيرها ، وكان موفّقا في التاليف معانا عليه ، فرّ من قرطبة الي غرب الاندلس وتولّي قضاء اشبونه وشنترين وصنّف لمالكها المظفر بن الافطس كتاب بهجة المجالسين في ثلثة اسفار جمع فيه اشياء مستحسنة تصلح للمحاضرة ، وممّا ذكره في الكتاب المذكور اب النبي راي في منامه انه دخل الجنة وراي فيها عذقا *x* مدلّي *y* فاعجبه فقال لمن هو فقيل

*x*) عِذْقا *racemum dactylorum.* Per Kesre. Sed عَذق per Fatah *palmam* ipsam significat. Notat quoque superius *racemum uvarum.* Comparantur ipsi cinni crinium crisporum, ut in Hamasa minore:

قتلنا الحارث الوضاح منهم كان سواد لمتة العذوق ،

"Occidimus de ipsorum numero Haretum, illum candidum, cuius cincinni nigri videbantur [maturi] racemi [sive dactylorum, sive uvarum]."

Habet etiam Meidanius illud Motalammesi, quod ad hunc nostrum locum egregie facit:

كان علي انسايها عذق خصبة تدلي من الكافور غير مكمم ،

"Ac si esset super femoribus eius [describit camelum] racemus onustae fructibus palmae, qui dependent e suis involucris, non amplius tecti."

ubi exponit خصبة per النخلة الكثيرة الحمل .

Digitized by Google

deceſſit, Hafet el-Garbi [ſeu tereta occidentis, de quo ſtatim exponemus]. Natus noſter fuerat ſexto menſe anni CCCXCII. Quum prolem non relinqueret, libros ſuos omnes legavit.* Ipſe libros ſexaginta (169) compoſuit. Alter autem modo memoratus Hafet el-Garbi erat Abu-Amru Iuſef, fil. Abd el-Berri (170), ſic vulgo de avo dictus; nam pater eius fuerat Abdalla, filius Muhammedis, filii Abd el-Berri, filii Aſemi, tribu Arabum Nomairitarum, et civitate Cortoba oriundus. Imamus erat aetatis ſuae in traditionum negotio princeps, auctor Kitab el-eſtiab [ſeu libri exhauſtionis], quo nempe omnia, quae ad nomina fataque venerabilis collegii, ſodalitii Muhammedis, pertinent, attulit et exhauſit. Scripſit quoque Kitab et-tamhid [ſeu librum complanationis viae, vel depoſitionis fundamentorum], quo celebrem illum librum Maleki, filii Anaſi, Mauta dictum, expoſuit, quam ille primus operam ſuſcepit. Item Kitab ed-Dorar [ſeu librum unionum], ſelecta quaeque praeſtantem et excellentia dicta factaque, cum Muhammedis, tum primorum illorum, qui fidem armaque Saracenica per orbem terrarum circumtulerunt, ut alia praeclara huius ingenii monumenta praetermittam. Videtur certe divinus aliquis peculiaris favor ei ſcribenti adfuiſſe. Cortobam fuga deſerere coactus in occidentem Andaluſiae migrabat, Cadiique munus apud Oſchbunam [ſeu Vlyſſiponem] et Schantarinam capeſſebat, earumque domino, Modaffaro Ibn-al-Aftas, librum dedicabat, in eius gratiam concinnatum et Bahgat el-Mogaleſin inſcriptum [ſeu delectatio confabulantium], et tria implentem volumina, in quae congeſſit argumenta elegantiſſima, proborumque hominum colloquiis apta et condigna: quorum agedum afferamus aliqua ſpecimina. Refert itaque illo in libro, Muhammedem aliquando per inſomnium ſibi viſum fuiſſe, in paradiſo verſari, racemumque dactylorum (171) ibi videre, annonae pondere deorſum propendentem. Qua illum ubertate delectatum

 inter-

* Templo cuidam, aut collegio Bagdadico, ut credibile ſit.

Digitized by Google

فقيل لابي جهل ، فشقّ ذلك عليه فقال ما لابي جهل والجنة
لا يدخلها ابدا فلما اتاه عكرمة بن ابي جهل مسلما فرح به وتأوّل
ذلك العذق ابنه عكرمة * ومن ذلك ما روي * عن جعفر بن
محمد الصادق ان رسول الله راي كانّ كلبا ابقع يلغ a في دمه ،
فكان شمر بن ذي الجوشن وكان ابرص ففسّرت رؤياه بعد خمسين
سنة * ومنه ان النبي قال لابي بكر الصديق يابا بكر رايت كانّي
وانت نرقي في درجة فسبقتك بمرقاتين ونصف ، فقال ابو بكر
يقبضك الله الي رحمته واعيش بعدك سنتين ونصفا * ومنه ان
بعض اهل الشام قص علي عمر بن الخطاب قال رايت كانّ الشمس
والقمر اقتتلا ومع كل واحد منهما فريق من النجوم ، فقال عمر مع
ايهما كنت، قال مع القمر، قال مع الاية الممحوة، والله لا تولّيت
لي عملا ، فقتل الراي المذكور علي صفين وهو مع معاوية *
ومنه

y) مدلي *laxe propendentem.* Inhaeret verbo دلي notio *laxae et oscillantis propensionis.* Hinc dicitur de arboris ramis deorsum vergentibus, de situla, de mortuo, qui in puteum foveamque ope funium demittuntur. Egit iam de hoc verbo cel. Schultens ad Proverbia Salomonis p. 219 sqq. Iuvat tamen exempla quaedam addere. De arbore ramos deorsum promittente, et iaculante velut, atque in oscillum dante habet Divan Hudeil.

* تدلي عليه مي بشام وايكة نشاة فروع مرثعن الذوايب ،

"Promittunt sese super ipsum [rupicaprum] recentes rami Beschami [arbor odorata est, lentiscus] et Aika [virgulti genus est] laxe fusi comarum."

De situla simul et de mortuo, ambobus in puteum demissis, habet Meidanius in illo Hodaiae:

دلّياني

Digitized by Google

interrogaſſe, cuiusnam ſit ille racemus, et reſponſum tuliſſe: eum Abu-Geheli eſſe. Muhammedem id aegerrime tuliſſe, valdeque indignatum dixiſſe: Quid Abu-Gehelo cum paradiſo rei, quem nunquam intrabit? [Erat enim Abu-Gehel hoſtis Muhammedis, eiusque doctrinae acerrimus.] Verum quum paullo poſt oblatum illud inſomnium, Ecrema, filius Abu-Geheli, ad prophetam accederet, et in eius manus fidei Muſlemicae profeſſionem ederet, vehementer laetabatur propheta, et hunc Ecremam eſſe oſtenſum illum laetum racemum interpretabatur. Porro hanc refert oblatam prophetae viſionem ex fide Gafari, filii Muhammedis Sadeki. Videbat ille, ait, canem varii ex nigro et albo coloris, qui ſuum ſanguinem lingebat. Ille canis, addit, erat Schamr, filius Du-Gauſchani, percuſſor Hoſaini, lepra variegatus. (172) Itaque eventus interpretatus fuit poſt quinquaginta demum ab exceſſu prophetae annos viſionem eius. Etiam hoc inde petitum eſt: prophetam aliquando Abu-Becrum Sadikum his verbis compellaſſe: Apparuit mihi, quaſi nos ambo per ſcalam eſcenderemus; ego vero videbar mihi te duobus gradibus et medio antevertere. Ad haec Abu-Becrum reſpondiſſe: Inſomnium hoc ſignificat, fore, ut deus te in miſericordiam ſuam adſciſcat, ego vero tibi ſuperſtes remaneam duos per annos et dimidium. Addamus et hoc: Referebat aliquando Syrus aliquis Omaro, filio Chattabi, vidiſſe per inſomnium pugnantes ſolem et lunam: utrique adfuiſſe ſtellarum acies. Omarum tunc hominem interrogaſſe, quanam ipſe a parte ſteterit. Dixiſſe alterum, a lunae partibus ſtetiſſe. Ergo, reſpondiſſe Omarum, ab ea parte ſtetiſti, cui fatale eſt, ut pereat et deleatur. Per deum immortalem, ego te nulli, quaecunque tandem illa ſit, ſpartae admovebo. Hic idem homo, ſic ait auctor noſter, tempore poſt cadebat apud Saffain, in caſtris Moaviae militans, quippe cui Syri favebant. Idem quoque narrat, Aieſcham, Abu-Becri filiam, Muhammedis uxorem, vidiſſe per quietem

 tres

Digitized by Google

ومنه ان عايشة رات كانّ ثلاثة اقمار سقطن في حجرها ، فقال لها ابوها ابو بكر يدفن في بيتك ثلاثة من خيار اهل الارض ، فلما دفن النبي قال لها هذا احد اقمارك * ولغرابة ذلك اوردناه ، وتوفي الحافظ ابن عبد البر المذكور بمدينة شاطبة من الاندلس في هذه السنة (اعني سنة ثلاث وستين واربعماية) *

وفيها توفيت كريمة بنت احمد بن محمد المروزية وهي التي تروي *b* صحيح البخاري بمكة واليها انتهي علو الاسناد الصحيح *

ثم دخلت سنة اربع وستين واربعماية ، ذكر وفاة ابن عمار قاضي طرابلس ، وفي هذه السنة في رجب توفي القاضي ابو طالب بن عمار قاضي طرابلس وكان قد استولي عليها واستبدّ بامرها ، فقام مكانه ابن اخيه جلال الملك ابو الحسن بن عمار فضبط البلد احسن ضبط *

ثم دخلت سنة خمس وستين واربعماية ، ذكر مقتل السلطان الب ارسلان ، في هذه السنة سار السلطان الب ارسلان (واسمه محمد) الي وراء النهر وعقد علي جيحون جسرا وعبره في نيف وعشرين يوما وعسكره يزيد علي مايتي الف فارس ، ولما عبر السلطان الب ارسلان النهر مدّ سماطا في بليدة هناك يقال لها فربر وبتلك البليدة حصن علي شاطي جيحون ، فاحضر اليه مستحفظ ذلك الحصن ويقال له يوسف الخوارزمي مع غلامين يحفظانه ، وكان قد ارتكب جريمة في امر الحصن ، فامر السلطان ان تضرب له اربعة اوتاد ويشدّ

دلّياني في غبراء مظلمة كما تدلّي دلاة بين اشطان ،

"Demittite me [proprie facite me laxum dependere et velut oscillantem descendere] in furvam tenebricosam [foveam], quemadmodum demittitur situla inter funes." Clare

tres lunas, in conclave [vel finum] fuum delabentes. Id fomnium interpretatum eius patrem fic fuiffe; fore fcilicet, ut tres de mortalium optimis in eius conclave fint tumulandi; et, quum propheta vivis excederet, illum dixiffe fuae filiae: Haec eft prima luna de illis tuis tribus. Lector ignofcet nobis, quod praeter morem noftrum haec compendio huic hiftorico innectere voluimus; quo nos aliud nihil, quam narrationum lepos et raritas, invitavit. Ceterum obiit ille nofter Ibn-el-Berri in urbe Schatiba, hoc anno CCCCLXIII, ut diximus.

Eodem obiit Carima, filia Ahmedis, filii Muhammedis, Marvenfis, illa, quae Sahih [vel corpus traditionum] Bocharici publice recitavit et expofuit Meccae, et cuius nomen, feminae quamvis, meruit tamen in excelfas genuinarum traditionum catenas inferi. (173)

Anno CCCCLXIV [qui die 28 Sept. A. C. 1071 coepit] idque feptimo menfe obiit Cadi Abu-Taleb Ibn-Ammar, Cadi Tripoleos [in Syria], qui fuae urbis principatum rapuit, et, poft obitum, reliquit ex fratre nepoti, Gelal-el-Molco Abu'l-Hafano, Ibn-Amaro, qui etiam urbem egregia gubernatione continuit.

Anno CCCCLXV [qui die 16 Sept. A. C. 1072 coepit] peremtus eft Sultan Muhammed Alp-Arflan, die decimo quarti menfis, quod fic contigit. Die decimo fexto tertii menfis exierat [Marva, capitale Chorafanae], copiasque valde numerofas, ducenta millia equitum fuperantes, diebus plus viginti ultra Oxum ftructo ponte traiecerat, et iam finito traiectu inftituebat convivium in oppido Carir, quod in ulteriore fluvii ripa fitum erat. Habebat illud oppidum arcem, cuius praefectum, Iofephum Chovarezmicum dictum, coram fe adduci iubebat fub cuftodia duorum praetorianorum: crimen enim aliquod commiferat circa ipfam arcem curae fuae commiffam. Cuius in poenam

Digitized by Google

ويشدّ باطرافه اليها ، فقال له يوسف يا مخنث مثلي يقتل هذه القتلة فغضب السلطان واخذ القوس والنشاب وقال للغلامين خلّياه ، ورماه بسهم ، فاخطاه ولم يكن يخطي سهمه ، فوثب يوسف علي السلطان بسكين كانت له ، فقام السلطان عن السدة فوقع علي وجهه فضربه يوسف بالسكين ، ثم جرح شخصا اخر كان واقفا علي راس السلطان يقال له سعد الدولة ، ثم ضرب بعض الفراشين يوسف المذكور بمرزبة علي راسه فقتله ثم قطّعه الاتراك ، فقال السلطان وهو مجروح لما كان امس صعدت علي تل فارتجّت الارض تحتي من عظم الجيش ، فقلت في نفسي انا ملك الدنيا وما يقدر احد عليّ ، فعجّزني الله باضعف خلقه وانا استغفر الله واستقيله من ذلك الخاطر * وكان خرج ، السلطان في سادس عشر ربيع الاول وتوفي في عاشر ربيع الاخر من هذه السنة وعمره اربعين سنة وشهورا واياما ، واوصي بالسلطنة لابنه ملكشاه ، وكان في صحبته ، فحلف جميع العسكر لملكشاه واستقر في السلطنة ، وكان المستولي علي الامر نظام الدولة وزير

Clare patet hinc origo vocis دلو in fem. دلاة *ſitula*; proprie *oſcillans, laxe propendens.* Hinc in IV Coni. ادلي دلوه *propendere fecit ſuam propendentem,* eſt *proiecit in puteum ſitulam ſuam.* Conf. Sura XII. 19. Et quia Arabes ſitulae in puteum demiſſionem, pro ſymbolo neceſſitatis, quam aliquis confectam cupit et confectum it, habent, inde dicunt دلي به حاجته اليه *miſit, demiſit, proiecit, neceſſitatem ſuam ad eum cum iſto, tertio,* deprecatore et parario. Eſt in Hamaſa:

فقد جعلت إذا ما حاجتي نزلت بباب دارك ادلوها باقوام ،

"Saepe, quum neceſſitas mea me cogeret in foribus domus tuae deſcendere, proieci eam [verſus te] cum quibusdam."

ubi

nam Sultanus eum iubebat ad quatuor depactos humi palos e quatuor artubus alligari, eaque ratione fato suo [sagittis] exponi. Iosephus, audita sententia, indignabundus: Tune, aiebat, effeminate, mei similes ea morte tolles? Irritatus eo convitio imperator arcum et sagittas corripiebat, et imperabat praetorianis, ut secederent [ne scilicet in vitae periculum a telo forsan aberraturo incurrerent] hominemque solum destituerent. Quo facto sagittam explodebat imperator. Sed excidebat eo tempore meta, qui nunquam antea non recta feriret. Iosephus itaque mortis necessitate simul et mora efferatus, caroque sanguinem avens vendere, impetebat Sultanum cum cultro [vel sica], quam secum habebat. Surgebat Sultan a Sodda (174), furiosum declinaturus, sed caespitante trepido gressu pronus in terram concidebat, eoque percussori otium dabat ictum inferendi. Simul adstantem augusto capiti vulnerabat idem sicarius aliquem Saad-ed-daulam. Sed stratorum aliquis Iosephum clava in caput impacta [seu rabiosum canem] prosternebat, quem iacentem Turcae protinus minuta in frusta diribebant. Narrabat ab accepto vulnere animam agitans imperator, die proxime antegresso in collem ascendisse, ibique terram sensisse sub pedibus suis trementem a copiarum proficiscentium multitudine. Se tunc penes se ipse sibi plausisse, maximumque se regum salutasse, omnique insultu et discrimine superiorem reputasse. At deum se iam prostravisse, viriumque suarum sibi monstrasse imbecillitatem, per imbecillimum et vilissimum operum suorum. Rogare itaque deum velit peccato veniam indulgere, futilemque illam superbae mentis suggestionem, derepente sese temereque invito ingerentem, pro nulla habere. Post haec exspirabat quo tempore diximus. Exegerat ea aetate quadraginta annos, et aliquot menses atque dies. Sultanatum filio legabat, Malic Schaho, quem secum in castris habebat, qui etiam, legionibus in sacramentum adactis, imperium ordiebatur, sub inspectione Nattam-ed-

 daulae

وزير السلطان الب ارسلان * وعاد ملكشاه بالعسكر من بلاد ما وراء النهر الي خراسان وارسل الي بغداد والي الاطراف وخطب له فيها علي قاعدة ابيه الب ارسلان ، واستمر نظام الدولة علي وزارته ونفوذ امره ، ولما استقرّ ملك ملكشاه خرج عمه قاروت بك صاحب كرمان عن طاعته ، فسار اليه ، فالتقي الجمعان وانهزم عسكر قاروت بك واتي به الي ملكشاه اسيرا فامر به فخنق واقرّ كرمان علي اولاده ، ولما انتصر ملكشاه كثرت اذية العسكر للبلاد ، ففوّض ملكشاه الامور الي نظام الملك وحلف له وزاده من الاقطاعات علي ما كان بيده مواضع من جملتها مدينة طوس ولقبه القابا من جملتها اتابك واصله اطابك ومعناه الوالد الامير ، فاحسن نظام الملك السياسة والتدبير *

ذكر اخبار المستنصر العلوي خليفة مصر وقتل ناصر الدولة فنقول كانت قد استولت والدة المستنصر العلوي خليفة مصر علي الامور ، فضعف

اي اعتمدت لغيري في تنجز حاجتي واتسبب به ubi interpres واصون عن البذل عرضي Ab hac notione *verſus alterum proiicien-di, laxandi,* venit ea notio, qua تدلي ponitur pro *ſeſe applicuit, ap-propinquavit.* Vid. Sura LIII. 8. et qui eum locum retulit Ibn-Arab-ſcha in Hiſt. Tamerl. p. 88. lin. 4. niſi malimus dicere ل vicem τȣ ن ibi ſubiiſſe. Vſurpatur IV Coniug. ادلي ſimpliciter pro ادلي نفسه ut ſaepe ſic reperitur in iſta Coniugatione. ادلي بالحكم *demiſit ſe-metipſum in iudicium,* ſuſcepit in ſe perſonam iudicis, ſententiamque dicendam. Phraſis دلّاه بغرور *decepit eum* proprie eſt, *fecit eum pendere, oſcillare in deceptione.* Tandem III Coni. دالاه *leviter ali-quem tractavit* pr. eſt, دلي له العنان "laxavit ipſi, pendere ſivit ipſi habenam."

Digitized by Google

daulae* paterni quondam Veziri: at expeditio in Tranſoxanam inſtituta incaſſum ibat. Malicſchah enim copias in Choraſanam reducebat, et Bagdadum alioque provinciarum mittebat nuncios de novo ſuo Sultanatu et patris obitu. Et ibi quidem nemo erat, qui refragaretur, ſed omnes ipſi clientelam et obſequium, ut olim patri fecerant, ſpondebant et profitebantur. At Kermanae dominus, Carutbec, Malicſchahi patruus, parere detrectabat. Brevi tamen ille coactus in ordinem fuit. Malicſchahi enim copiae commiſſo praelio non tantum fundebant fugabantque adverſam partem, ſed ipſum quoque contumacem in vinculis ad Malicſchahum adducebant, qui eum in poteſtate nactus illico ſtrangulari iubebat, neque tamen eo magis Kermanae poſſeſſionem liberis eius adimebat. Compoſitis in hunc modum turbis, quum otiarentur milites, paſſim inſoleſcebant vexabantque provincias. Quare conſultum ducebat Malicſchah et huius et omnium omnino rerum curam Nattam el-Molco, viro prudenti uſuque ſubacto, committere. Ideoque paciſcebatur cum eo, iureiurando interpoſito, pluribusque illum praefecturis et ditionibus, pluribusque mactabat honorum titulis, quam ſub Alp-Arſlano habuerat. Vrbes inter, quas ipſi Malicſchah ad vitae dies addebat, erat una Tus, et inter novos titulos erat ille Atabeki, quae vox in Turcarum lingua patrem fidelem notat. Neque defuit Nattam el-Molk heri ſui exſpectationi et deſiderio, res imperii praeclare adminiſtrans.

Circa haec tempora non leve diſcrimen adibat, magnasque anguſtias, imperium auctoritasque Chalifarum Alidarum Miſrenſium, donec hoc anno, poſt ſublatum de medio tyrannum, qui poteſtatem ad ſe omnem pertraxerat, Naſer-ed-daulam puta, res eorum in melius redire inciperent. Turbis anſam et natales dederant haec. Mater Moſtanſeri, Chalifae, rerum adminiſtratio-

 nem

* Ita eſt in codice, ſi proba ſit lectio. Videtur idem eſſe, qui deinceps Nattam el-Molk conſtanter dicitur.

Digitized by Google

فضعف امر الدولة وصارت العبيد حزبا والاتراك حزبا وجرت بينهما حروب، وكان ناصر الدولة (وهو من احفاد ناصر الدولة بن حمدان) من اكبر قواد مصر والمشار اليه، فاجتمعت اليه الاتراك وجري بينهم وبين العبيد عدّة *d* وقعات وحصر ناصر الدولة مصر وقطع الميرة عنها برّا وبحرا فغلت الاسعار فيها وعدم ما كان بخزاين المستنصر حتي اخرج العروض كما تقدّم ذكره وعدم المتحصل بسبب انقطاع السبيل، ثم استولي ناصر الدولة علي مصر وانهزمت العبيد وتفرّقت في البلاد، واستبدّ ناصر الدولة بالحكم وقبض علي والدة المستنصر وصادرها بخمسين الف دينار وفرّق عن المستنصر اولاده واهله، وانقضت سنة اربع وستين وما قبلها بالفتن وبالغ ناصر الدولة باهانة المستنصر حتي بقي المستنصر يقعد علي حصير لا يقدر علي غير ذلك، وكان غرضه في ذلك ان يخطب للخليفة القايم العباسي، ففطن بفعله قايد كبير من الاتراك اسمه الدكز، فاتفق مع جماعة علي قتل ناصر الدولة وتصدوه في داره وخرج ناصر الدولة اليهم مطمينّا بقوته فضربوه بسيوفهم حتي قتلوه واخذوا *e* راسه، ثم قتلوا فخر العرب اخا ناصر الدولة وتتبّعوا جميع من بمصر من بني حمدان فقتلوهم

z) ما يروي addidi. Deerant in cod. L.

a) يلغ Verbum ولغ notat inserto in vas roſtro, et motitata lingua bibere, ut canis, lupus.

b) تروي Forte كانت تروي

e) خرج Forte خروج

Digitized by Google

nem in ſe derivaverat, nigris mancipiis, tanquam nervis et inſtrumentis ſuae voluntatis, uſa. Quo eviluerat auguſti auctoritas, et factiones atque pugnae mancipia inter et milites Turcas fuerant obortae: quorum hi ſuas in partes pertractum ſibi ducem praeficiebant Naſer-ed-daulam, aliquem de gente illius Naſer-ed-daulae, filii Hamdani, principis quondam Meſopotamiae, cuius in ſuperioribus frequentem mentionem fecimus. Iunior ille Naſer-ed-daula maximus magnatum aulae Miſrenſis erat, ad quem conſilia redibant omnia, et cuius arbitrium omnia moderabatur. Sub huius viri ducatu confligebant Turcae aliquoties cum mancipiis, ipſamque denique Miſram obſidebant tam arcte, ut, omne clauſo per terram, per mare, commeatus aditu, immani vaenirent vitae praeſidia, et Moſtanſeri aerarium exhauriretur ſupellectile diſtracta, quemadmodum ad ann. CCCCLXII narravimus. Naſer-ed-daula tandem adactam ad incitas Miſram annona prorſus exhauſta expugnabat, coniectique in fugam nigri quaquaverſum, dilapſi diſparebant. Quibus adverſariis amotis ille iam absque controverſia rerum arbiter, comprehenſam Moſtanſeri matrem quinquaginta millibus aureorum multabat, et liberos, uxoresque, ceteramque familiam Moſtanſeri procul ab eo arcebat, in diverſa quosque ſeorſim diſtractos; tandem et eo redigebat Chalifam humilitatis et inopiae, ut per longum tempus praeter ſtoream, cui inſideret, reliquum aliud haberet nihil. Tendebant haec omnia eo, ut, everſo Fatemidarum imperio, et exſtincto nomine, ipſe rerum potitus clientem ſe Chalifae Bagdadici, Caiemi, profiteretur. Verum magnus Turcarum aliquis dux, Ildûgûz, molimina illa ſubodoratus, conſpirabat cum aliis ſuis gentilibus adverſus Naſer-ed-daulam, cuius aedes iuncta manu adoriuntur. Quieto quidem animo Naſer adverſus factionem procedebat, potentiae ſuae confiſus: at conſpirati tamen eum gladiis confoſſum capite obtruncabant, unaque fratrem eius, Fachr el-Arab; et quotquot Miſrae deprehendebant



Digitized by Google

فقتلوهم عن اخرهم ، وكان قتلهم في هذه السنة (اعني خمس وستين) ، وبقي الامر مضطربا ، ولما كان سنة سبع وستين واربعماية ولّي الامر بمصر امير الجيوش بدر الجمالي وقتل الدكز والوزير ابن كدينة واستقامت الامور كما سنذكر ان شاء الله تعالي *

وفيها توفي الامام ابو القسم عبد الكريم بن هوازن بن عبد الملك القشيري *f* النيسابوري مصنّف الرسالة وغيرها ، وكان فقيها اصوليا مفسّرا كاتبا ذا فضايل جمّة ، وكان له فرس قد اهدي اليه ، فركبه عشرين سنة ، فلما مات الشيخ لم ياكل الفرس شيا ومات بعد اسبوع ، ومولده سنة ست وسبعين وثلثماية ، وكان اماما في علم التصوّف وقرا اصول الدين علي ابي بكر بن فورك وعلي ابي اسحق الاسفرايني ، وله تفسير حسن وله شعر حسن فمنه ،

اذا ساعدتك الحال فارقب زوالها فما هي الّا مثل حلبة اشطر *g* ،

وان قصدتك الحادثات ببوسها فوسّع لها صدر التجلّد واصبر *

وفيها

*d*) عدّة Cod. Leid. عنده

*e*) واخذوا Forte واحتزوا

*f*) Raud habet حوازن et القسيري

Hamdanidarum omnes ad ſupplicium rapiebant. Haec acta fuerunt hoc anno CCCCLXV. Quae autem paullo ante narrabamus de anguſtiis, in quas cum Miſra dominus eius inciderat, ea ad annum CCCCLXIV, et eo proxime priores, ſpectant. Nihilo magis tamen eo redibant ad liquidum turbida, donec anno CCCCLXVII Emir el-Goiuſch Bedr Gamalicus [ab antiquo hero Gemal-ed-dino ſic dictus] rerum curam in ſe ſuſcipiebat, peremtisque Ildügüzo et Ibn-Codaina, tum Veziro, quae divulſa fuerant hactenus, in priſtinnm ordinem redigebat, ut ſuo loco indicabimus.

Eodem obiit Imam Abu'l-Caſem Abd-el-Carim, filius Havazeni, filii Abd-el-Maleki, Caſchirenſis, Niſaburicus, auctor Reſalat, et aliorum librorum. Erat fakihus, oſulicus [ſeu fundamentalis vel dogmaticus], moſaſſer [exegeticus, vel artem callens Coranum interpretandi], cateb [ſcriba, vel auctor, ſtili pollens elegantia], aliisque multis egregiis dotibus praeditus. Offerebatur ipſi olim aliquando equus in donum, quo per viginti ultimos vitae annos vectus fuit. Ille equus, ut heri ſenſit obitum, animo deiecto, alimentum faſtidiens, neque ferens cari capitis deſiderium, poſt ſeptimanam periit. Natus fuerat anno CCCLXXVI. Imamus etiam erat in ſcientia Sufica [ſeu vitae contemplativae]. Oſul ed-din [ſeu radices aut fundamenta fidei, hoc eſt theologiam dogmaticam] acceperat ab Abu-Becro Ibn-Furac (175), et Abu-Ishaco Isfaraiinenſe. Commentarium in Coranum dedit elegantem; et ſimilia poëmata, quorum en ſpecimen:

Si fortunae laeta tibi ridet facies, adverſam praeſtolare: non enim ſecus agit, quam qui pecora mulget, alternatim ubera ſtringens.

Quod ſi viciſſim infauſtate fata urgeant, offer illis amplum pectus virilis conſtantiae, et tolera.

Eodem

Digitized by Google

وفيها توفي علي بن الحسين بن علي بن المفضّل الكاتب المعروف بصرّدر الشاعر المشهور، وكان ابوه يلقب بشحنة صرّبعر، فلما بلغ ولده المذكور واجاد في الشعر قيل له صرّدر، ومن جيّد شعره،

نسايل عن يمامة بحروي وبان ان الرسول يعلم ما عنينا ،
فقد كشف الغطاء ، فما نبالي اصرحنا بذكرك ام كنينا ،
الا لله طيف منك يسقي بكاسات الكرى زورا ومينا ،
مطيته طوال الليالي جفني فكيف يشكي اليك وجا واينا ،
فامسينا كانّا ما افترقنا واصبحنا كانّا ما التقينا ✡

ثم دخلت سنة ست وستين واربعماية ، وفيها زادت دجلة وجاءت السيول حتى غرق الجانب الشرقي وبعض الغربي ودخل الماء المنازل من فوق ونبع من البلاليع *h* ، وغرق من الجانب الغربي مقبرة احمد *i* ومشهد باب التبن وهلك في ذلك خلق كثير ✡

ثم

g) جلبة اشطر *mulſio dimidiarum* ad verbum. Nam اشطر eſt plural. a شطر pars dimidia. Eſt ea mulſio, qua binae papillae uteris camelini ſimul emulgentur et deinceps binae aliae. Talis mulſio ſymbolum eſt Arabibus alternantis fortunae rerum humanarum.

h) البلاليع Plural. a Sing. بلّوعة aut بالوعة aut بلاعة de quibus Golius. بلاعة habet Arabſcha hiſt. Tam. p. 432 pro *meatu ſubterraneo*. Eſt a بلع deglutire.

i) احمد Forte hic deeſt بن حنبل

Digitized by Google

Eodem obiit Ali, filius Hosaini, filii Alii, filii Mosaddeli, Cateb [seu scriba, vel secretarius] vulgo sub Serderri nomine notus, celeber poëta. Appellationis ratio haec est. Pater eius solebat Schehna [seu fiscalis] Serderr (176) appellari: quum itaque filius eius inciperet carmina scribere, eaque elegantia, adhaesit ipsi particula paterni nominis. En pulchri cuiusdam carminis ab hoc profecti specimen:

Interrogabamus de Harva, per speciem et simulationem, mente Iamamam * designante, at legatum mentem nostram cepisse, deinceps patebat.

Iam semel revelatum est velum: nihil ergo interest, claris te verbis commemoravimus, an tecte et figuris.

O beatum illud tuum per quietem apparens phasma, quod cum poculis soporis vanas nobis spes, vanas voluptates, et mendacia propinat.

Iumentum eius, cui per totas noctes inequitat, est palpebra mea. Quomodo ergo mutum illud iumentum apud te dolorem ex viae attritu et fatigationem queratur, quod cetera iumenta vocalia faciunt?

Nos duo, [ego et tu, o meus amor] sumus sub vesperam et noctem ac si nunquam separati fuissemus; et sub auroram talis est nostra conditio ac si nunquam convenissemus.

Anno CCCCLXVI [qui die 6 Sept. A. Chr. 1073 coepit] exundabat Tigris (177), imbribus auctus, totamque Bagdadum orientalem, et occidentalis partem, mergebat, hominumque perdebat ingentem numerum, aqua et desuper obruente domos, et e cloacis emergente. In urbe occidentale obundabatur sepulcrum Ahmedis [filii Hanbali], et martyreum, quod est ad Bab et-Tin [s. vicum v. portam ficuum], et in eo magna vis hominum peribat.

Anno

* Vtrumque nomen mihi suspectum.

ثم دخلت سنة سبع وستين واربعماية ، وفيها وصل بدر الجمالي الي مصر ، وكان بدر يتولي سواحل الشام ، فارسل اليه المستنصر العلوي يشكو حاله واختلال دولته ، فركب البحر في قوة الشتاء في زمان لا يسلك البحر فيه ، فمنّ الله تعالي عليه بالسلامة ووصل بدر الي مصر وقبض علي الامراء والقواد الذين كانوا قد تغلّبوا واخذ اموالهم وحملها الي المستنصر واقام منار الدولة وشيّد من امرها ما كان قد درس ، ثم سار الي الاسكندرية ودمياط واصلح امورهما ، ثم عاد الي مصر وسار الي الصعيد وقهر المفسدين وقرّر قواعد البلاد واحسن الي الرعية ، فعمّرت البلاد وعادت مصر واعمالها الي احسن ما كانت *k* عليه *

ذكر وفاة القايم ، في هذه السنة ليلة الخميس ثالث عشر شعبان توفي القايم بامر الله عبد الله وكنيته ابو جعفر بن القادر احمد بن الامير اسحق بن المقتدر بالله جعفر بن المعتضد احمد وكان قد لحق القايم ماشرا *l* فافتصد وانفجر فصاده وهو نايم فخرج منه دم كثير وهو لا يشعر ولم يكن عنده احد ، فاستيقظ وقد ضعف وسقطت قوته ، فاحضر

*k*) ما كانت Forte مما كانت

*l*) ماشرا suspectum.

Anno CCCCLXVII [qui die 26 Aug. A.C. 1074 coepit] veniebat Bedr Gamalicus Misram e Syria et Palaestina, cuius orae maritimae praeerat. Litterae nimirum, quibus Mostanser, Aegyptiacus Chalifa, apud ipsum de miseria sua luxatisque sui rebus imperii questus fuerat, eum permovebant, ut vehementissima quamvis in hyeme, quo tempore clausum alias et impervium mare solet esse, et nemini frequentatur, undis se committeret; deo fretus, cuius benignitas promtam eius laudabilemque voluntatem hero succurrendi secundans, efficiebat ut feliciter et sospes appelleret. Quo facto protinus Emiros copiarumque duces, qui tyrannidem affectaverant, comprehendebat, eorumque opibus fisco addictis Mostanserum ditabat, ad incitas redactum: verbo, collapsum dynastiae Misrensis pharum (178) denuo erigebat, et quod eius corruptum fuerat atque dissolutum, recentibus firmamentis compaginabat. E Misra, constitutis ibi rebus, Alexandriam petebat et Dimjatam [seu utramque Aegypti maritimae extremitatem occidentalem et orientalem] ambarumque vitiis medebatur. Quo facto per Misram ex inferiore Aegypto in Said [seu superiorem] excurrebat, corruptores et tyrannos compescebat, formas provinciarum regundarum instruebat, bene faciebat civibus, eoque efficiebat, ut recolerentur civitates, et tota regio pulcherrime, si unquam alias, effloresceret. (179)

Huius anni nocte illa, quae diem Iovis eundemque decimum tertium octavi mensis praecedebat, obiit Caiem beamr allah [qui titulus curatorem et vindicem caussae dei notat] Abu-Gafar Abdalla, filius Caderi Ahmedis, filii Emiri Ishak, filii Moctaderi billah Gafari, filii Motadedi, morti ansam praebente venae sectione. Scilicet invaserat Caiemum Maschara;* quapropter venam sibi pertundi curaverat. Sed fasciis per somnum resolutis recruduerat vulnus, tantumque sanguinis profuderat vim, ipso non sentiente, et alio praesente nemine, ut evigilans Caiem

 viribus

* Qualis hic morbus sit, non novi. Propterea vocem, ut inveni, exhibui.

Digitized by Google

فاحضر الوزير ابن جهير والقضاة واشهدهم انه جعل ابن ابنه عبد الله بن ذخيرة الدين محمد بن القايم وليّ عهده ، وتوفي القايم وعمره ست وسبعون سنة وثلثة اشهر وايام وكانت خلافته اربعا واربعين سنة وثمانية اشهر وخمسة وعشرين يوما ، وقيل عمره ست وتسعون سنة واشهر *

ذكر خلافة المقتدي بامر الله وهو سابع عشرينهم ، ولما توفي القايم بويع المقتدي بامر الله عبد الله بن محمد ذخيرة الدين بن القايم بالخلافة وحضر مويد الملك بن نظام الملك والوزير ابن جهير والشيخ ابو اسحق الشيرازي وابن الصباغ ونقيب النقباء وطراد m) الزينبي والقاضي ابو عبيد الله الدامغاني وغيرهم من الاعيان فبايعوه بالخلافة ، ولم يكن للقايم ولد ذكر سواه ، فان محمد بن القايم (وكان يلقب ذخيرة الدين) توفي في حيوة ابيه القايم ، وكان لمحمد بن القايم لما توفي جارية اسمها ارجوان ، فلما توفي محمد وراءت ارجوان ما نال القايم من المصيبة بانقطاع نسله ذكرت انها حامل من محمد ابنه ، فولدت عبد الله المقتدي الي ستة اشهر من موت محمد ، فاشتد فرح القايم وعظم سروره ، فلما بلغ المقتدي الحلم جعله القايم وليّ عهده *

وفيها جمع ملكشاه ونظام الملك جماعة من المنجمين وجعلوا النيروز عند نزول الشمس اول الحمل وكان النيروز قبل ذلك عند نزول الشمس نصف الحوت *

وفيها

m) وطراد Ar. وطرّاد

viribus iam cecidiſſet. Propere igitur Ibn-Cabirum Vezirum ſuum arceſſebat, et urbis auguſtae Cadios, eosque conteſtabatur, ſe ſibi ſucceſſorem in Chalifatum nuncupare nepotem ex filio, Abdallam, filium Dachirat-ed-dini. Vixerat Caiem annos ſeptuaginta ſex, tres menſes, cum aliquot diebus, aut, ut alii perhibent, nonaginta ſex cum dimidio; et Chalifatum geſſerat per annos quadraginta quatuor, octo menſes, et viginti quinque dies.

Novo Chalifae, eidemque in ordine Abbaſidarum vigeſimo ſeptimo, tributus fuit titulus Moctadi beamr-allah [ſeu, qui ad praecepta dei ſe conformat]. Magnates, qui ſacramentum ipſi dicebant, erant hi: Movaiied-el-Molk, filius Nattam el-Molk; tum Ibn-Gahir, Chalifae deceſſoris Vezirus; inde Schaich Abu-Ishac Schirazenus (180), et Ibn-Sabbagi, et Nakib en-Nocaba (181) [ſeu ſupremus Nakibus, hoc eſt, generalis Haſchemidarum] Tarrad, Zainobita (182), ut et Cadi (183) Abu-Obaidalla Dameganenſis, et alii viri illuſtres. Hic Moctadi ſola erat maſcula proles, Caiemo ſuperſtes. Nam filius eius, huius pater, Muhammed, cum titulo Dachirat-ed-din [ſeu theſaurus fidei] vivo adhuc Caiemo deceſſerat improles. Ea clades, qua ſtirpem ſuam videbat abruptam deſinere, graviter affligebat Caiemum. Quod intelligens aliqua Muhammedis puella, nomine Argovan [ſeu purpura] dicta, ſignificat Caiemo, ſe ab eius filio Muhammede, in utero gerere. Et omnino poſt ſex ab iſtius obitu menſes prodebat hunc Abdallam Moctadium: cuius nativitate multum exhilarabatur Caiem, eumque, iam adultum, principem haereditarium nuncupabat.

Hoc anno coactis aſtronomis conſtituebat Malicſchah et Nattam el-Molk, Nairuz [ſeu calendas anni] ad eum diem, quo ſol in ſignum arietis intrat: antea enim annum orſi ab eo die fuerant, quo ſol medium piſcem occupabat. (184)



Digitized by Google

وفيها عمل السلطان ملكشاه الرصد واجتمع في عمله جماعة من الفضلاء منهم ابراهيم الخيّام وابو المظفر الاسفرايني *n* وميمون بن النجيب الواسطي واخرج عليه من الاموال جملة عظيمة ، وبقي الرصد دايرا الي ان مات السلطان سنة خمس وثمانين واربعماية فبطل ❁

ثم دخلت سنة ثمان وستين واربعماية ، فيها ملك انسز *o* دمشق ، كنّا قد ذكرنا سنة احدي *p* وستين ملك انسز الرملة وحصاره دمشق ، ثم رحل عنها وعاودهم ايام ادراك الغلات *q* حتي ضعف عسكر دمشق وتسلّمها انسز في هذه السنة وقطع الخطبة العلوية ولم يخطب بعدها في دمشق لهم واقام الخطبة العباسية يوم الجمعة لخمس بقين من ذي القعدة من هذه السنة وخطب للمقتدي بامر الله ومنع من الاذان بحيّ علي خير العمل ❁

وفيها توفي ابو الحسن علي بن احمد بن متويه الواحدي المفسّر مصنّف الوسيط والبسيط والوجيز في التفسير ، وهو نيسابوري ويقال له المتوي نسبة الي جده متويه والواحدي نسبة الي الواحد بن ميسرة ، وكان استاذ عصره في النحو والتفسير وشرح

*n*) الاسفرايني Cod. L. الاسفراري Sed meam lectionem confirmat Herbelotus pag. 325. a.

*o*) انسز Ita fere conſtanter invenio ſcriptum hoc nomen in cod. Leid. Alii *Atſuz* أتسز habent, quod in verſione exhibui, dubius tamen an recte.

*p*) احدي Forte ثلاث

Digitized by Google

Eodem condebat Malicſchah excellente impendio aſtronomicum obſervatorium, ad cuius elaborationem eruditorum plures aderant, ut Ibrahim el-Chaiiam [ſeu tentoriarius, vel ſcenopegus] et Abu'l-Modaffer Isfararenſis, et Maimun Ibn-en-Nagib Vaſetenſis. Obſervatorium illud [ſeu globus, vel ſyſtema coeleſte] perpetuo ſuſtentatum in ſuo circuitu fuit, donec Sultan anno CCCCLXXXV vivis excederet; quo tempore deſiit exerceri.

Anno CCCCLXVIII [qui die 15 Aug. A. C. 1075 coepit] occupabat ille Anſûz Damaſcum, quem ſupra dicebamus ad annum CCCCLXIII* Ramlam occupaſſe, et Damaſcum obſediſſe, ſed fruſtra: nam illo quidem tempore infectis rebus decedebat. Hoc autem anno rurſus adortus eandem, quo tempore ſegetes ad maturitatem ſpectabant, fatigabat oppidanos tamdiu continuis inſultibus, donec tandem deditione nanciſceretur. Quo facto, dictam hactenus Alidis Miſrenſibus Chotbam [ſeu ſacramentum] abrogabat; neque rurſus ab illo inde tempore agnita Damaſci fuit ipſorum auctoritas: contra vero Chalifae de gente Abbaſi, qui tum erat, Moctadio, ſeque urbemque addicebat; quod primum factum die Veneris, vigeſimo quinto menſis penultimi huius anni. Schiiticam quoque formulam ad preces convocandi, quae Damaſcum hactenus perſonuerat, Sunnitica mutabat.

Eodem obiit ex longo morbo in urbe patria, Niſabura, Abu'l-Haſan Ali, filius Ahmedis, filii Matuiae, Vahidicus, ſic vulgo appellatus a Vahedo, filio Maiſarae, quemadmodum ab avo, Matuia, interdum Matuienſis, et a patria, Niſaburenſis, audit, auctor Vaſiti [ſeu mediocris, quoad volumen], et Baſiti [ſeu ampli et in longum exporrecti], et Vagizi [ſeu compendioſi], librorum ſic inſcriptorum, interpretationem Corani exhibentium; grammaticorum et exegetarum aetate ſua princeps. Expoſuit

* Erat in codice 461, ſed vide ad an. 463, ubi nomen Anſuzi non reperio, ſed nomen Ioſefi, filii Abeki, Chovarezmici.

Digitized by Google

وشرح ديوان المتنبي وليس في الشروح مثله جودة ، وكان الواحدي تلميذ الثعلبي ، وتوفي الواحدي بعد مرض طويل في هذه السنة بنيسابور *

وفيها توفي الشريف الهاشمي ابو جعفر مسعود بن عبد العزيز المعروف بالبياضي الشاعر وله شعر حسن فمنه ،

كيف تذوي r عشب اشواقي ولي طرف مطير ،
ان يكن في العشق حرّ فانا العبد الاسير ،
او علي الحسن زكوة فانا ذاك الفقير *

ومنها ،

يا من لبست لبعده ثوب الضني حتي خفيت به عن العوّاد ،
وانست بالسهر الطويل فانسيت اجفان عيني كيف كان رقادي ،
ان كان يوسف بالجمال مقطّع الايدي s فانت مفتّت الاكباد *

وقيل له البياضي لان بعض اجداده كان مع جماعة من بني العباس وكلهم لبسوا اسود t غيره ، فسال الخليفة عنه وقال من ذلك البياضي فبقي عليه لقبا *

ثم

q) Post الغلات forte deest وقاتلهم aut وزاحفهم

r) تذوي Forte يذوي

s) مقطّع الايدي Formula sumta e Corani Sura XII. vers. 50.

t) اسود Forte السود

Digitized by Google

Expoſuit etiam Motanabbii (185) opera poëtica commentario, cuius praeſtantiam nullus alius, in alium auctorem editus, adaequat. Magiſtrum habuerat Taalabitam.

Eodem obiit Scharif Haſchemicus Abu-Gafar Maſud, filius Abd el-Azizi, vulgo ſub Beiaditae nomine notus, poëta elegans. En ſpecimen:

Quomodo quaeſo gramen deſideriorum meorum exareſcat, quum vultus meus [lacrymarum] imbribus nunquam non madeat.

Si quis liber eſt in amore, ego certe ſum mancipium compeditum.

Aut, ſi pulchrae formae rogantibus beneficium et gratiam debent, [quemadmodum fidei Muſlemicae profeſſores ſtipem mendicis debent] en ego adſum ille pauper, qui a formoſitate iſtam flagitat eleemoſynam et meretur.

Eiusdem eſt etiam hoc:

O tu, ob cuius abſentiam indui veſtem aegritudinis et maciei tam tenuem et raram, ut vel eorum oculos fallam, qui ad me, velut ad aegrotum, inviſunt,

et cuius cauſſà tam longis adſuevi vigiliis, ut palpebras meas priſtini ſomni oblivionem docuerim:

Ioſephus quidem olim ſua pulchritudine ſic tentabat animos ſpectatorum, ut manus ſibi prae ſtupore et affectus violentia vulnerarent: at tu multum illo potentior, quippe qui hominum praecordia comminuis.

Dictus hic fuit Beiadita de maiorum ſuorum aliquo. Is enim aliquando turbae Abbaſidarum intererat ſolus candidatus inter omnes pullatos. (186) Cuius ſpectaculi inſolentiam miratus Chalifa, qui tum erat, interrogabat, quinam ſit ille Beiadicus [ſeu candidatus]; e quo caſu et illi nomen iſtud adhaerebat, et eius quoque nepotibus.



Digitized by Google

ثم دخلت سنة تسع وستين واربعماية ، فيها سار اتسز المستولي علي دمشق الي مصر وعاد مهزوما الي الشام ، قيل كانت هزيمته بقتال جري بين الفريقين وقيل بل انهزم بغير قتال ، وهلك جماعة من اصحابه *

وفي هذه السنة اورد ابن الاثير موت محمود بن شبل الدولة *v* نصر بن صالح بن مرداس الكلابي صاحب حلب ، اقول لكنّي وجدت في تاريخ حلب تصنيف كمال الدين المعروف بابن العديم ان محمود المذكور مرض في سنة سبع وستين واربعماية وحدث *x* قروح في المعا مات بها ولحقه في اواخر عمره من البخل ما لا يوصف ، ولما مات في السنة المذكورة ملك بعده ابنه نصر بن محمود بن نصر بن صالح بن مرداس الكلابي ، فمدحه ابن جيوش *y* بقصيدته التي منها ،

ثمانية لم تفترق مذ جمعتها فلا افترقت ما افترّ *z* عن ناظر ثغر *a* ،
ضميرك *b* والتقوي وجودك والغني ولفظك والمعني وعزمك والنصر ،
وكان لمحمود بن نصر سجية *c* وغالب ظنّي ان سيخلفها نصر *
وكان عطية ابن جيوش علي محمود اذا مدحه الف دينار فاعطاه نصر الف دينار مثلما كان يعطيه ابوه وقال لو قال وغالب ظني ان سيضعفها نصر لاضعفتها له ، وكان نصر يدمن *d* شرب الخمر ، فحمله

*v*) الدولة نصر Cod. Leid. الدولة بن نصر

*x*) وحدث C. L. وجدت Forte وحدثت له

*y*) ابن جيوش Elmacinus p. 280 fin. ابن حبوس rectius.

*z*) افترّ vid. Schultens ad Harir. conf. IV. p. 82 lin. 2.

Anno CCCCLXIX [qui die 4 Aug. A. Chr. 1076 coepit] tendebat Anſuz, quem paullo ante dicebamus Damaſco potitum fuiſſe, in Aegyptum. Sed infauſtis avibus inſtituta expeditio. Retro enim in Syriam veſtigia legere cogebat eum, incertum quae cauſſa. Sunt, qui eum praelio cecidiſſe dicunt; ſunt etiam, qui non praelio quidem eum periclitatum, at alia tamen ratione magnam ſuorum iacturam paſſum fuiſſe perhibent.

Ad hunc quoque annum refert Ibn el-Atir mortem Mahmudi, filii Schabl-ed-daulae Naſri, filii Salehi, filii Mardaſi, Kelabitae, domini Halebi. Ego vero invenio in Chronico Halebenſe, cuius auctor eſt Camaleddin Ibn-el-Adim [ſeu filius mendici], Mahmudum iſtum anno CCCCLXVII ex morbo deceſſiſſe: nam defuncto in eius inteſtinis ulcera letalia deprehenſa fuiſſe. Addit, eundem ultima aetate ultra quam dici poteſt avarum evaſiſſe. Succeſſit ei filius, Naſr, avo cognominis, quem Ibn-Habus illo carmine laudavit, cuius haec eſt particula:

Octo ſunt, quae ex quo comparaſti, nunqnam ſeparata ſunt, neque ſeparabuntur unquam, quamdiu nitidus dens laeto ſub oculo renitebit.

Mens tua et dei timor; liberalitas tua et divitiae; dictio tua et ſubtilis atque profundus ſenſus; conſtans tuum propoſitum et victoria.

Tuo patri Mahmudo Naſri filio mos quidam erat et indoles aliqua, in qua perſeveraturum Naſrum, filium, coniicio, niſi me omnia fallunt. (187)

Mos ille atque indoles, poëtae deſignata, haec erat. Conſueverat Mahmud poëtae, quoties carmine ipſum celebraret, mille numos aureos donare. Hoc in more perſeverabat Naſr, affirmans, ſi poëta pro verbis *in qua perſeveraturum*, dixiſſet, *quem duplicaturum*: ſane ſe poëtae fiduciam non falſurum, ſed munus geminaturum fuiſſe. Breve per tempus obtinuit hic Naſr. Vino enim deditus homo, exibat aliquando, ebrietate impellente, in

 cam-

Digitized by Google

فحمله السكر علي ان خرج الي التركمان الذين ملكوا اباه حلب
وهم بالحاضر واراد قتالهم، فضربه واحد منهم بسهم نشاب فقتله،
ولما قتل نصر ملك حلب اخوه سابق بن محمود، ولم يذكر ابن
الاثير تاريخ قتل نصر متي كان، ثم اني وجدت في تاريخ حلب
تاليف كمال الدين المعروف بابن العديم تاريخ قتل نصر المذكور،
قال وفي يوم عيد الفطر سنة ثمان وستين واربعماية عيد نصر بن
محمود وهو في احسن زيّ، وكان الزمان ربيعا واحتفل الناس
في عيدهم وتجمّلوا بافخر ملابسهم، ودخل عليه ابن جيوش
فانشده قصيدته منها،

صفت نعمتان خصّتاك وعمّتنا حديثهما حتي القيامة يوثر،

فجلس نصر وشرب الي العصر وحمله السكر علي الخروج الي الاتراك
وسكناهم في الحاضر واراد ان ينهبهم وحمل عليهم، فرماه تركيّ بسهم
في حلقه فقتله، وكان قتله يوم الاحد مستهلّ شوال سنة ثمان وستين
واربعماية، ولما قتل نصر ملك حلب بعده اخوه سابق بن محمود ✱

وفيها توفي طاهر بن احمد بن باب شاذ *f* النحوي المصري توفي
بان سقط من سطح جامع عمرو بن العاصي بمصر فمات لوقته ✱

ثم

*a*) ثغر C. L. شعر Aliter Elmac. p. 281.

*b*) ضميرك *conſcientia tua.* Proprie *reconditum, occultum tuum,* arcanum ſc. mentis. Hinc الضمار *occultum, abſens,* oppoſitum τῷ عيان *praeſenti.*

*c*) سجية *mos, conſuetudo,* proprie, ut puto, *quiete inhaerens, infixa, immobilis.* De verbo سجي vid. Schultens ad Harir. V. p. 117.

*d*) يدمن *continuum, indeſinentem facere* uſum vini, de quo in ſpecie dici ſolet. conf. Abulfar. pag. 273 l. 13. Dicitur quoque de aliis rebus, ut

Digitized by Google

campeſtria Halebenſia, et Turcomanos ibi urbis in vicinia palantes, qui patri eius Halebi dominium aſſeruerant, adortus laceſſebat per petulantiam armis. Quo factum, ut Turcomanorum aliquis hamata eum ſagitta proſterneret. Succeſſit ei frater, Sabek. Haec Ibn-el-Atir, qui quando ceciderit ille Naſr, annotare neglexit. Sed in modo laudato chronico Halebenſe Ibn-el-Adimi reperio tempus iſtius caſus; et reliqua aliquanto diſtinctius et fuſius tradita. Die primo, ait, menſis decimi, anni CCCCLXVIII celebrabat Naſr Aid-el-Fetri [ſeu ſollemne illud feſtum, quo diuturnum Ramadani ſeu noni menſis ieiunium hilaritate mutatur]. Quod quum eo anno in vernam tempeſtatem incideret, fiebat, ut omnes panegyricis inſtructi et quo quisque poterat ornatu ſplendidiſſimo maximaque turba ad principem gratulandi cauſſa confluerent. Aderat inter alios Ibn-Habus, et carmen illud recitabat, cuius hic eſt verſiculus:

> Pura ſunt et ſincera duo beneficia, quae tibi quidem priva ſunt,
> at in commune tamen omnesque tuos cives redundant,
> et quorum fama per generationes tradita ad diem usque
> reſurrectionis laudibus celebrabitur.

Inſtructis inde epulis compotabat Naſr ad veſperam usque. Tunc autem in Turcas urbi appoſitos excurrebat, a vino ſui non compos, diripere geſtiens per Campaniam diſſipatos. At illi Turca quidam ſagittae ictu iugulum confodiens finem faciebat, eodem illo primo decimi menſis die, qui ſolis erat. Poſt eum ſublatum regnabat eius frater Sabek, filius Mahmudi. Hactenus Ibn-el-Adim.

Eodem anno ſubita mors Taherum, filium Ahmedis, Ibn-Babſchad vulgo dictum, grammaticum Miſrenſem exſtinxit, e tecto templi, quod Miſrae eſt, et de auctore Amruo, filio Aſi cognominatur, delapſum.



Digitized by Google

ثم دخلت سنة سبعين واربعماية ، فيها توفي عبد الرحمان بن محمد بن اسحاق الاصفهاني الحافظ له تصانيف كثيرة منها تاريخ اصفهان ، وله طايفة ينتمون اليه في الاعتقاد من اهل اصفهان يقال لهم العبدرحمانية ✲

ثم دخلت سنة احدي وسبعين واربعماية ، ذكر استيلاء تتش علي دمشق ، في هذه السنة ملك تاج الدولة تتش ابن السلطان g الب ارسلان دمشق ، وسببه ان اخاه السلطان ملكشاه اقطعه الشام وما يفتحه ، فسار تاج الدولة تتش الي حلب ، وكان قد ارسل بدر الجمالي امير الجيوش بمصر عسكرا الي حصار انسز بدمشق ، فارسل انسز يستنجد تتش وهو نازل علي حلب يحاصرها ، فسار تتش الي دمشق ، فلما قرب منها رحل عنها عسكر مصر كالمنهزمين ، فلما وصل الي دمشق ركب انسز لملتقاه بالقرب من المدينة ، فانكر تتش تاخره عن الطلوع الي لقايه وقبض علي انسز فقتله وملك تتش دمشق واحسن السيرة ✲

ثم دخلت سنة اثنين وسبعين واربعماية ، فيها غزي الملك ابراهيم بن مسعود بن محمود بن سبكتكين صاحب غزنة بلاد الهند فاوغل فيها وغنم وعاد الي غزنة سالما ✲

ذكر ملك مسلم بن قريش مدينة حلب ، وفي هذه السنة سار شرف الدولة مسلم بن قريش بن بدران بن المقلد بن المسيب صاحب الموصل الي حلب فحصرها ، فسلم البلد اليه في سنة ثلاث وسبعين

وحصر

g ut ادمان البصر apud Harir. *continuatio visus.* ادمان السير apud Abulolam, *continuatio itineris.* Conf. excerpta Hamasae Schultens. p. 602 lin. 6.

Anno CCCCLXX [qui die 24 Iulii A. Chr. 1077 coepit] obiit Abd-er-Rahman, filius Muhammedis, filii Ishaki, Isfahanensis, Hafet, auctor plurium librorum, ut Chronici Isfahanensis. Hic Taiefam [seù sectam] sibi comparavit Isfahanae, opinionibus eius circa fidei quaedam argumenta subscribentem, et ab eo Abdrahmanitarum nomine appellatam.

Anno CCCCLXXI [qui die 31 Iulii A. Chr. 1078 coepit] occupabat Tanasch, filius Sultani Alp-Arslani, Damascum; quod ita contigit. Frater eius, Malicschah, tum regnans in oriente Sultanus, totam ipsi attribuerat Syriam, et quidquid eius armis sibi suis sit comparaturus, proprium esse concesserat. Tanasch igitur Halebum invadebat. Ansuz (188) autem eum inde avocabat, et Damascum pertrahebat, liberari eius opera cupiens a Misrensibus copiis, quas Bedr Gamalicus ad ipsum Damasci obsidendum urbemque repetendam eo miserat. Tanasch itaque, omissa obsidione Halebense, Damascum properabat, unde Misrenses, non secus ac si praelio victi fuissent, adventum eius non sustinentes, fuga se subducebant. Huic ergo liberatori suo gratias persoluturus Ansuz in equo exibat, ipsumque prope Damascum salutabat. Tanasch autem Damascenum comprehensum illico iugulabat, tarditatem eius in occursu, et in officio exsequendo torporem caussatus; eaque ratione Damascum ingrediebatur, et magna cum laude deinceps administrabat.

Anno CCCCLXXII [qui die 3 Iulii A. C. 1079 coepit] profunde invectus in terram Indorum fuit Gaznae dominus, Malec el-Movaiied Ibrahim, filius Masudi, filii Mahmudi, filii Soboctekini, domumque rediit spoliis onustus.

Eodem movebat Scharf-ed-daula Muslem, filius Coraischi, filii Badrani, filii Moçalledi, filii Mosaiiebi, dominus Mauselae, versus Halebum; quam data fide, post aliqualem obsidionem, anno CCCCLXXIII accepit, et postea quoque arcem, detractis inde

وحصر القلعة واستنزل منها سابقا ووثابا ابني محمود بن نصر بن صالح بن مرداس وتسلّم القلعة *

وفيها توفي نصر بن احمد بن مروان صاحب ديار بكر وملك بعده ابنه منصور بن نصر ودبّر دولته ابن الانباريّ *

وفيها توفي ابو الفتيان محمد بن سلطان بن حيوش الشاعر المشهور وقد تقدّم ذكر مديحه لنصر بن محمود صاحب حلب *

ثم دخلت سنة ثلاث وسبعين واربعماية، فيها كانت فتنة بين الشافعية والحنابلة *

وفيها ارسل الخليفة المقتدي الشيخ ابا اسحق الشيرازي رسولا الي السلطان ملكشاه والي نظام الملك، فسار من بغداد الي خراسان ليشكو من عميد العراق ابي الفتح بن ابي الليث، فاكرم السلطان ونظام الملك الشيخ ابا اسحق، وجري بينه وبين امام الحرمين ابي المعالي الجويني مناظرة بحضرة نظام الملك، وعاد بالاجابة الي ما التمسه الخليفة ورفعت يد العميد عن جميع ما يتعلق بحواشي الخليفة *

وفيها توفي ه ابو نصر علي ابن الوزير ابي القسم هبة الله بن ماكولا مصنف كتاب الاكمال، ومولده سنة عشرين واربعماية، قتله مماليكه الاتراك بكرمان *

ثم دخلت سنة ست وسبعين واربعماية، فيها في جمادي الاخرة توفي الشيخ ابو اسحق ابراهيم بن علي الشيرازي الفيروزابادي، وفيروزاباد بلدة بفارس ويقال هي مدينة جور، وكان مولده سنة ثلاث وتسعين وثلثماية وقيل سنة ست وتسعين، وكان اوحد عصره علما

Digitized by Google

inde fratribus, Sabeco et Vattabo, filiis Mahmudi, filii Nasri, filii Salehi, filii Mardasi. (189)

Eodem obiit Nasr, filius Ahmedis, filii Marvani, dominus Diar-Becri, relicto successore filio, Mansuro, sub tutela et administratione Ibn-el-Anbari.

Eodem obiit Abu'l-Fitian Muhammed, filius Sultani, filii Goiuschi, poëta ille celeber, de cuius in Nasrum Halebensem carminibus laudatoriis modo dicebamus.

Anno CCCCLXXIII [qui die 21 Iunii A.C. 1080 coepit] erat Bagdadi seditio Schafeiticos inter et Hanbaliticos.

Eodem mittebat Chalifa, Moctadi, Schaichum Abu-Ishac, Schirazenum, ad Malicschahum et Nattam-el-Molcum, in Chorasanam, conquestum de Amido* Iraki, Abu'l-Fato, filio Abu'l-Laiti. (190) Legatus ab utroque perhonorifice excipiebatur, et in disputationem cum Imam el-Haramain Abu'l-Maali Govainense, coram Nattam-el-Molco, committebatur, tandem et, legatione ex voto peracta, domum redibat, cum mandatis, quibus Amid Iraci ab omnibus manum abstinere iubebatur, quae ad Chalifae rem familiarem spectarent. (191)

Eodem periit in Kermana, suis a mancipiis gente Turcis peremtus, Abu-Nasr Ali, filius Veziri Hebatalla, Ibn-Macula, auctor Kitab el-Icmal [seu libri Perfectionis], natus a. CCCCXX.

Anno CCCCLXXVI [qui die 20 Maii A.C. 1083 coepit] obiit Schaich Abu-Ishac Ibrahim, filius Ali, Schirazenus Firuzabadicus. Sic appellatur a Firuzabad, urbe Persidis, in qua lucem primam vidit anno CCCXCIII aut CCCXCVI et adolevit. Quidam dicunt eandem esse cum urbe Gun (192) dicta. Schira-

* Amid significat proprie *columen*, *fulcrum*; deinde metaphorice procuratorem, commissarium, epitropum; cuius humeris aliquod negotium imponitur.



Digitized by Google

علما وزهد وعبادة ، ولد بفيروزاباد ونشي بها ودخل شيراز وقرا بها الفقه ، ثم قدم الي البصرة ثم الي بغداد في سنة خمس عشرة واربعماية ، وكان امام وقته في المذهب والخلاف والاصول وصنف المهذب والتنبيه *i* والتلخيص والنكت والتبصير واللمع ودروس المسايل ، وكان فصيحا وله نظم حسن فمنه ،

سالت الناس عن خلّ وفيّ فقالوا ما الي هذا سبيل ،
تمسّك ان ظفرت بودّ حرّ فان الحر في الدنيا قليل *

ومنه ،

جاء الربيع وحسن ورده ومضي الشتاء وقبح برده ،
فاشرب علي وجه الحبيب ووجنتيه وحسن خدّه *

وكان مستجاب الدعوة مطّرح التكلّف ، ولما توجه الي خراسان في رسالة الخليفة قال ما دخلت بلدة ولا قرية الاّ وكان خطيبها وقاضيها *k* تلميذي ومن جملة اصحابي *

وفيها توفي الحجاج بن يوسف بن سليمان الاعلم الشنتمري رحل الي قرطبة واشتغل بها ، وكان اماما في

*e*) احتفل *in sollemne festivitate numero maximo et mundo, quo poterant, equisitissimo comparebant in publico.* Hic est sensus huius vocis, quo Noster deinceps frequentius utetur. De erymologia non convenit. Si audiamus Succarium ad Div. Hud. habet ellipsis hic locum, et integra formula est, احتفل الناس في زينتهم et احتفل idem est quod *laboravit,* cum studio et sollicitudine aliquid egit. Quidquid sit, continet verbum حفل notionem *copiosi, conferti,* ut ex aliis exemplis patet: rectius ergo formula احتفل الناس a notione *multitudinis confertae* repetatur.

*f*) باب شاب Infra est باشان Scribitur quoque بابشان

Digitized by Google

Schirazenus autem vulgo dicitur, quia illuc e patria commigravit, et fikham ibi didicit; inde ſtudiorum cauſſa profectus Baſram fuit, et tandem Bagdadum, quo venit anno CCCCXV. Phoenix erat ſui temporis in Madhab [ſeu ſecta, Schafeitica nempe, cui adhaereſcebat], et Oſul [ſeu theologia dogmatica], et Chelaf [ſeu theologia polemica], neque tantum in ſcientia, ſed etiam in morum caſtimonia, ſobrietate et cultu dei. Scripſit libros ſequentes: al-Mohaddeb (193) [ſeu correctorem] et-Tanbih [ſeu excitatorem]; et-Talchis [dilucidatorem]; en-Nocat (194) [argumenta ſubtiliora]; et-Tabſir [animos et conſcientias acuentem]; Kitab el-Lomi [librum radii]; et Rovus el-Maſaiel [ſeu capita quaeſtionum]. (195) Erat eloquens, et carmina polita condebat, quorum en ſpecimen:

Interrogabam homines, ubinam ſit amicus fidus, et officio ſuo meisque votis reſpondens. Sed reſpondebant mihi, me rem deſiderare, ad quam aditus nullus pateat.

Mordicus modo tene [aiebant] amicitiam ingenui, ſi nactus unquam fueris: nam ingenui ſunt inter homines pauci.

Eiusdem eſt hoc:

Venit ver cum pulchris ſuis roſis: abiit hyems cum tetro ſuo frigore.

Bibe itaque [oſcula] ſuper vultu amati, et genis eius, et pulcherrimis eius buccis.

Felix erat ille vir in coeptis ſuis: quidquid a deo peteret, impetrabat (196), et rerum omnium graviſſimarum cura in ipſum conferebatur. Narrabat ipſe de ſe, nullam intraſſe aut urbem, aut oppidum, quo tempore legatus a Chalifa in Choraſanam ibat, cuius Chatib [ſeu concionator] et Cadi [ſeu iudex] diſcipuli ſui non fuerint.

Eodem obiit Hegag, filius Ioſefi, filii Solimani, el-Alam [ſeu doctiſſimus, item inſignis, vulgo dictus] Schantamarienſis. Hic e patria, Schantamaria, urbe Andaluſena, Cortobam ſtudio-



Digitized by Google

في العربية والادب وشرح الحماسة ، ونسبته الي شنتمرية مدينة بالاندلس ☼

ثم دخلت سنة سبع وسبعين واربعماية ، فيها سار فخر الدولة بن جهير بعساكير ملكشاه الي قتال شرف الدولة مسلم بن قريش ، ثم سيّر السلطان الي فخر الدولة جيشا اخر فيهم الامير ارتق بن اكسك (وقيل اكسب والاوّل اصحّ) جدّ الملوك الارتقية ، فانهزم شرف الدولة مسلم وانحصر في امد ونزل الامير ارتق علي امد فحصره ، فبذّل له مسلم بن قريش مالا جليلا ليمكنه من الخروج من امد ، فاذن له ارتق ، فخرج شرف الدولة من امد حادي عشرين ربيع الاول من هذه السنة ، فسار الي الرقة وبعث الي ارتق ما وعده ، ثم سيّر السلطان عميد الدولة بن فخر الدولة بن جهير بعسكر كثيف وسيّر معه اقسنقر قسيم الدولة الي الموصل ، فاستولي عليها عميد الدولة ، وهذا اقسنقر هو والد عماد الدين زنكي ، ثم ارسل مويد الدولة *l* بن نظام الملك الي شرف الدولة بالعهود يستدعيه الي السلطان ، فقدم شرف الدولة اليه واحضره عند *m* السلطان ملكشاه بالبوازيج *n* ، وكان قد ذهبت امواله ، فاقترض شرف الدولة مسلم ما خدم به السلطان وقدّم اليه خيلا من جملتها فرسه الذي نجا عليه في *o* المعركة المشهورة ، وكان اسم الفرس بشارا وكان سابقا ، وسابق به السلطان الخيل فجاء سابقا ، فقام السلطان قايما *p* لما تداخله من العجب ، فرضي

g) ابن السلطان Cod. Leid. للسلطان

h) توفي Forte قتل

rum caussa profectus, tantum ibi profecit, ut suo tempore et apud suos in Arabicae linguae intelligentia litterisque in genere princeps evaderet. Scripsit commentarium in Hamasam.

Anno CCCCLXXVII [qui die 9 Maii A. C. 1084 coepit] movebat Fachr-ed-daula, filius Gahiri, cum copiis Malicschahi Sultani, adversus Scharf-ed-daulam Muslemum, filium Coraischi. Deinde alias ipsi copias submittebat Malicschah cum duce Ortoco, filio Acsaki, aut, ut alii scribunt, Acsabi. Sed prius omnino rectius est. Hic est avus principum Ortokidarum, de quibus frequentior nobis in posterum sermo faciendus erit. Ab hisce copiis fusus Muslem Amida se concludebat et sustinebat obsidionem aliquamdiu; tandem tamen excedendi ex urbe veniam ab Ortoco rogabat, magnarumque opum pollicitatione emebat. Die igitur vigesimo primo tertii mensis Amida egressus, Raccam ibat, indeque promissum Ortoco lytrum mittebat. Deinde legabat Sultan Malicschah Amid-ed-daulam, filium modo dicti Fachr-ed-daulae, adversus Mauselam, grosso cum exercitu, quos inter erat Casim-ed-daula Acsoncor, pater Emad-ed-dini Zenki, cuius nomen deinceps saepius recurret. Amid-ed-daula subigebat Mauselam. Malicschah vero ablegabat Movaiied-ed-daulam, Nattam el-Molki filium, cum pacis conditionibus, ad Muslemum, eumque ad se arcessebat. Parebat Muslem, et a Movaiiedo adducebatur ad Sultanum, qui tunc in Bavazig agebat. Erat inter dona, quae imperatori ex more debebat accedens offerre, celeber ille eius equus, Baschar dictus, cuius pernicitate Muslem ex acie salvus evaserat. Tam ille pernix erat, ut non tantum reliquos equos plus semel vicisset antea, sed etiam ipsos Sultani equos, in certamen periculi faciendi caussa commissus, eo tempore vinceret. Cuius rei admiratione Malicschah in pedes surgeret stupens, eoque conciliatus in gratiam ignosceret Muslemo, chlamydeque honoris ornatum in pristinum principatum restitueret. Quo gratius ipsi non aliud poterat



Digitized by Google

فرضي السلطان عن مسلم وخلع عليه واقرّه علي بلاده *

ذكر فتح سليمان بن قطلومش انطاكية ، في هذه السنة سار سليمان بن قطلومش السلجوقي صاحب قونية واقصرا وغيرهما من بلاد الروم الي الشام فملك مدينة انطاكية مخامرة الحاكم q فيها من جهة النصاري ، وكانت انطاكية بيد الروم من سنة ثمان وخمسين وثلثماية فافتتحها سليمان في هذه السنة *

ذكر قتل شرف الدولة مسلم وملك اخيه ابراهيم ، لما ملك سليمان بن قطلمش انطاكية ارسل شرف الدولة مسلم بن قريش صاحب الموصل وحلب يطلب منه ما كان يحمله اليه اهل انطاكية ، فانكر سليمان ذلك وقال ان صاحب انطاكية كان نصرانيا فكنت تاخذ ذلك منه علي سبيل الجزية ، ولم يعطه شيا ، فجمعا واقتتلا في الرابع والعشرين من صفر سنة ثمان وسبعين واربعماية في طرف اعمال انطاكية ، فانهزم عسكر مسلم وقتل شرف الدولة مسلم في المعركة وقتل بين يديه اربعماية غلام من احداث حلب ، وقد قدّمنا ذكر مقتله لنتبع الحادثة بعضها بعضا ، وكان شرف الدولة مسلم بن قريش بن بدران بن المقلّد بن المسيّب احول ، واتّسع ملك مسلم بن قريش المذكور وزاد علي ملك من تقدّمه من اهل بيته ، فانه ملك من السندية التي هي علي r نهر عيسي الي منبج وديار ربيعة ومضر من الجزيرة وحلب وما كان لابيه ولعمّه قرواش من الموصل وغيرها ، وكان مسلم يسوس مملكته بسياسة حسنة بالامن r والعدل * ولما قتل قصد

r) والتنبيه Ita Raud el-achiar et Herbel. C. L. والتنبيا

Digitized by Google

accidere. Muſlemi certe res tam attritae tum erant, ut dona imperatori exhibenda, debuerit, bonis omnibus exutus, commodato cum uſura ſumere.

Eodem anno impetebat Soliman, filius Cotlumiſchi, de gente Selguki, dominus Cuniae et Acſaraae et aliorum, Syriam, et occupabat Antiochiam, proditione Hakemi [ſeu praetoris urbani] adiutus, quem ibi Chriſtiani habebant. Romani enim illam urbem ab anno CCCLVIII inde tenuerant, ſtatumque tributum hactenus Muſlemo filio Coraiſchi, ſolverant; quod Soliman urbe potitus flagitanti Muſlemo negabat, cauſſatus, Antiochiae priorem principem Chriſtianum fuiſſe, iuſtoque titulo, tanquam Giziam [ſeu praemium tutelae] ab infidele acceptum fuiſſe [quale principibus Muhammedanis alieni ab ea fide praeſtare tenentur]. Se vero Muſlemum Muſlemo tale ius in ſe neutiquam permittere. Ea rixa pugnam peperit, die vigeſimo quarto ſecundi menſis anni CCCCLXXVIII in finibus territorii Antiocheni commiſſam, qua non tantum victus, ſed etiam ipſa in acie occiſus fuit Scharf-ed-daula Muſlem. (197) Quam acris et pertinax illa pugna fuerit, intelligatur ex eo, quod quadringenti pedites, de iuventute Halebenſe, pugnantes pro Muſlemo, domino ſuo, ceciderint. Debuerat quidem hic caſus ad annum ſequentem reſervari, cuius re vera eſt: quia tamen Antiochenae rei mutationem ſecuta fuit, de qua praeſentem ad annum diſſerere inſtituebamus, maluimus integram ſimul uno in loco hiſtoriam exſequi. Muſlem hic, filius Coraiſchi, filii Badrani, filii Mocalledi, filii Moſaiiebi, luſcus erat, et auxerat acceptam a maioribus ditionem acceſſionibus egregiis. Nam praeter Mauſelam et reliqua, quae pater eius, et patruus, Carvaſch, poſſederant, regnabat a Sendia, urbe ad fluvium Iſae, usque ad Manbegam et Halebum, per interpoſitas Deiar-Rabia et Deiar-Modar. Praefuit rebus cum laude, monſtravitque ſe artium ex aequo et iuſto regnandi ſuaeque ditioni ſecuritatem aſſerendi peritum.

Hoc

قصد بنو عقيل اخاه ابراهيم بن قريش وهو محبوس فاخرجوه وملكوه ، وكان قد مكث في الحبس سنينا كثيرة بحيث صار لم يقدر علي المشي لما خرج *

وفيها ولد لملكشاه ولد بسنجار فسمّاه احمد ثم غلب عليه اسم سنجار لكونه ولد بسنجار وهو السلطان سنجر علي ما يجي اخباره ، كذا نقله المورّخون ، والذي يغلب علي ظنّي انه سماه علي عادة الترك ، فانهم يسمّون صنجر ومعناه يطعن والناس يقولونه بالسين *

وفيها توفي ابو نصر عبد السيّد بن محمد بن عبد الواحد بن الصبّاغ الفقيه الشافعي صاحب الشامل والكامل وكفاية السايل وغيرها من المصنفات بعد ان اضرّ عدة سنين ، ومولده سنة اربعماية * والقاضي ابو عبد الله الحسين البغدادي المعروف بابن القفّال وهو من شيوخ اصحاب الشافعي وكان اليه القضاء بباب الازج *

ثم

k) وقاضيها Forte او قاضيها

l) مويد الدولة Forte مويد الملك

m) عند Forte الي عند

n) بالبوازيج Cl. L. بالبوازيح

o) في Forte rectius من

p) قايما Forte rectius علي قدميه

q) الحاكم Forte للحاكم: tunc fenfus foret: "proditione Chriſtianorum oppidanorum, Hakemo feu gubernatori ſuo infenſorum."

r) علي deerat in cod. L.

s) بالامن C. L. بالامر Emendavi ex aliis locis apud noſtrum

Digitized by Google

Hoc itaque ſublato fratrem eius, Ibrahimum, Ocailitae ſibi praeficiebant e carcere protractum, quem multos per annos tenuerat, ut, quum prodiret in lucem et libertatem, ſuis pedibus incedere nequiret.

Hoc anno CCCCLXXVII natus eſt Malicſchaho apud Sangaram (198) filius, vero nomine Ahmed dictus, ſed quem ab urbe, ubi primam lucem vidit, ut hiſtorici exiſtimant et tradunt, Sangarum appellari obtinuit. Et hic eſt ille Sultan Sangar, de cuius rebus et fortuna in progreſſu huius operis plura dicemus. Mihi tamen videtur potius pater eius huic filio ſuo nomen Turcis frequentatum, Sangar, per Sad ſcribendum, impoſuiſſe, quod error vulgaris deinde per Sin exarari et efferri ſanxit; unde modo allegata ſed a vero aliena coniectura promanavit. Notat autem Turcica illa vox idem, quod Arabicum Iatan [hoc eſt feriet, praeſertim haſta].*

Eodem obiit Abu-Naſr Abd-es-Saiied, filius Muhammedis, filii Abd-el-Vahedi, Ibn-Sabbag [ſeu filius tinctoris vulgo dictus] fakihus Schafeïticus, auctor Schameli [vel univerſalis] et Cameli [vel completi] et Cafaiat es-Saiet [ſeu quod interroganti queat ſufficere], alia praetereo. Multis ante mortem annis uſum oculorum amiſerat, natus anno CCCC. Obiit etiam Cadi Abu-Abdalla Hoſain, Bagdadicus, vulgo ſub Ibn-el-Caffali nomine [ſeu filii fabri ferarii] notus, unus de Schafeïticorum celeberrimis doctoribus. Hic Cadi erat in illo Bagdadi vico, qui Bab-el-Azag [ſeu porta vel vicus fornicis] appellatur.

Anno

* Ego quidem crederem Abulfedae, nomen hoc ab urbe deſumtum non fuiſſe, et Turcicum eſſe. At in ceteris non conſentio, putemque potius سنجر *Sangar* et سنقر *Soncor* idem nomen eſſe. Certe ج *g* et ك *k* vel ق *k* permutant orientales.



Digitized by Google

ثم دخلت سنة ثمان وسبعين واربعماية ، فيها ملك الافرنج مدينة طليطلة من الاندلس بعد ان حاصرها الالفونش t سبع سنين ، وكان سبب ذلك تفرّق ممالك الاندلس علي ما تقدّم ذكره في سنة سبع واربعماية *

وفيها استولي فخر الدولة بن جهير علي امد ثم علي ميافارقين ثم علي جزيرة ابن عمر وهي بلاد بني مروان واخذها من منصور بن نصر بن احمد بن مروان ، وهو اخر من ملك منهم وانقرضت باخذ الجزيرة منهم مملكة بني مروان ، فسبحان من لا يزول ملكه *

وفيها سار امير الجيوش بدر الجمالي بجيوش عن مصر وحصر دمشق وبها تاج الدولة تتش وضيّق عليه ، فلم يظفر بشي ، فارتحل عايدا الي مصر *

وفيها في ربيع الاخر توفي امام الحرمين ابو المعالي عبد الملك بن عبد الله بن يوسف الجويني ، ومولده في الكامل سنة عشرة واربعماية وفي تاريخ ابن ابي الدم سنة تسع عشرة واربعماية ، وهو امام العلماء في وقته وله عدة مصنفات منها نهاية المطلب في دراية المذهب ، سافر الي بغداد ثم الي الحجاز واقام بمكة والمدينة اربع سنين يدرّس ويفتي ويصنّف وامّ بالناس في الحرمين الشريفين فسمّي لذلك امام الحرمين ، ثم رجع الي نيسابور وجعل اليه الخطابة ومجلس الذكر والتدريس وبقي علي ذلك ثلثين سنة وحظي

t) الالفونش C. L. الادفونش

Anno CCCCLXXVIII [qui die 28 April. A. C. 1085 coepit] coeperunt Franci urbem Tolaitala [vel Toletum] in Hispania, post obsidionem sub Alfonso (199), ipsorum rege, per septem annos continuatam. Iacturae, quam sic Muslemi faciebant, caussa erat magni Muslemici imperii apud Hispanos, quam supra sub anno CCCCVII exposuimus, in minores provincias, minutosque inter regulos dilaceratio.

Eodem adimebat Fachr-ed-daula, filius Gahiri, primum Amidam, tum Maiafarekinam, denique Gazirat-Ebn-Omar, omnes ad Marvanidarum ditionem spectantes, Mansuro, filio Nasri, filii Ahmedis, filii Marvani; qui Mansur ultimus suae gentis regnavit. Laus sit deo, cuius regnum non desinit!

Eodem attentabat Emir el-Goiusch Bedr Gamalicus, e Misra cum copiis egressus, Damascum recuperare; et sane Tag-ed-daulam Tanaschum, Selgukidam, eius urbis eo tempore dominum, arcta obsidione magnas adigebat ad angustias; tandem tamen, fortuna non favente, domum rebus infectis redibat.

Eiusdem anni quarto mense obiit Imam el-Haramain Abu'l-Maali Abd-el-Malec, filius Abdallae, filii Iosefi, Govainensis, cuius natales auctor Cameli [seu Ibn el-Atir] anno CCCCX, Abu'l-Dam autem in Chronico anno CCCCXIX attribuit. Erat ille suo tempore theologorum princeps, et multa edidit: ut Nahaiat el-matlab fi deraiat el-madhab [seu fastigium, ad quod adspirari potest, in scientia sectae, scil. Schafeïticae]. Studio doctrinarum primo loco Bagdadum profectus est, dein ad Hegazum, cuius in celeberrimis pariter atque sanctissimis duabus urbibus, Mecca, et Medina, quae per honorem Haramân es-scharifân, seu excelsa duo sacraria solent appellari, per quatuor annos haesit, et Imami munere functus est [hoc est eius, qui coetui fidelium preces in templo praeit]; ex quo ipsi titulus Imam el-Haramain obtigit. Nisaburam inde redux factus munia ibi tam concionatoris, quam paraenetae (200), et professoris quoque theo-

وحظي عند نظام الملك وله عدّة تلاميذ من الفضلاء كالغزالي وابي القسم الانصاري وابي الحسن علي الطبري وهو المعروف بالكيا الهراس ، وكان امام الحرمين قد ادّعي الاجتهاد المطلق لان اركانه كانت حاصلة له ثم عاد الي اللايق به وتقليد الامام الشافعي لعلمه ان منصب الاجتهاد قد مضت سنوه *

ثم دخلت سنة تسع وسبعين واربعماية ، ذكر قتل سليمان بن قطلمش ، لما قتل سليمان مسلما بن قريش في سنة ثمان وسبعين علي ما ذكرناه في سنة سبع وسبعين ارسل سليمان الي ابن الحبيبي العباسي مقدم اهل حلب ، فاستمهله الي ان يكاتب السلطان ملكشاه ، وارسل ابن الحبيبي *v* استدعي تتش صاحب دمشق ابن السلطان الب ارسلان اخا السلطان ملكشاه ، فسار تتش الي حلب ، وكان مع تتش ارتق بن اكسك وقد فارق خدمة ملكشاه خوفا من اطلاق مسلم بن قريش من اسد علي ما قدّمنا ذكره ، وجرت الحرب بين تتش وابن عمه سليمان بن قطلمش ، فانهزم عسكر سليمان وثبت سليمان ، وقيل ان سليمان لما انهزم عسكره اخرج سكينا وقتل نفسه ، وقيل بل قتل في المعركة ، وكان سليمان قد ارسل جثّة مسلم بن قريش علي بغل ملفوفة في ازار الي حلب ليسلموها

*v*) الحبيبي Sic infra clare exaratum erat in cod. Leid. Sed hoc loco temere الي الخبيثي pro ابن الحبيبي

logiae, triginta per annos adminiſtravit, favore Nattam-el-Molki beatus, et multos informavit, qui celebre nomen deinceps conſecuti ſunt, ut Gazalium, et Abu'l-Caſemum Anſaritam [vel Medinenſem], et Abu'l-Haſanum Alin Tabareſtanenſem, alias ſub nomine Caia'l-Harraſi notum. * * * *

Anno CCCCLXXIX [qui die 17 Apr. A.C. 1086 coepit] occiſus eſt Soliman (201), filius Cotlymiſchi: quod ſic contigit. Expoſuimus ad annum CCCCLXXVII, quomodo Muſlem, filius Coraiſchi, dominus Halebi, et aliorum, a modo laudato Solimano fuerit anno CCCCLXXVIII peremtus. Poſtulabat itaque Soliman victor ab Ibn-el-Habibo, quem Muſlem, in praelium excedens Halebi praefectum reliquerat, eius urbis deditionem. Sed rogabat praefectus otium ſibi concedi, quo poſſet ad Malicſchahum, ſupremum Sultanum, cuius cliens Muſlem fuerat, hac de re ſignificare, et, quomodo ſe gerere debeat, ab eo in mandatis accipere. Interea Tanaſchum, Alp-Arſlani filium, Malicſchahi fratrem, Damaſco arceſſebat. Propere aderat Tanaſch, ſecum habens Ortocum, Acſaki filium, illum, qui, quod ſupra narrabamus, Muſlemum Amida elabi, corruptus pecunia, ſiverat, eiusque facinoris poenam metuens e Malicſchahi caſtris ad ſtipendia Tanaſchi tranſierat. (202) Sic itaque pugna utrumque inter Selgukidam, Tanaſchum et Solimanum, Halebi de cauſſa et in vicinia, intercedebat, qua Solimani copiae in fugam converſae fuerunt, et ipſe occubuit, fugam aſpernatus; vel ipſe ſua manu, (ſunt enim, qui perhibent, eum, conſpecta ſuorum clade, ſica de ſinu protracta ſe confodiſſe) vel, quod aliis placet, in acie ab hoſte confoſſus. En admirabilem rerum commutationem, et vindicis fati viciſſitudinem! Eiusdem Solimani, qui anno ſuperiore CCCCLXXVIII die ſexto ſecundi menſis victi caeſique Muſlemi cadaver mulo impoſitum et panno involutum

 Hale-

* Sequebantur hic bene multa terminis technicis theologicis oppleta; quae quia non intelligo, debui praeterire.

Digitized by Google

ليسلموها اليه في السنة الماضية في سادس صفر، فارسل تتش حثّة سليمان في هذه السنة في سادس صفر ملفوفة في ازار الي حلب ليسلموها اليه، فارسل ابن الحتيتي بالمطاولة الي ان يرد مرسوم ملكشاه في امر حلب بما يراه، فحاصر تتش حلب وضيّق علي اهلها فملكها، واستجار ابن الحتيتي بالامير ارتق بن اكسك فاجاره، واما القلعة فكان بها منذ قتل مسلم بن قريش سالم بن مالك بن بدران بن المقلد بن المسيب العقيلي وهو ابن عم شرف الدولة مسلم بن قريش، فحاصر تتش القلعة سبعة عشر يوما فبلغه وصول مقدمة اخيه السلطان ملكشاه *

ذكر وصول السلطان ملكشاه الي حلب، كان ابن الحتيتي قد كاتب السلطان في امر حلب، فسار اليها من اصفهان في جمادي الاخرة، فملك في طريقه حرّان وقطعها لمحمد بن شرف الدولة مسلم بن قريش، وسار الي الرها وهي بيد الروم من حين اشتروها من ابن عطير كما قدّمنا ذكره، فحصرها وملكها، وسار الي قلعة جعبر واسمها الدوسرية ثم عرفت بقلعة جعبر لطول مدة ملك جعبر لها، وبها صاحبها سابق الدين جعبر القشيري المذكور وهو شيخ اعمي، فامسكه وامسك ولديه وكانا يقطعان الطريق ويخيفان السبيل، ثم سار الي منبج فملكها، وسار الي حلب، فلما قاربها رحل اخوه تتش عن حلب الي البرية وتوجّه الي دمشق، ووصل

Digitized by Google

Itaque cogebant ambo copias, quibuscum Raiam movebant, ubi Borkeiaroc agebat. Ille fratrum audita conſpiratione motuque Raia Bagdadum ibat, ubi aeris inops, poſt multas et ſaepius iteratas ſollicitationes, tandem a Chalifa quinquaginta millia aureorum extorquebat; non tamen contentus illis, quin manum quoque avidam civium opibus immitteret. Ad hanc numorum inopiam accedebat gravis et deſperatus Borkeiaroki morbus, ex quo decumbenti ſuperveniebant fratres, Muhammed et Sangar, Bagdadum; ut opus eſſet aegro, quod equum conſcendere non poſſet, lectica in urbem occidentalem deferri. Videbatur fortuna miſerum omnino perdere decreviſſe. Sed emergebat tamen, et relevatus nonnihil petebat Vaſetam. Fratribus autem reliquis, Bagdadum ingreſſis, exponebat Moſtadher Chalifa querulus Borkeiaroki peſſimos erga ſe mores, et curabat Muhammedi vota fieri. Quae deinceps contigerint ſuo loco dicemus.

Hoc anno potiebatur Ibn-Ammar, dominus Tripoleos in Syria, urbe Gabala, hunc in modum. Franci hanc urbem obſidentes, cogebant eius, qui tum erat, dominum, Cadium Abu-Muhammed Obaidallam, filium Manſuri, vnlgo ſub Ibn-Salihae nomine notum, quod urbi defendendae non ſufficeret, Togtekino offerre, qui tum Atabek [ſeu Regens] Duccaki apud Damaſcum erat, et ab eo virum ſibi mitti poſtulare, cuius fidei atque cuſtodiae Gabalam committat. Mittebat itaque Togtekin filium ſuum Tag-el-Moluk Buzi. Hic autem, nactus urbem, tam cives inique habebat, ut ad eum, quem initio nominabamus, Ibn-Ammarum, de miſeria et iniuriis, a novo domino devorandis referrent, eius opem implorantes. Ibn-Ammar itaque copias Gabalenſibus mittebat, qui profligata Buzii factione, domino ſuo dominium urbis aſſerebant, ipſum ei Buzium in vinculis ad Tripolin adducentes: quem tamen Ibn-Ammar honoris omne cultu proſecutus patri ſuo Damaſcoque reddebat. Ille vero Gabalae prior dominus, cuius paullo ante mentionem



Digitized by Google

واخذوا بوري اسيرا وحملوه الي طرابلس فاحسن اليه ابن عمار وسيره
الي ابيه طغتكين، واما القاضي ابو محمد الذي كان صاحب جبلة
المعروف بابن صليحة المذكور فانه سار بماله واهله الي دمشق ثم الي
بغداد وبها بركيارق، وقد ضاقت الاموال عليه، فاحضره بركيارق وطلب
منه مالا، فحمل ابو محمد ابن صليحة جملة طايلة الي بركيارق *

ذكر احوال الباطنية ويسمّون الاسماعيلية، اول ما عظم امرهم
بعد وفاة السلطان ملكشاه، وملكوا القلاع فمنها قلعة اصفهان وهي
مستحدثة بناها السلطان ملكشاه، وكان سبب بنايها انه كان في
الصيد ومعه رسول ملك الروم، فهرب منه كلب وصعد الي موضع
قلعة اصفهان فقال رسول الروم لملكشاه لو كان هذا الموضع ببلدنا
لبنينا عليه قلعة، فامر السلطان ببنايها وتواردت عليها النوّاب حتي
ملكها الباطنية وعظم ضررهم بسببها وكان يقول الناس قلعة يدلّ
عليها كلب ويشير بها كافر لا بدّ من ان يكون اخرها الي شرّ، ومن
القلاع التي ملكوها الموت وهي من نواحي قزوين، وقيل ان بعض
ملوك الديلم ارسل عقابا الي الصيد فقعد علي موضع الموت، فراءه حصينا
فبني عليه قلعة وسمّاها الراموت ومعناه بلسان الديلم تعليم العقاب،
ويقال

pluralis est nostra vox, reddit per *sexennis* equus. Vnde forte rectius fuerat in Latinis *iuvenum equorum* dare. Sane Meidanius المذكية
من الخيل التي قد اتي عليها بعد قروحها سنة او سنتان
"si de equo dicitur, inquit, est ille, qui unum alterumve annum post absolutam dentitionem transegit." Verum satis probat illud, *si de equo dicitur*, etiam de aliis animalibus posse dici; et in Divan Hudeil. reperio de camelis iuvencis usurpatum.

z) تسومهم *imponunt ipsis ferendum*, ut onus, contemptum. Imputant ipsis, ut

Digitized by Google

faciebamus, Cadi Abu-Muhammed Ibn-Saliha, poſt deditam urbem, cum familia facultatibusque Damaſcum, et inde porro Bagdadum emigrabat; eo ipſo tempore, quo Borkeiaroc ibi profugus et numorum indigus agebat. Cui egregie ſubveniebat ille Cadi; quandoquidem roganti opes ingentes ſubminiſtrabat.

Mentionem Batenitarum, qui etiam alio nomine Iſmaëlitae (251) appellantur, fecimus in ſuperioribus. Veniunt iis nominibus ſceleſti quidam ſicarii, qui poſt mortem Sultani Malicſchahi demum inclaruerunt. Multas inter arces, quas aut vi aut fraudibus adepti ſunt, rapinarum ſuarum conditoria, erat etiam arx Isfahanenſis, admodum fortis, licet recens, et a Malicſchaho primum condita hac occaſione. Vt erat ille venationis amantiſſimus, inſtituebat aliquando, una cum legato Imperatoris Romani, venationem, per quam contingebat, ut venaticus aliquis canis aufugeret, et in eum locum aſcenderet, e quo deinceps illa Isfahanenſis arx excrevit. Contemplatus loci naturam legatus affirmabat, ſe, Romanos, ſi ſua locus ille in terra exiſteret, iamdudum in eo caſtellum exſtruxiſſe. Neque ſurdo canebat fabulam. Curabat enim Sultan arcem ibi protinus erigi, quam multi multas per vices praefecti tenuere, donec Batenitae tandem illa potirentur, ſubiectumque agrum miris modis vexarent. Vnde natum vulgare dicterium: arcem, cuius locus canis indicarit, et quam condi ſuaſerit infidelis, eam non poſſe malum aliquando non parere. Habebant etiam in tractu Cazvinenſe infamem illam arcem Almut, de cuius origine narrant haec, non multum ſuperioribus abſimilia. Nempe falconem ei condendae indicium et occaſionem feciſſe, quem dum Dailomiticus aliquis rex perſequendae praedae immittebat, ibi aiunt conſediſſe. Regem itaque, quum locum munitum et arduum atque inacceſſum deprehenderet, arcem ibi condidiſſe, quam lingua patria Alramut appellarit, hoc eſt inſtitutio et doctrina falconis.

ويقال لذلك الموضع وما يجاوره طالقان ، وكان الحسن بن الصبّاح رجلا شهما عالما بالهندسة والحساب والجبر ⁿ وغير ذلك ، وطاف البلاد ودخل علي المستنصر العلوي خليفة مصر ثم عاد الي خراسان وعبر النهر ودخل كاشغر ، ثم عاد الي جهة الموت فاستغوي اهله وملكوه ، ومن القلاع التي ملكوها قلعة طبس وقهستان o ، ثم ملكوا قلعة وستمكوه وهي بقرب ابهر سنة اربع وثمانين واربعماية واستولوا علي قلعة خالنجان وهي علي خمسة فراسخ من اصفهان وعلي قلعة اردهن p ملكها ابو الفتح ابن اخت الحسن بن الصباح واستولوا علي قلعة كردكوه وقلعة الطنبور وقلعة خلاوخان وهي بين فارس وخورستان ، وامتدّوا الي قتل الامراء الكبار غيلة فخافهم الناس وعظم صيتهم ، فاجتهد السلطان بركيارق علي تتبّعهم وقتلهم وقتل كل من عرف من الباطنية *

وفيها ملك الفرنج مدينة سروج من ديار الجزيرة وقتلوا اهلها وسبوهم * وفيها ملك الفرنج ارسوف بساحل عكا وقيسارية *

ثم

ut dignum ipsorum persona. Et سيمه impositus fuit, oneratus fuit hac re, ut in Divan Hudeil. نسامون الصبوح "inviti cogimur ad potandum." Et apud Meidanium سيم الخداع "imputabatur ipsi, tanquam non alienum ab eius persona, ut pateretur se decipi." Conf. Harir. Conf. V. p. 92. et VI. p. 271.

a) تجرون ذيل الخفض *trahitis syrma mollis vitae.* Frequens Arabibus dictio *trahere syrma rei;* ut apud Haririum Conf. XLIII. فرحت اجر ذيل الطرب واقول يا للعجب "Abibam trahens syrma tripudationis, et dicebam: Ohe miraculi!" Vox الخفض proprie *depressionem* notat; deinde vitam commodam, mollem, lautam, tranquillam;

Generale nomen huic loco et vicinis eſt Talacan, eumque celeber ille Haſan Ibn-es-Sabbah* tenuit. Erat ille vir excitati ingenii, et in matheſi, arithmetica et algebra verſatiſſimus. In longinquis et vaſtis, quae ſuſcepit, itineribus, Miſram quoque venerat ad Moſtanſerum Alidam, ibi Chaliſam [veniamque ab ipſo rogaverat, ipſi factionem apud orientales comparandi]. Inde regreſſus pergebat per Choraſanam et Tranſoxanam ad Caſchgaram usque. Redux inde contendebat in tractum Almutae, eiusque incolas ita faſcinabat, in furorem et ſeditionem ſermonibus incitatos, ut eum ſibi dominum praeficerent. Ad arces, quas illi tenebant, etiam ſpectat, Tabs et Cuheſtan, et arx Vaſtamcuh, prope Abhar, quam accipiebant anno CCCCLXXXIV, item arx Chalanga, quae quinque paraſangis abeſt ab Isfahana. Arcem Azdahan capiebat modo laudati Haſani Ibn-Sabbahi ex ſorore nepos, Abu'l-Fatah. His adde Kerdcuh, Altanbur, Chaluncham, Perſidi atque Chureſtanae interiectam. Vnde patet per tractum terrarum haud exiguum prorepſiſſe iſtud malum. Maximos illi principes aggrediebantur et confodiebant ſubito, [cuius rei non pauca praeſtabit exempla temporum proceſſio]; quo ſui terrorem famamque longe lateque ſpargebant. Laborabat quidem Sultan Borkeiaroc peſtilens illud genus indagare et exſcindere; et ſane quotquot norat et nanciſci poterat necabat; at multum ab eo aberat, ut exſcindere valeret.

Hoc ipſo anno penetrabant Franci in ipſum cor imperii Muſlemici, traiectoque Euphrate occupabant Sarugam, urbem provinciae Deiar-Becri, caedeque in miſeros incolas et rapinis graſſabantur. In littore Accano [ſeu Ptolemaidis] rapiebant ſimiliter Arſufam et Caeſaream. (252)



* Elmacinus eum Moſabbah appellat p. 286, ubi quaedam de hoc viro non vulgaria perhibet.

ثم دخلت سنة خمس وتسعين واربعماية ، ذكر وفاة المستعلي وخلافة الامر ، في هذه السنة توفي المستعلي بامر الله ابو القاسم احمد بن المستنصر معد العلوي خليفة مصر لسبع عشرة خلت من صفر ، وكان مولده في العشرين من شعبان سنة سبع وستين واربعماية ، وكانت خلافته سبع سنين وقريب شهرين ، وكان المدبّر لدولته الافضل بن بدر الجمالي امير الجيوش ، ولما توفي بويع بالخلافة لابنه ابي علي منصور ولقّب الامر باحكام الله ، وكان عمر الامر لما بويع خمس سنين وشهرا واياما ، وقام بتدبير الدولة الافضل بن بدر الجمالي المذكور *

ذكر الحرب بين بركيارق واخيه محمد ، كان بركيارق بواسط ومحمد ببغداد كما تقدم ذكره ، فلما سار محمد عن بغداد سار بركيارق من واسط اليه والتقوا بروذراور q ، وكان العسكران متقاربين في العدّة فتصافقوا فلم يجر بينهما قتال ومشي الامراء بينهما في الصلح ، فاستقرّت القاعدة علي ان يكون بركيارق هو السلطان ومحمد هو الملك ويكون لمحمد من البلاد اذربيجان وديار بكر والجزيرة والموصل ، وحلف كل واحد منهما لصاحبه وتفرّق الفريقان من المصافّ رابع ربيع الاول من هذه السنة ، ثم انتقض الصلح وسار كل منهما الي صاحبه في جمادي الاولي واقتتلوا عند الري وهو المصافّ الرابع وانهزمت عساكر محمد ونهبت خزائنه ومضي محمد في نفر يسير الي اصفهان وتتبّع بركيارق اصحاب اخيه محمد فاخذ اموالهم ، ثم سار بركيارق وحاصر اخاه محمدا باصفهان وضيّق عليه وعدمت الاقوات في اصفهان ودام الحصار علي محمد الي عاشر ذي الحجة فخرج محمد من اصفهان هاربا مستخفيا ، فارسل بركيارق خلفه

Anno CCCCXCV [qui die Octobr. 25. A.C. 1101 coepit] decedebat Moſtaala beamr allah Abu'l-Caſem Ahmed, filius Moſtanſeri Maaddi, Chalifa Miſrenſis, Alida, decimo et octavo die ſecundi menſis, poſt geſtum per ſeptem annos duoque propemodum menſes Chalifatum, ſub directione Aftali, filii Bedri Gamalici, Emir el-Goiuſch. Natus fuerat anno CCCCLXVII menſis octavi die vigeſimo. Succedebat ei filius Abu-Ali Manſur (253), ſub titulo Ameri beahkam allah [ſeu iubentis leges divinas obſervari], natus tum annos quinque cum diebus aliquot et triginta, eodem Aftalo regnum procurante.

Haec in Aegypto. Videamus etiam, quid in Iraca contigerit. Reliquimus paullo ante Borkeiarocum quidem Vaſetae, fratrem eius Muhammedem vero Bagdadi. Inde movebat unus adverſus alterum, et concurrebant apud Rudravar cum copiis numero paene aequalibus. Iam ad pugnam ſpectabant omnia; iam in acies explicati et inſtructi exercitus ſtabant in mutuo conſpectu. Ad manus tamen hoc tempore deventum non fuit, intercedentibus Emiris utriusque partis; ſed pax conciliabatur eo pacto, ut Borkeiaroc ſplendidiore titulo Sultanus audiret, Muhammed ſimpliciter Malec [ſeu dux] ſalutaretur, additis provinciis Aderbigana, Deiar-Becr et Gazira [ſeu Meſopotamia]. Poſt dictum utrinque hanc in formulam ſacramentum, diſcedebant copiae de arena bellica, die quarto tertii menſis huius anni. Sed vix poterat illa pax duo menſes obtinere. Fratres enim quinto anni menſe denuo concurrebant, idque quarta vice, apud Raiam. Eo praelio fuſus et caſtris exutus fuit Muhammed, et coactus cum exigua manu ſe Isfahanam recipere. Quo eum Borkeiaroc perſequebatur, quos norat omnes illi adhaeſiſſe acriter ſcrutatus probe expilabat, ipſumque tandem fratrem tam arcte cingebat obſidione, ut Muhammed, poſt conſumtum omnem commeatum clam ignoto in habitu Isfahana deberet aufugere; quod decimo die ultimi menſis huius anni tam benigna cum fortuna fecit, ut

Digitized by Google

خلفه عسكرا فلم يظفروا به ، ثم رحل بركيارق عن اصفهان ثامن عشر ذي الحجة من هذه السنة وسار الي همذان *

ذكر احوال الموصل ، في هذه السنة مات كربوغا بخويّ من اذربيجان كان قد امره بركيارق بالمسير اليها فمات في خويّ في ذي القعدة واستولي علي الموصل موسي التركماني ، وكان عاملا لكربوغا علي حصن كيفا ، فكاتبه اهل الموصل ، فسار وملك الموصل ، وكان صاحب جزيرة ابن عمر رجل تركي اسمه شمس الدولة جكرمش ، فبادر موسي الي الموصل وحصره جكرمش بها مدة طويلة ، فاستعان موسي بسقمان بن ارتق (وكان سقمان بديار بكر) واعطاه حصن كيفا ، فاستمر الحصن كيفا لسقمان واولاده الي اخر وقت ، فسار سقمان اليه ، فرحل جكرمش عن الموصل ، وخرج موسي للقاء سقمان ، فوثب علي موسي جماعة من اصحابه فقتلوه عند قرية تسمي كواثا ودفن علي تلّ هناك يعرف بتلّ موسي الي الان ، ورجع سقمان الي حصن كيفا ، ثم رجع جكرمش صاحب الجزيرة الي الموصل وحصرها ثم تسلمها صلحا وملك جكرمش الموصل واحسن السيرة فيها *

ذكر ما فعله الفرنج لعنهم الله تعالي وقتل جناح الدولة ، في هذه السنة سار صنجيل الفرنجي في جمع قليل وحصر ابن عمار بطرابلس ، ثم وقع الصلح علي مال حمله اهل طرابلس اليه ، وسار صنجيل الي انطرطوس ففتحها وقتل من بها من المسلمين ، ثم سار صنجيل وحصر حصن

quillam; desumta metaphora ab incessu depresso, sedato, commodo, ad otium et animi lubitum composito, qui etiam الخفض *depressio, destrictio*, appellatur; quemadmodum e contrario incessus incitatus, altus, arduus, ad summum adactus الرفع *altitudo* dicitur.

Digitized by Google

ut perſecutores ſubmiſſos eluderet. Borkeiaroc inde, abrupta obſidione, Hamadanam ibat.

Hoc anno mutabat Mauſela dominos. Corbuga enim, qui hactenus ei dominatus fuerat, apud Chovaiam, urbem Aderbiganeam, quo eum Borkeiarok ire iuſſerat, vitam cum morte commutabat, menſe huius anni penultimo. Suum inde principatum offerebant Mauſelenſes alicui Turcomano, Muſa [ſ. Moſi] dicto, quem Corbuga quondam Heſn Caifae ſuo nomine praefecerat. Suſcipiebat ille regimen oblatum, et propere aderat. Schams-ed-daula Gekermiſch (254) enim, gente Turca, dominus Gezirat Ebn-Omar, praevenire illum ſtudebat, et, quum ſero ſe veniſſe intelligeret, obſidebat eum in nova urbe. Muſa, quum tandem diuturnae non ſufficeret obſidioni, Socmanum vocabat opitulatorem, Ortoki filium, qui, ex quo tempore Hieroſolymis everſus fuerat, qua de re ſupra diximus, in Deiar-Becr verſabatur; eique in operae pretium Heſn Caifam, veterem ſuam provinciam, permittebat; unde factum, ut iſtius Socmani gens etiam hodienum in Heſn Caifa regnet. Aderat Socman, et ſentiebat Gekermiſch, obſidionem Mauſelae omittendam ſibi eſſe. Liberatus itaque Muſa Socmano gratias acturus eumque hilariter accepturus obviam ibat. Verum a quibusdam praetorianorum ſuorum cadebat apud vicum Cavata, et in proximo colle ſepeliebatur, qui adhuc ab eo nomen habet Tal Muſa [ſeu tumulus Moſis]. Socman inde repetebat Heſn Caifam: Gekermiſch autem obſidebat Mauſelam denuo, et tandem data fide nactus comiter habuit, et, qua decet bonum principem, moderatione rexit.

Hoc anno profecerunt Franci, ſceleſti gens, in occupanda Syria. Sangil (255) cum parva manu obſidebat Tripolin et in ea Ibn-Ammarum. Dein opibus placatus a Tripolitanis et averſus Antartuſam expugnabat, et incolas Muſlemos omnes trucidabat. Inde admovebat obſidionem Heſn el-Acrad [ſeu caſtello Curdorum] quam cupiens liberare Ganah-ed-daula, dominus

حصن الاكراد ، فجمع جناح الدولة صاحب حمص عسكرا ليسير اليه ، فوثب باطني علي جناح الدولة وهو بالجامع فقتله ، فلما بلغ صنجيل قتل جناح الدولة رحل عن حصن الاكراد الي حمص فنازلها وملك اعمالها *

وفيها قتل المؤيد بن مسلم بن قريش امير بني عقيل قتله بنو نمير عند هيت *

وفيها توفي الامير منطور بن عمارة الحسيني امير مدينة النبي واقام ولده مقامه ، وهم من ولد المهنّا *

ثم دخلت سنة ست وتسعين واربعماية ، في هذه السنة في جمادي الاخرة كان المصافّ الخامس بين الاخوين بركيارق ومحمد ابني ملكشاه ، فانهزم عسكر محمد ايضا وكانت الوقعة علي باب خوّي ، وسار بركيارق بعد الوقعة الي جبل بين مراغة وتبريز كثير العشب والماء ، فاقام به اياما ، ثم سار الي زنجان ، واما محمد فسار الي ارجيش علي اربعين فرسخا من موضع الوقعة وهو من اعمال خلاط ، ثم سار من ارجيش الي خلاط *

ذكر ملك دقاق الرحبة ، فيها سار دقاق بن تتش بن البارسلان صاحب دمشق الي الرحبة فاستولي عليها وقرّر امرها ثم عاد الي دمشق *

ثم دخلت سنة سبع وتسعين واربعماية ، فيها استولي بلك بن بهرام بن ارتق بن اكسك وهو ابن اخي سغمان وايلغازي علي مدينتي عانة والحديثة ، وكان لبلك المذكور سروج ، فاخذها منه الفرنج ، فسار واستولي علي عانة والحديثة واخذهما من بني يعيش بن عيسي *

وفيها

Emessae, cogebat exercitum. At eum in his occupatum Batenita quidam die quodam Veneris in ipso [Emesseno] templo confodiebat. Quo casu audito Sangil protinus omisso Curdorum castro castra Emessae admovebat, totumque illi circumpositum agrum occupabat.

Eodem perimebant Arabes Nomairitae apud Hitam Movaiiedum, filium Muslemi, filii Coraischi, principem Ocailitam.

Eodem obiit Mantur, filius Omarae, per Hosainum Alida, Emirus Medinat en-Nabi [seu urbis prophetae]. Succedebat ei filius, ex patris voluntate. Pertinent illi ad gentem Mahanna.

Anno CCCCXCVI [qui coepit A.C. 1102 die Octobr. 15.] idque sexto mense quintus editus fuit inter fratres, Borkeiarocum et Muhammedem, conflictus, sub ipsis Chovaiae moeniis; quo factus iterum victor Borkeiaroc, hoste discusso, in montem aliquem, Marragae et Tebrizo interpositum, gramine et aquis abundantem, concedebat, ibique moratus per aliquot dies, pergebat porro Zenganam. Victus autem Muhammed Argischam, urbem nomi Challateni, quadraginta parasangis a campo bellico distantem, et inde Challatam ipsam petebat.

Alius Selgukida, Damasci dominus, Duccac, Tanaschi filius, filii Alp Arslani, occupabat Rahabam hoc anno, et rebus ibi constitutis repetebat Damascum.

Anno CCCCXCVII [qui die 4 Octobr. A. C. 1103 coepit] occupabat Anam et Haditam, duas urbes, Balac, filius Baharami, filii Ortoki, filii Acsaki; adeoque Socmani et Ilgazii ex fratre nepos. Olim ille Sarugam possederat: verum inde a Francis excussus, ut paullo ante dicebamus, excutiebat vicissim possessione sua gentem Iaischi, filii Isae.



Digitized by Google

وفيها في صفر اغارت الفرنج علي قلعة جعبر والرقة واستاقوا المواشي واسروا من وجدوه ، وكان الرقة وقلعة جعبر لسالم بن مالك بن بدران s) بن المقلد بن المسيب العقيلي سلمهما t) اليه السلطان ملكشاه كما تقدم ذكره في سنة تسع وسبعين واربعماية لما تسلم منه حلب *

ذكر الصلح بين السلطان بركيارق ومحمد ابني ملكشاه ، في هذه السنة في ربيع الاول وقع الصلح بين بركيارق ومحمد ، وكان بركيارق حينيذ بالري والخطبة له بها وبالجبل وطبرستان وفارس وديار بكر والجزيرة والحرمين الشريفين ، وكان محمد باذربيجان والخطبة له بها وببلاد سنجر (فانه كان يخطب لشقيقه محمد) والي ما وراء النهر ، ثم ان محمدا وبركيارق تراسلا في الصلح واستقر بينهما وحلفا علي ذلك في التاريخ المذكور ، وكان الصلح علي ان لا يذكر بركيارق في البلاد التي استقرت لمحمد وان لا يتكاتبا بل تكون المكاتبة بين وزيريهما وان لا يعارض العسكر في قصد ايهما ساء ، واما البلاد التي استقرت لمحمد ووقع عليها الصلح فهي من النهر المعروف باسبيذر u) الي باب الابواب وديار بكر والجزيرة والموصل والشام ويكون له من بلاد العراق صدقة بن مزيد ، ولما وصلت الرسل الي المستظهر الخليفة بالصلح وما استقر عليه الحال خطب لبركيارق ببغداد ، وكان شحنة بركيارق ببغداد ايلغازي بن ارتق *

ذكر

s) دمي *pulchrae feminae*. Eſt plur. a ſing. دمية Proprie notat *idolum* vel *ſtaturam* ex marmore, aut ebore, aut argento; et metaphorice dein de *feminis* dicitur. Ita habet Haririus Conſ. XLV.

مثل

Eiusdem anni ſecundo menſe impetebant Franci arcem Gabari, et urbem Raccam incurſione, gregesque numeroſos armentorum et, quotquot hominum opprimerent, captivos abigebant. Pertinebat uterque locus ad Salemum filium Maleki, filii Badrani, filii Mocalledi, filii Moſaiiebi, Ocailitam: quippe qui a Sultano Malicſchaho, pro tradita viciſſim Halebo, acceperat, ut ad an. CCCCLXXIX monuimus.

Menſe huius anni tertio coaleſcebat tandem pax inter Borkeiarocum et Muhammedem; quorum ille tum Raiae reſidebat, ubi etiam vota pro ipſius ſalute fiebant, uti et per totam regionem montanam, et Tabareſtanam et Perſidem et Deiar-Becr, et Gaziram [ſeu Meſopotamiam], et duas ſacras urbes [ſeu Meccam et Medinam]: Muhammed vero agebat in Aderbigana, ubi obſequium ipſi praeſtabatur, ut et in ditione Sangari, fratris eius germani et uterini, hoc eſt, per Choraſanam ad ipſam usque Tranſoxanam. Concluſa tandem in hunc modum fuit pax, poſt frequentes ultro citroque oratorum commeatus, dictoque tempore ſacramentis confirmata, ne in ditione Muhammedi per eam pacem attributa promulgaretur Borkeiaroki nomen, ſed ſolus regnaret Muhammed. Item ne fratres ipſi litteras ad ſe darent, ſed, ſi quid ipſos intercederet negotii, amborum Veziri ſcriptis id inter ſe agitarent. Vt tandem libera militibus eſſet facultas, ſervitium ſuum, cuicunque fratrum mallent, addicendi. Regiones autem, quae Muhammedi per iſtam pacem accedebant, erant omnia fluvio Aſpidaz et Bab-el-Abvab [ſeu Derbendae, vel pylis Caſpiis] interiecta, et Deiar-Becr, et Gezira [Meſopotamia], et Syria, una cum illa Iracae particula, quam Sadaca Maziadita tenebat. Nactus itaque Moſtadher Chalifa notitiam horum articulorum, per quos Iraca Borkeiaroco cedebat, iubebat ipſi porro conſtanter pia vota Bagdadi, tanquam legitimo Sultano, dici. Schehnah [ſeu praetor] Borkeiaroki apud auguſtam urbem tum erat Ilgazi, filius Ortoki.



Digitized by Google

ذكر ملك الفرنج جبيل وعكا من الشام ، في هذه السنة سار صنجيل وقد وصله مدد الفرنج من البحر الي طرابلس وحاصرها برًّا وبحرا فلم يجد فيها مطمعا ، فعاد عنها الي جبيل وحاصرها وتسلّمها بالامان ، ثم سار الي عكا ووصل اليه من الفرنج جمع اخر من القدس وحصروا عكا في البر والبحر ، وكان الوالي بعكا من جهة خليفة مصر اسمه بنا ولقبه زهر * الدولة الجيوشي نسبة الي امير الجيوش ، وجري بينهم قتال طويل حتي ملك الفرنج عكا بالسيف وفعلوا باهلها الافعال الشنيعة ، فهرب من عكا بنا المذكور الي الشام ثم سار الي مصر ، وملوك الاسلام مشتغلون اذ ذاك بقتال بعضهم بعضا وقد تفرّقت الاراء واختلفت الاهواء وتمزّقت الاموال ، ثم ان الافرنج قصدوا حران ، فاتفق جكرمش صاحب الموصل وسقمان بن ارتق ومعه التركمان فتحالفا واتفقا فقصدا الفرنج واجتمعا علي الخابور والتقيا مع الفرنج علي نهر البليخ فنصّر الله تعالي المسلمين وانهزمت الفرنج وقتل منهم خلق كثير واسر ملكهم القومص *

ذكر

مذ نبا الدهر هجرت الدما هجران عفّ اخذ حذره ،
"Ex quo resiliit fortuna secunda a me, fugi idola [mulieres], eo modo, ut eas fugere solet abstemius, sibi cautus."
vbi Schol. جمع دمية وهي الصورة من الرخام ويكني بها عن النساء
Etymologiam huius vocis tradit Tebrizius ad Hamasam: الدمية الصورة ، وانما قيل لها ذاك لانها كان تصور في اول الامر بالحمرة فكانها اخذت من الدم "Appellatae sunt statuae دمية quia initio pictoriae statuas pingebant rubro colore, ut veluti de دم sanguine desumtae, sanguineae, viderentur." Satis grammatice, hoc est frigide.

Hoc anno tentabat Sangil Francus, acceptis per mare novis [ex Europa] ſubſidiis, Tripolin Syriacam, eamque acriter terra marique urgebat: tandem tamen intelligens, omnem ſuum laborem fruſtraneum eſſe, Gobailam* ſe convertebat, et data fide occupabat. Auctus deinceps recente Francorum Hieroſolymitanorum ſupplemento impetebat Accam [ſeu Ptolemaidem] terra marique, et, poſt commiſſum cum oppidanis grave praelium, intrabat urbem cum Francis ſuis armata manu, foedisque et crudelibus modis tractabat incolas. (256) Bana per Syriam Miſram repetebat. Id erat nomen illi, qui hactenus Acconem nomine Chalifae Miſrenſis rexerat. Alias etiam Zahr-ed-daula [ſeu flos dynaſtiae] Goiuſchicus appellabatur; iſtud erat titulus honoris, hoc gentile nomen, inde ipſi inditum, quod olim Emir-el-Goiuſchi mancipium fuerat. Haec ita fieri ſocordes patiebantur Muſlemici principes, inteſtinis diſtricti bellis, conſiliis et ſtudiis diverſi, opesque in inane profundentes. Francis tandem Harranam impetentibus, conſpirabant Gekermiſch, Mauſelae dominus, et Socman, Ortoki filius [dominus Heſn-Caifae], cui Turcomani adhaerebant; eoque ſe viciſſim obſtringebant, dicto ſacramento, ut Francos commune de conſilio iunctisque viribus arcerent et pro virile ſua contunderent; eaque mente contendebant adverſus hoſtem, cum quo prope Chaburam concurrebant. Inde conflictum fuit apud Nahr [ſeu fluvium] Balich tanta cum ſecunda fortuna Muſlemorum, quibus adſpirabat divina gratia, ut Francos magna clade lacerarent et funderent, eorumque principem, Cumas [ſeu Comitem**] dictum, inter captivos acciperent.

Eiusdem

* Ad ann. 499 Gabalam vel Giblam nominat.

** Intelligitur Balduinus de Burgo. Vid. Geſta Dei per Francos pag. 792. 793. Dimiſſus demum fuit a. 1109 et anno 1118. Succeſſit Balduino I. in regnum Hieroſolymitanum. Succincte more ſuo ſic narrat Oliverius Schol. p. 1361. »Eodem

ذكر وفاة دقاق ، في هذه السنة في رمضان توفي الملك دقاق بن تتش بن الب ارسلان بن داود بن ميكايل بن سلجوق صاحب دمشق ، فخطب طغتكين الاتابك لابن دقاق وكان طفلا له سنة واحدة ، ثم قطع خطبته وخطب لبلتاش بن تتش عم هذا الطفل في ذي الحجة ، ثم قطع خطبة بلتاش واعاد خطبة الطفل واستقرّ طغتكين في ملك دمشق *

فيها سار صدقة بن مزيد صاحب الحلّة الي واسط واستولي عليها وضمن الخطبة لمهذب الدولة بن ابي الخير بخمسين الف دينار *

وفيها توفي امين الدولة ابو سعيد الحسن بن موصلايا فجاة وكان قد اضرّ وكان بليغا فصيحا خدم الخلفاء خمسا وستين سنة ، لانه خدم القايم سنة اثنين وثلثين واربعماية ، وكان نصرانيا فاسلم سنة اربع وثمانين واربعماية وكان كل يوم تزداد منزلته حتي

*c*) وتغضي scil. اعينهم, vel جفونهم *comprimant oculos*, vel *palpebras ſuas ſuper vilitatem*, *humilitatem*. Palpebras ſuper aliqua re, ſuper feſtuca, comprimere, dicunt Arabes pro, rem, quamvis ingratam, patienter tamen tolerare.

*d*) يذودوا scil. العدو *depellant hoſtem a religione.* Integre extulit Abulola in illo:

سفاه ذاد عنك الناس حلم ، وغيّ فيه منفعة رشاد ،

"Stoliditas et ferocia, quae homines a te abigit, eſt manſuetudo; et error, in quo tibi bene eſt, eſt veri et recti via."

*e*) حمية *ex nobile iniuriarum dedignatione.* انفة. Ita interpretatur Scholiaſtes meus ad Corani Suram XLVIII. 26. Proprie eſt *praeferuide*, quando alicuius bilis efferveſcit. Habebimus deinceps ſaepius; ubi paſſim verti *praeferuide et rapide.*

*f*) كوهرديين Infra eſt كوهراتين *g*) الموصل Quaedam deſunt.

Digitized by Google

Eiusdem anni nono menſe vivis excedebat Malec Duccac, filius Tanaſchi, filii Alp Arſlani, filii Davudi, filii Michaëlis, filii Selguki, dominus Damaſci. Cuius filio Togtekin primum quidem profitebatur clientelam; deinde vero, menſe ultimo huius anni, omittebat id officium, (erat enim ille puer unius tantummodo anni) curabatque pueruli patruo, Baltaſcho, Tanaſchi filio, vota praeſtari. Sed et hunc repudiabat aliquando poſt Togtekin, et reducebat in uſum infantis nomen, eaque ratione agens omnia ex auctoritate ſua, gradum firmabat in principatu Damaſceno.

Eodem impetebat et occupabat Vaſetam dominus Hellae, Sadaca, de gente Maziadi, ſpondebatque Mohaddeb-ed-daulae,* filio Abu'l-Chairi, pro Chotba [ſeu iure homagii], tributi nomine, aureorum quinquaginta millia.

Eodem obiit Amin-ed-daula** Abu-Said Haſan Ibn-Mauſelaia, derepente, iam ex aliquo tempore coecus, vir eloquens, purique et perſpicui ſermonis, qui per ſexaginta et quinque annos Chalifis variis ſervierat ab anno inde CCCCXXXII, quo primum Caiemus ipſo uſus eſt. Chriſtianiſmum, quem olim profitebatur, mutabat tandem anno CCCCLXXXIV Iſlamiſmo: ad maiores

»Eodem anno [nempe 1103] commoti ſunt Parthi et Medi et qui habitant Meſopotamiam ad Chriſtianos perdendos, et praelio commiſſo cum eis iuxta Racha victi ſunt Chriſtiani, et amplius quam in anterioribus praeliis confuſi. Nam in illo praelio capti fuerunt Balduinus comes Edeſſanus et Goſelinus cum archiepiſco eius loci. Boamundus autem et Tancredus per avia fugientes evaſerunt ſalvi.« *R.*

* Neſcio quis hic ſit, aut quae eius cum his rebus connexio. Eſtne dominus Batihae, ſeu Lacuſtrium? Sed quid illi iuris in Vaſetam, quae ad Selgukidas pertinebat? Eſtne de Buidarum gente reliquus aliquis?

** Hic titulus ad verbum indicat *fidum aulae* vel *imperii*, ſeu, cuius fidei imperium tanquam carum pignus aſſervandum committitur.



Digitized by Google

حتي تاب عن الوزارة ، وكان كثير الصدقة جميل السيرة ووقف املاكه علي وجوه البرّ ☼.

ثم دخلت سنة ثمان وتسعين واربعماية ، ذكر وفاة بركيارق ، في هذه السنة توفي السلطان بركيارق بن ملكشاه ابن الب ارسلان بن داود بن ميكايل بن سلجوق ، وكان مرضه السلّ والبواسير وكان باصفهان فسار طالبا بغداد ، فقوي به المرض في بروجرد ، فجمع العسكر وحلّفهم لولده ملكشاه وعمره حينيذ اربع سنين وثمانية اشهر وجعل الامير اياز u اتابكه ، فحلف العسكر له وامرهم بالمسير الي بغداد وتوفي بركيارق ببروجرد ونقل الي اصفهان ودفن بها في تربة عملتها له سريته ثم ماتت عن قريب فدفنت بازايه ، وكان عمر بركيارق خمسا وعشرين سنة ، وكانت مدّة وقوع السلطنة عليه اثني عشرة سنة واربعة اشهر ، وقاسي من الحروب واختلاف الامر عليه ما لم يقاسيه احد ، فاختلفت به الاحوال بين رخاء وشدّة وملك وزواله واشرف عدّة مرار علي ذهاب مهجته في الامور التي تقلبت به ، ولما استقام الامر له واطاعه المخالفون ادركته منيته ، واتفق

h) جزلة C. L. جدلة i) فيه forte delendum.

k) صاحب deest in C. L. Forte plura desunt.

l) بوري Sic fere semper noster. Alii constanter بوزي Plures secutus sum.

m) بن num delendum? n) والحجر C. L. والحر

o) Forte طبسين قوهستان p) ازبهن C. L. اربهن

q) برونراور C. L. بردراور r) فمادر C. L. فعاد

s) بدران C. L. بدر t) سلمها C. L. تسلمها

Digitized by Google

maiores afcendebat honorum gradus in dies, et ad ipfum tandem Veziratum, quem ipfe fponte fua deinceps ponebat, miffa rerum civilium cura deo fe facrisque ftudiis dicans. Vt ceteris praeftabat pulchris artibus, ita erat erga indigos egregie munificus, moriensque legabat omnem fuam facultatem piis ufibus.

Anno CCCCXCVIII [qui die 22 Sept. A. C. 1104 coepit] obibat Sultan Borkeiaroc, filius Malicfchahi, filii Alp Arflani, filii Davudi, filii Michaelis, filii Selguki; ex phthifi et haemorrhoidibus,* ipfo in itinere, quod ex Isfahana Bagdadum verfus inftituerat. Nam invalefcens morbus eum Borugerdae atttinebat; quapropter fentiens fibi finem inftare, convocabat duces et caftra, eosque in obfequium et fidem filii fui, Malicfchabi, tum quatuor annos et octo menfes nati, adigebat, eique Atabekum [feu tutorem et rectorem] imponebat Emirum Ajazum.** Dicto facramento iubebat milites recta Bagdadum contendere, et ipfe Borugerdae fpiritum reddebat. Cadaver tamen Isfahanam revectum tumulabatur in monumento, quod eius pellex ipfi condiderat, et in quo ipfa quoque, paullo poft mortua, ex eius regione deponebatur. Borkeiaroc annum aetatis agebat vigefimum quintum, auguftumque Sultani nomen per annos duodecim et quatuor menfes gefferat. Per quod temporis fpatium fortunam expertus eft tam adverfam et turbidam et inconftantem, quam alius nullus: modo mollibus et amplis gaudebat rebus; modo duras et anguftas tolerabat: modo excidebat regno. faepe quoque de vitale fpiritu periclitabatur inter tot contrarias rerum fuarum iactationes. Quum tandem adverfarios in ordinem coegiffet, firmisque fulfiffet praefidiis imperium, et in eo effet, ut fructum laborum, otium perciperet, fato fuccumbebat.

 Me-

* Videtur hic aut fluxus, fic dictus, hepaticus, aut, qui fere idem eft, fluxus haemorrhoidalis fcorbuticus, defignari.

** Elmacinus p. 296 pro Malicfchaho, nomine, titulum Gelal-ed-daulae; pro Ajazo Eiadum habet.

Digitized by Google

واتفق انه كلما خطب له ببغداد وقع فيها الغلاء ، وقاسي من طمع امرايه فيه شدايد حتي انهم كانوا يحصرون نوّابه ليقتلوهم ؛ وكان صابرا حليما كريما حسن المداراة كثير التجاوز ، لما مات بركيارق سار ايازر بالعسكر ومعه ملكشاه بن بركيارق ودخلوا بغداد سابع عشر ربيع الاخر من هذه السنة وخطب لملكشاه ببغداد علي قاعدة ابيه بركيارق *

ذكر قدوم السلطان محمد الي بغداد ، لما بلغ محمدا موت اخيه بركيارق سار الي بغداد ونزل بالجانب الغربي ، وبقي ايازر وملكشاه بالجانب الشرقي ، وجمع ايازر العسكر لقتال محمد ، ثم ان وزير ايازر اشار عليه بالصلح ومشي بينهما ² واتفق الصلح وحضر الكيا الهراس مدرّس النظامية والفقهاء وحلّفوا محمدا لايازر وللامراء الذين معه ، وحضر ايازر والامراء الي عند محمد واحضروا ملكشاه فاكرمه واكرمهم ، وصارت السلطنة لمحمد ، وكان ذلك لسبع بقين من جمادي الاولي من هذه السنة ، واستمر الامر علي ذلك الي ثامن جمادي الاخرة ، فعمل ايازر دعوة عظيمة للسلطان محمد في داره ببغداد ، فحضر اليه وقدّم له ايازر اموالا عظيمة ، وفي ثالث عشر جمادي الاخرة طلب السلطان ايازا واوقف له في الدهليز جماعة ، فلما دخل ضربوه بسيوفهم حتي قتلوه ، وكان عمر ايازر قد جاوز اربعين سنة وهو من جملة مماليك السلطان ملكشاه ،

وكان

v) باسبيدنر Num recte?

x) زهر C. L. زهد   y) ايازر C. L. ايان

z) بينهما Forte فيها deest.

Digitized by Google

Memorabile, toties annonae caritatem Bagdado incubuiſſe, quoties ibi nomen eius [poſt aliquod anarchiae intervallum denuo] ſollemniter recitabatur. Luctandum ipſi non cum ſolis profeſſis adverſariis erat, ſed et cum ipſis copiarum ſuarum ducibus; qui eo non ſemel procedebant audaciae, ut procuratores [aut quaeſtores] eius obruerent, et ad ſupplicium requirerent. Quae ille adverſa et ingrata omnia patientia, manſuetudine, potiore iniuriis animi celſitudine, blanditiis, miraque diſſimulandi peritia vincebat. Eo mortuo ibat Ajaz Atabek cum copiis, et puero principe, Malicſchaho, Bagdadum, eoque veniebant die decimo ſeptimo quarti menſis huius anni. Sacramentum ibi Malicſchaho quidem dicebatur eodem modo, atque patri eius, Borkeiaroco, dictum antea fuerat. Verum haud diu.

Nam Sultan Muhammed, qui Sultanatus gratia tot moleſtias et pericula cum fratre, Borkeiaroco, adierat, accepta de iſtius obitu fama, Bagdadum properabat, urbemque occupabat occidentalem, Ajazo, cum ſuo puero, alteram, orientalem, tenente, et iam pugnae ſe accingente. Vezirus tamen eius intercedebat, pacem ſuadens, et ſedulitate ſua concilians, ita ut, teſtibus et ſponſoribus Caia Harraſo, profeſſore collegii Nattamici, ceterisque fakihis urbis auguſtae, Muhammed Sultan, tam Ajazo, quam reliquis, qui cum ipſo erant, ducibus, ſecuritatem omnem promitteret. Quo facto Ajaz cum ſuo parvulo Malicſchaho, ad huius patruelem, Muhammedem, unaque cum ceteris Borkeiaroki ducibus, accedebat; quos omnes Muhammed honorifice accipiebat; qui hoc modo paternum Sultanatum absque controverſia paene integrum nanciſcebatur die vigeſimo tertio quinti menſis. Sexti menſis octavo die excipiebat Ajaz ſplendido convivio, domi ſuae, ſplendidisque cumulabat muneribus Muhammedem. Hic viciſſim arceſſitum illum ad ſe, die decimo tertio eiusdem menſis, tollebat gladiis in veſtibulo ſubornatis, natum tunc annos quadraginta, virum fortem, et egregiae morum ſuavitatis,

 unum

Digitized by Google

وكان غزير المروة شجاعا ، وامسك الصفي وزير اياز وقتل في رمضان وعمره ست وثلثون سنة وكان من بيت رياسة همذان *

ذكر وفاة سقمان ، في هذه السنة توفي سقمان بن ارتق بن اكستب (كذا ذكره ابن الاثير بالباء a وصوابه اكسك بالكافين ذكر ذلك ايضا ابن خلكان) ، وكان وفاة سقمان في القريتين لانه كان متوجها الي دمشق باستدعاء طغتكين بسبب الفرنج ليجعلهم مقابلتهم بحكم b مرض طغتكين ، فلحق سقمان الخوانيق في مسيره وتوفي في القريتين في صفر من هذه السنة واقام ابنه ابراهيم موضعه ، وحمل سقمان في تابوت الي حصن كيفا فدفن به ، ولما مات سقمان كان مالكا لحصن كيفا وماردين ، اما ملكه لحصن كيفا فقد ذكرنا ذلك وصورة تسليم موسي التركماني صاحب الموصل الحصن له لما استنجد به علي جكرمش ، واما ملكه ماردين فنحن نورده من اول الحال ، فهو ان ماردين كان قد وهبها هي واعمالها السلطان بركيارق لانسان مغنّ ، ووقع الحرب بين كربوغا صاحب الموصل وبين سقمان ، وكان مع سقمان ابن اخيه ياقوتي وعماد الدين زنكي بن اقسنقر وهو اذ ذاك صبي ، فانهزم سقمان واخذ ابن اخيه ياقوتي اسيرا فحبسه كربوغا في قلعة ماردين ، وبقي ياقوتي في حبسه مدة ، فمضت زوجة ارتق الي كربوغا وسالته في اطلاق ابن ابنها ياقوتي ، فاجابها كربوغا الي ذلك فاطلقه ، فاعجبت

a) بالباء Sic exftat in C. L.

b) بحكم *propter* pr. per rationem. Inclinantis aetatis formula, quam apud antiquos illos reperiri non putem.

Digitized by Google

unum de mancipiis olim Malicschahi. Hoc Ajazo itaque ſublato iubebat Muhammed eius Vezirum, Safium [ſeu Safi-ed-dinum], in carcerem migrare, et poſtea menſe nono tolli, natum annos triginta ſex, et a Raiſis Hamadanenſibus oriundum.

Eodem obiit Socman, filius Ortoki, filii Acſaki, ut cum aliis recte habet Ibn-Chalican, non Acſati, quod male monſtrat Chronicon Ibn-el-Atiri, unde hunc articulum habemus. Periit ille vir apud Cariatain [ſeu duo oppida, oppidum ſic dictum] ex angina, in itinere Damaſcum verſus inſtituto, quo eum Togtekin exciverat, qui, quod ipſe nequibat ob morbum Francis urbi ſuae minitantibus reſiſtere, volebat ipſis hunc Socmanum opponere. Sed intercedebat huic conſilio viri fatum. Cadaver eius in Heſn Caifam transferebat ibique condebat eius filius, et in iſta quidem urbe ſucceſſor, Ibrahim. Maredinam enim, quae Socmani quoque fuerat, frater eius, Ilgazi, occupabat, eiusque poſſeſſionem ad liberos ſuos deinceps transmittebat, qui etiamnum tenent, anno quo haec ſcribimus, DCCXV. Supra iam narravimus, qua ratione Socman a Muſa Turcomano, domino Mauſelae, Heſn Caifam acceperit, quum is auxilium noſtri adverſus Gekermiſchum imploraret. Sed Maredinam quomodo ceperit, nunc exponendum nobis eſt. Donaverat olim Sultan Borkeiaroc Maredinam urbem cum ſuis praeturis alicui pſaltae. Inciderat interea bellum inter Corbugam, Mauſelae dominum [antequam Muſa Turcomanus ea potiretur,] et inter Socmanum. Habebat hic in caſtris praeter Emad-ed-dinum Zenkium, tum admodum adhuc iuvenem, ſui quoque fratris filium, Iacutium; quem Corbuga, e praelio, quo Socmanum vicerat, captivum nactus, cuſtodiendum in arce Maredinenſe deponebat; tandem tamen, interiecto tempore poſt, dimittebat inde, precibus aviae eius permotus, uxoris Ortoki, quae ad Corbugam accedens nepotis ſui libertatem rogabat. Interim placuerat huic Iacutio Maredina adeo, ut iam dimiſſus offerret pſaltae, Maredinenſis

فاعجبت ياقوتي ماردين وارسل يقول لصاحبها المغنّي ان اذنت لي
سكنت في ربض قلعتك وجلبت اليها الكسوبات وجمعتها من
المفسدين ويحصل لك بذلك النفع ، فاذن له المغني بالمقام في
الربض ، فاقام ياقوتي بماردين وجعل يغير من باب خلاط الي
بغداد ويستصحب معه حفّاظ القلعة ويحسن اليهم ويوثرهم علي
نفسه ، فاطمانّوا اليه فسار مرة ونزل معه اكثرهم فقبضهم وقيّدهم
واتي c الي باب قلعة ماردين ، ونادي من بها باهليهم فقال ان
فتحتم الباب وسلّمتم اليّ القلعة ، والاّ ضربت اعناقهم جميعهم ،
فامتنعوا ، فاحضر واحدا منهم وضرب عنقه ، ففتحوا له باب القلعة
وتسلّمها ياقوتي واقام بها ، ثم جمع ياقوتي جمعا وقصد نصيبين
ولحقه مرض حتي عجز عن لبس السلاح وركوب الخيل وحمّل
علي فرسه وركّبه ، فاصابه سهم فسقط ياقوتي ميّتا ، ثم ملك
ماردين بعد ياقوتي اخوه علي وصار في طاعة جكرمش صاحب
الموصل فاستخلف علي ماردين بعض اصحابه واسمه عليّا ايضا ،
فارسل عليّ يقول لسقمان ان ابن اخيك يريد ان يسلّم ماردين الي
جكرمش ، فسار سقمان بنفسه وتسلّم ماردين ، فطلب ابن اخيه
عليّ اعادتها اليه ، فلم يفعل سقمان ذلك ، فاعطاه جبل
جور عوضها ، واستقرّت ماردين وحصن كيفا لسقمان حتي سار
الي دمشق ومات بالقريتين ، فصارت ماردين لاخيه ايلغازي
بن ارتق واستقرّت لولده الي يومنا هذا وهو سنة خمس عشر
وسبعماية *

وفيها

c) Forte واتي بهم

dinensis arcis domino, velle praedas non paucas aliaque commoda urbi comparare, grassatores retundere, eoque pacto civis utilis esse, si veniam sibi daret in urbe arci subiecta commorandi. Neque negabat psaltes. Inde Iacutius longe lateque praedatum in septentrionem et austrum, a portis Challatae inde ad ipsam usque Bagdadum, excurrebat, assumtis in comitatum arcis praesidiis, quibus benefaciendo, potioremque in diribenda praeda partem, quam sibi, deferendo, tantam sui faciebat fiduciam, ut tandem aliquando praesidiariorum longe plurimos talis expeditionis nancisceretur comites. Quos ille comprehensos omnes in vinculis reducebat, et amicis atque gentilibus eorum tales monstrabat, suum cuique reposcenti, additis minis, nisi arcem sibi dederent, neminem illorum salvum evasurum esse. Et sane fidem minis facturus, quum arcis incolae protinus obtemperare nollent, productum aliquem, in ipsorum conspectu, capite plectebat. Quo illi exemplo territi Iacutio arcis portas aperibant. Tempore post tendebat ille aliquando Nisibinam; sed morbi cuiusdam insultus eum illo tempore viribus adeo exhauriebat, ut arma induere et equum conscendere nequiret. Imponebant tamen eum familiares equo; in quo dum vectatur debilis, contingebat, ut sagitta eum ab inimico immissa sterneret. Huic itaque sublato succedebat frater, Ali. At ille quum Gekermischo, domino Mauselae, se suaque studia addicturus ad eum se conferret, alium quendam sibi cognominem, de suis unum, praeficiebat Maredinae per suam absentiam; qui posterior Ali Socmano suggerebat, eius affinem, priorem istum Alin, id agere, ut Maredinam Gekermischo tradat. Quo cognito Socman protinus Maredinam advolabat, eamque in fidem accipiebat, ab Alio vicario traditam. Repetebat quidem Ortokides Ali suum ius a patruele. Ille vero negabat, et Maredinae loco tantum ipsi Gebl Gur attribuebat. Itaque obtinuit Socman Maredinam, et tenuit, donec, quod in ingressu dicebamus, Damascum tendens apud Cariatain vivis excederet.



Digitized by Google

وفيها اجتمعت الحجاج من الهند وما وراء النهر وخراسان وغيرها وساروا ، فلما وصلوا جوار الري اتاهم الباطنية وقت السحر فوضعوا فيهم السيف وقتلوهم ونهبوا اموالهم ودوابهم *

وفيها كانت وقعة بين فرنج انطاكية والملك رضوان بن تتش صاحب حلب عند شيزر ، فانهزم المسلمون وقتل واسر منهم كثير واستولي الفرنج علي ارتاح *

وفيها توفي محمد بن علي بن الحسن المعروف بابن ابي صقر كان فقيها شافعيا وتفقّه علي ابي اسحق الشيرازي وغلب عليه الشعر فاشتهر به ، فمن قوله لما كبر ابن ابي الصقر افتكره وقال في حال الكبر ،

والله لو لا بولة تحرقني وقت السحر لما ذكرت ان لي ما بين فخذيّ ذكر *

وكان ولادته في نحو سنة سبع واربعماية *

ثم دخلت سنة تسع وتسعين واربعماية ، فيها سار سيف الدولة صدقة ابن مزيد من الحلة الي البصرة فملكها *

ذكر اتّصال ابن ملاعب بملك فامية واستيلاء الفرنج عليها ،

كان خلف بن ملاعب الكلابي صاحب حمص ورجاله واصحابه يقطعون الطريق علي الناس وكان الضرر به عظيما ، فسار صاحب دمشق تتش بن الب ارسلان اليه واخذ حمص منه كما تقدّم ذكره في سنة خمس وثمانين واربعماية ، ثم تقلّبت بخلف بن ملاعب المذكور الاحوال الي ان دخل مصر واقام بها ، واتفق ان متولي فامية من جهة رضوان بن تتش صاحب حلب كان يميل الي مذهب خلفاء مصر ، فكاتبهم في الباطن بان يرسلوا من يسلم اليه فامية وقلعتها ،

فلما

Eodem anno facinus edebant Batenitae nefandum in ſacrorum peregrinatorum illam catervam, quae ex India, Tranſoxana et Choraſana coiverat, et iam ad Raiam pervenerat. Hos enim ibi adorti ſummo mane graſſatore gladio trucidabant, opes autem et iumenta diripiebant.

Eodem contigit illa Francos Antiochenos inter, et Halebi dominum, Rodvanum, apud Schaizaram pugna, qua Muſlemi fuſi magnoque caeſi numero Artahum [oppidum] amittebant.

Eodem obiit Muhammed, filius Alii, filii Haſani, vulgo nomine Ibn-Abu-Sacari notus, fakihus Schafeïticus, magiſtro uſus Abu-Ishaco Schirazenſe. Magis tamen ille poëſin excoluit, eaque inclaruit. En ſpecimen. Provectus aetate, reputansque ſecum incommoda ſenii, pronunciabat hunc verſiculum:

Ita me deus amet, niſi matutinis horis exire geſtiens urina me ureret, ſane non recordarer me inter femora mentulam habere.

Natus fuerat circa a. CCCCVII.

Anno CCCCXCIX [qui die 12 Septemb. A. C. 1105 coepit] movebat Sadaca Maziadita Hella Baſram verſus, eamque occupabat.

Hoc ipſo idem faciebant Franci cum Apamea. Tenuerat olim Chalaf, filius Molaëbi, Arabs Kelabita, Emeſſam. Quia vero eius copiae atque tribuni latrocinia exercebant, et vias intercipiebant, eoque incredibilem noxam inferebant humano generi, excutiebat eum inde Tanaſch, filius Alp Arſlani, dominus Damaſci, ut ad a. CCCCLXXXV monuimus. Inde varia fortuna iactatus ille Chalaf Miſram tandem pervenit, ibique moratus eſt. Accidit autem, ut ille, quem Rodvan, Tanaſchi filius, Halebi dominus, Apameae praefeceret, animo et voluntate in Chalifas Miſrenſes propenderet, et clam per litteras ab illis mitti ſibi peteret virum, cui ſuam urbem et arcem tradat. Mittebant ei rei Chalafum, Molaëbi filium. Ille vero, quam olim Emeſſae

 exer-

Digitized by Google

فلما استقر خلف بن ملاعب الكلابي المذكور بفامية كان يقطع الطريق ويخيف السبيل ، فاتفق قاضي فامية وجماعة من اهلها وكاتبوا الملك رضوان صاحب حلب ان يرسل اليهم جماعة ليكبسوا فامية بالليل وانهم يسلمونها اليهم، فارسل رضوان جماعة، فاصعدهم القاضي والمتفقون بالحبال الي القلعة فقتلوا ابن ملاعب وبعض اولاده وهرب البعض واستولوا علي قلعة فامية ، ثم سار الفرنج الي فامية وحاصروها وملكوا البلد والقلعة وقتلوا القاضي المتغلب عليها ※

ذكر حال طرابلس مع الفرنج ، كان صنجيل قد ملك مدينة جبلة ، ثم سار واقام علي طرابلس فحصرها وبني بالقرب منها حصنا وبني تحته ربضا وهو المعروف بحصن صنجيل ، فخرج الملك ابو علي بن عمّار صاحب طرابلس فاحرق الربض ، ووقف صنجيل علي بعض سقوفه المحترقة فانخسف به فمرض صنجيل لعنه الله من ذلك وبقي عشرة ايام فمات وحمل الي القدس ودفن بها، ودام الحرب بين اهل طرابلس والفرنج خمس سنين وظهر من صاحبها ابن عمار صبر عظيم وقلّت *f* الاقوات بها وانتقل الاغنياء ※

ثم دخلت سنة خمسماية، ذكر وفاة يوسف بن تاشفين، في هذه السنة توفي امير المسلمين يوسف بن تاشفين ملك المغرب والاندلس وكان حسن السيرة ، وكان قد ارسل الي بغداد وطلب التقليد من المستظهر خليفة بغداد فارسل اليه الخلع والتقليد، ويوسف المذكور هو

*d*) افتكر fufpectum.

*e*) وقلعتها Poft hanc vocem aliquid deeft. Forte فارسل اليه خليفة مصر خلف بن ملاعب الكلابي

*f*) وقلت Forte hic aliquid deeft.

Digitized by Google

exercuerat, infamem artem et ibi repetebat, hoc eſt vias efficiebat intutas. Quo permoti Cadi ceterique cives de commune conſilio Rodvanum per litteras ſollicitabant, velit aliquos mittere, qui derepente ſub noctis ſilentio ſuam urbem opprimant. Quos itaque Rodvan eo mittebat; illi a Cadio eiusque factione funibus in arcem attracti Chalafum et liberorum eius aliquot iugulabant: nam alii effugiebant. Sic nactus Cadi Apameam ope Halebenſium, tenuit, donec Franci paulo poſt eam invaderent et obſiderent, et arce pariter atque urbe potiti ipſum Cadium necarent. (257)

Sed qui Tripoli dominabatur, Malec Abu-Ali Ibn-Ammar, cuius et ſupra iam fecimus mentionem, plus negotii faceſſebat Francis, poſt occupatam Gabalam denuo Tripolin obſidione, eaque admodum diuturna, urgentibus. Exſtruxerat in urbis vicinia Sangil arcem, et oppidum ei ſubiectum, qui hodienum locus ab auctore Heſn [ſeu caſtrum] Sangili appellatur. Sed urbis dominus eruptione facta ignem iſti ſuburbio iniiciebat, Sangilo fatalem. Eius enim fumus illum in tecto cuiusdam domus conflagrantis ſtantem ſuffocabat et amburebat ita, ut decimo inde die periret, ſcelus diris omnibus dignum. A Tripoli devectum eius cadaver Hieroſolymis ſepeliebatur. Bellum iſtud Francos inter et Tripolitanos quinque ſolidos (258) tenuit annos, et ditiſſimum quemque ad incitas redegit, ob enatam inde immanem annonae caritatem. Ibn-Ammar eam nihilominus praeclara conſtantia toleravit.

Anno D [qui die 1 Sept. A. Chr. 1106 coepit] obiit Ioſef, filius Teſchfini, Emir el-Muſlemin, Mauritaniae et Hiſpaniae rex, vir laudabilis vitae. Bagdadum miſerat et ab Abbaſico Chalifa, Moſtadhero inveſtituram rogaverat, quam etiam cum conſuetis ceteris honoribus obtinuit. [Vnde patet ipſum orthodoxae ſectae adhaeſiſſe; quandoquidem haereticos Miſrenſes Chalifas non adibat, quamvis multo propiores.] Idem condidit urbem



Digitized by Google

هو الذي بني مدينة مراكش ، ولما مات يوسف ملك البلاد بعده
ابنه علي بن يوسف بن تاشفين وتلقّب ايضا بامير المسلمين *

ذكر قتل فخر الملك بن نظام الملك ، في هذه السنة قتل
فخر الملك ابو المظفر علي بن نظام الملك وزير لبركيارق ثم
لاخيه سنجر بن ملكشاه ، وكان قد اصبح في يوم قتل صايما
بنيسابور وقال لاصحابه رايت الليلة في المنام الحسين بن علي
وهو يقول اعجل الينا ، وليكن افطارك عندنا ، وقد اشتغل فكري
ولا محيد g عن قضاء الله * فقالوا الصواب ان لا تخرج اليوم *
فاقام يومه يصلّي ويقرا القران ويتصدق بشي كثير ، وخرج العصر
من الدار التي كان بها يريد دار النساء ، فسمع صياح متظلم شديد
الحرقة h ، فاحضره وقال ما حالك ، فدفع رقعة ، فبينا فخر الملك
يتاملها اذ ضربه بسكين فقتله ، وامسك الباطني وحمل الي السلطان
سنجر فقرّره i ، فاقرّ علي جماعة كذباء k ، فقتل هو وتلك الجماعة *

ذكر ملك صدقة تكريت ، في هذه السنة ملك سيف الدولة
صدقة من منصور بن دبيس بن مزيد قلعة تكريت سلّمها اليه كيقباد
بن هزارسب الديلمي ، وكانت تكريت لبني معن l برهة من الزمان ثم
خرجت عنهم وتنقلت في يد غيرهم حتي صارت لاقسنقر صاحب حلب
ثم

g) محيد *effugium*, proprie *locus declinationis* a حاد *declinare*, praesertim cum celeritate quadam et trepidatione.

h) الحرقة Vox nihili. Forte الزعقة

i) قرّره proprie *effecit, ut fieret* مقرّا *confessor* vel *affirmans* h. e. exploravit eum, num posset ab eo verum intelligere, adegit eum ad confessionem.

k) كذباء Num كذابا

l) معن Num recte? In latinis معن expressi.

Digitized by Google

Marrakesch. Filius eius, Ali, succedebat ipsi, et eodem titulo, quo pater, scilicet Emir el-Muslemin, utebatur.

Eodem occisus est Nisaburae Fachr el-Molk, Abu'l-Modaffer Ali, filius Nattam el-Molki, Vezirus primum Borkeiaroki, tum fratris eius, Sangari. Toto illo, quo cecidit, die ieiunabat, et narrabat eodem mane suis familiaribus visionem, quae ipsum instantis fati admonuerat. Scilicet apparuerat ipsi nocte proxime superiore per quietem Hosain, filius Alii, pronuncians haec verba: Propera ad nos: nam in fatis est, ut ieiunium tuum apud nos rumpas. Addebat ab ea visione animum suum sollicitudine vexari, et in diversa divelli. Solatio tamen id sibi esse, quod divinum decretum everti nullo modo queat. Suadebant amici, ut domi suae se toto illo die contineret. Quod quamvis ille faceret, nihilo tamen magis proderat. Postquam enim illum diem secum in precibus exegisset et Coranum legendo, eleemosynas erogando largissimas, tandem exibat sub vesperam e cubiculo suo in aedes feminarum. Sed in via vocem audiebat miserabiliter et luctuose conquerentis. Hunc advenire propius iubebat, et de rebus suis interrogabat. Homo libellum supplicem porrigebat. Quem dum lustrat Fachr el-Molk, sica confossus cadit. Supplicium tamen meritum non effugiebat Batenita: comprehendebant enim eum, et ad Sangarum Sultanum adducebant, a quo interrogatus de caussis sceleris, indicabat alios multos, tanquam participes consilii, sed eos innocentes [ut postea deprehensum fuit]; qui nihilominus tamen omnes cum percussore capite luerunt.

Hoc anno dedebat Caicobad, filius Hezaraspi, vir Dailomita, suam urbem, Tacritam, Saif-ed-daulae Sadakae, filio Mansuri, filii Dobaisi, filii Maziadi. Vidimus in superioribus, Maani gentem isti urbi dominatam aliquamdiu fuisse. Ab his ad alios iterumque alios devoluta tandem ad Acsoncorum, Halebi dominum, pervenerat, ab eo ad Cubratinum, ab hoc ad Magd-

Digitized by Google

ثم لكوهراتين ثم لمجد الملك البلاساني ، فولّي عليها كيغمان المذكور فبقيت بيده حتي سلّمها في هذه السنة لصدقة المذكور *

ذكر ملك جاولي الموصل وموت جكرمش وقليج ارسلان ، في هذه السنة اقطع السلطان محمد جاولي سقاوو الموصل والاعمال التي بيد جكرمش ، فسار جاولي حتي قارب الموصل ، فخرج جكرمش لقتاله في محفّة لانه كان قد لحقه طرف فالج ، فاقتتلا فانهزم عسكر جكرمش واخذ جكرمش اسيرا من المحفّة ، وسار جاولي بعد الوقعة وحصر الموصل ، وكان قد اقام اصحاب جكرمش زنكي بن جكرمش ملك الموصل وله احدي عشر سنة ، وبقي جاولي يطوف بجكرمش حول الموصل اسيرا وهو يامرهم بتسليم البلد فلم يقبلوا منه ، فمات جكرمش في تلك الحالة وعمره نحو ستين سنة ، وكان قد عظم ملك جكرمش ، وهو الذي علّي سور الموصل وحصّنها ، وكاتب اهل الموصل قليج ارسلان بن سليمان بن قطلمش السلجوقي صاحب الروم يستدعونه ، فسار قاصدا الموصل ، فلما وصل الي نصيبين رحل جاولي عن الموصل خوفا منه وسار الي الرحبة ، ووصل قليج ارسلان الي الموصل وتسلّمها في الخامس والعشرين من رجب هذه السنة ، ثم استخلف قليج ارسلان ابنه ملكشاه بن قليج ارسلان علي الموصل وعمره احد عشر سنة واقام معه اميرا يدبّره ، وسار قليج ارسلان الي جاولي ، وكان قد كثر جمع جاولي واجتمع اليه رضوان صاحب حلب وغيره ، ولما وصل قليج ارسلان الي الخابور وصل اليه جاولي واقتتلوا في العشرين من ذي القعدة وقاتل قليج ارسلان بنفسه قتالا عظيما ، فانهزم

Digitized by Google

Magd-el-Molcum Balasanensem; hic illum Caicobadum ei praeficiebat, qui eam tandem hoc anno Emiro Arabi dedebat.

Eodem anno excidit Gekermisch, Mauselae dominus, regno suo simul, et vita; quod ipsum quoque Kilig Arslano contigit. Assignabat enim Sultan Muhammed Gavalio, filio Sacavu, Mauselam. Cui provinciam suam occupatum eunti Gekermisch haud procul ab urbe occurrebat aditu eum exclusurus; sed sinistris avibus. Pugna enim commissa in fugam coniiciebatur ipsius exercitus, et ipse victoris in manus incidebat, in lectica, qua per aciem vehebatur, pedum usu a leve quodam resolutionis genere privatus. Gavali victoriam persecuturus obsessum ibat Mauselam, senemque captum in vinculis circa muros circumducebat et ostentabat, adhortantem oppidanos identidem velint victori sese cum urbe dedere. Illi vero, nihil miserati afflictum senem, constanter negabant, neque tantum Gekermischi filium, undecennem puerum, nomine Zenkium, sibi praeficiebant, ne saltim capite destituerentur; sed etiam Kilig Arslanum, filium Solaimani, filii Cotulmischi, Selgukidam, Romaniae dominum, advocabant; cuius audito ad Nisibinam adventu Gavali, metu plenus, Mausela decedebat. Gekermisch interea tam potens olim princeps, in vinculis, in tanta ignominia, propemodum sexagenarius, exspiraverat. Hic est ille, qui muros Mauselae tantopere communivit et in altum extulit. Gavali, missa, ut diximus, obsidione abscedens Rahabam contendebat: Kilig Arslan vero die vigesimo quinto septimi mensis huius anni traditam sibi suscipiebat Mauselam. Diu tamen ibi non haerens, excedebat inde, Gavalium persequi festinans, postquam filium suum, Malicschahum, ibi suo loco reliquisset, cui, ut puero undecenni, Emirum aliquem rectorem ad latus apposuerat. Interea creverat Gavali viribus insigniter, accessione Rodvani Halebensis, et aliorum; quo fiebat, ut pugna die vigesimo undecimi mensis apud Chaburam fluvium commissa, strenue



Digitized by Google

فانهزم عسكره واضطرّ قليج ارسلان الي الهروب ، فالقي نفسه في الخابور فغرق وظهر بعد ايام ودفن بالشمبسانية m (وهي من قري الخابور) ، ولما فرغ جاولي من الوقعة سار الي الموصل فسلّمت اليه بالامان وسار ملكشاه بن قليج ارسلان الي عند السلطان محمد ❊

ذكر قتل الباطنية ، في هذه السنة حاصر السلطان محمد قلعة الباطنية التي بالقرب من اصفهان التي بناها ملكشاه باشارة رسول ملك الروم علي ما قدّمنا ذكره ، وكان اسم القلعة شاه دز n ، وكانت المضرّة بها عظيمة ، واطال عليها الحصار ونزل بعض الباطنية بالامان وساروا الي باقي قلاعهم وبقي صاحب شاوور (واسمه احمد بن عبد الملك بن عطّاش) مع جماعة يسيرة ، فزحف السلطان اليه وقتله وقتل جماعة كثيرة من الباطنية وملك القلعة وخرّبها ❊

وفيها توفي الامير شرخاب بن بدر بن مهلهل المعروف بابن ابي الشوك الكردي وكان له اموال وخيول لا تحصي ، وقام مقامه بعده ابو منصور بن بدر وبقيت الامارة في بيته ماية وثلثين سنة ✡

ثم دخلت سنة احدي وخمسماية ، ذكر مقتل صدقة ، في هذه السنة في رجب قتل سيف الدولة صدقة بن منصور بن دبيس بن مزيد الاسدي امير العرب في قتال جري بينه وبين السلطان محمد واشتدّ القتال بينهم فقتل صدقة في المعركة بعد ان قاتل قتالا شديدا وحمل راسه الي السلطان محمد ، وكان عمر صدقة تسعا وخمسين سنة وامارته احدي وعشرين سنة وقتل من اصحابه ما يزيد علي ثلث الاف فارس ، وكان صدقة متشيّعا ، وهو الذي بني الحلة بالعراق ، (اقول

m) بالشمبسانية Forte بالشمبساط

quamvis dimicantem Kilig Arslanum vinceret et ad fugam cogeret. Per quam dum ille traiicere tentat fluvium, mergitur undis, neque nisi post aliquot dies eiectus comparet apud Schamisaniam, oppidum Chaburae [tractus], ubi etiam humatus fuit. Pugna itaque illa feliciter confecta repetebat deditamque sub fidei pacto nanciscebatur Mauselam Gavali; Malicschah vero, Kilig Arslani filius, ad Sultanum Muhammedem emigrabat.

Qui idem Sultanus hoc anno merita caede castigabat Batenitas, arci Schahdur maximo cum detrimento vicini agri incubantes, illi, quam supra dicebamus Sultano Malicschaho haud procul Isfahana, suasu legati Romani, conditam fuisse. Hanc arcem hoc anno premebat Sultan Muhammed diuturna obsidione; qua tenente quidam Batenitarum descendebant, veniaque et securitate impetrata ceteras ad suas arces abibant: qui vero restitabant contumaces, sed illi pauci, una cum ipsorum duce, Ahmede, filio Abd-al-Maleki, Ibn-Attascho, integrum experiebantur Muhammedis martem, et expugnati tandem gladio cadebant, unaque cum ipsis alia magna turba eorundem sceleratorum. Arcem nactus imperator, ne porro noceret, diruebat.

Eodem obiit Emir Scharhab, filius Badri, filii Mohalheli, vulgo sub Ibn-Abu-Schauki nomine notior, Curdus, opum et equorum dives innumerabilium. Succedebat ei frater, Mansur, cuius in gente per centum et triginta annos mansit Curdorum Emiratus.

Anno DI [qui die 21 Aug. A. C. 1107 coepit] idque septimo mense fortiter dimicans occubuit Arabum Emirus, Sadaca, filius Mansuri, filii Dobaisi, filii Maziadi, Asadita, aetatis anno quinquagesimo et nono, Emiratus vigesimo et primo, in acie, quam cum Sultano Muhammede contulerat acerrimam, ut ex eo colligas, quod in ea equitum Arabicorum plus tria millia ceciderunt. Erat vir ille Schiiticae sectae addictus, et condiderat Hellam. Ita profecto perhibet auctor meus, Ibn-el-Atir, ex



Digitized by Google

(اقول انه قد تقدّم ذكر الحلة قبل وجود صدقة المذكور، فكيف يكون هو الذي بناها ولكن كنّا نقلناه من الكامل لابن الاثير،) وكان قد عظم شانه وعلي قدره واتّسع جاهه واستجار به صغار الناس وكبارهم، وكان مجهر النصح للسلطان محمد حتي انه جاهر بركيارق بالعداوة ولم يبرح علي مصافاة محمد، ثم فسد ما بينهما حتي قتل صدقة كما ذكرنا، وكان سبب الفساد بينهما حماية صدقة لكل من خاف من السلطان، واتفق ان السلطان محمد غضب علي ابي دلف شرخاب بن كيخسرو صاحب ساوة، فهرب صاحب ساوة المذكور واستجار بصدقة، فارسل السلطان يوكّد في ارساله وطلبه، فلم يفعل o صدقة ان يسلمه، فسار اليه السلطان واقتتلوا كما ذكر فقتل صدقة واسر ابنه دبيس واسر شرخاب صاحب ساوة المذكور *

ذكر وفاة تميم بن المعز، وفي هذه السنة في رجب توفي تميم بن المعز بن باديس صاحب افريقية، وكان تميم ذكيا حليما وكان ينظم الشعر، وكان عمره تسعا وسبعين سنة وكانت ولايته ستا واربعين سنة وعشرة اشهر وعشرين يوما وخلف من الاولاد ماية ابن اربعين p ذكرا وستين بنتا، ولما توفي ملك بعده ابنه يحيي بن تميم وكان عمر يحيي حين ولي ثلثا واربعين سنة وستة اشهر *

وفيها

n) شاه دمر Paulo poſt شاوور Quae ſcriptio rectior?

o) يفعل ſuſpectum. Forte يلحق

p) اربعين deerat haec vox in cod. Leid.

Digitized by Google

cuius Camelo haec transtuli. Sed fieri nequit, quin is hac in re humanum quid fuerit passus. Nam Hellae (259) memoria et apud alios sit historicos, et a nobis facta fuit, antequam hic Sadaca in rerum natura existeret. Quo stante, nequit omnino urbis istius conditor fuisse. Fama, potestas et magnificentia huius viri (sic pergit Camel) ingentem in modum excreverant, ut parvi pariter atque magni hominum, debiles et potentes, protectionem eius ambirent. Addictus olim semper Sultano Muhammedi fuerat, eiusque commodis palam tantoque studuerat cum integritate, ut eius gratia non timeret Borkeiaroco audacter et sublato velo adversari. Tandem tamen corrumpebat circa haec tempora interveniens quidam casus hanc constantem hactenus amicitiam. Nimirum irascebatur Sultan aliquando Abu-Dolafo Scharhabo, filio Caichosrui, domino Savae; qui male sibi metuens sub Sadakae protectionem se recipiebat, bene gnarus, quanta cum constantia et animi nobilitate Arabs ille suos tueretur, quisquis augusti graves iras et poenas extimesceret. Sultan reum ab Arabe reposcebat, et iterum atque iterum obtestando flagitabat, sed frustra. Generosus Arabs a se impetrare nequibat, ut supplicem et hospitem suum datamque fidem proderet. Isthaec amborum, illius in poscendo, huius in negando, contumacia fatali illi pugnae natales dabat, qua non Sadaca tantum cadebat, ut antea dicebamus; verum etiam filius eius, Dobais, et Scharhab, Savae dominus, turbarum auctor, in potestatem victoris perveniebant.

Eodem septimo huius anni mense obibat Libyae dominus, Tamim (260), filius Maazzi, filii Badisi, Sanhagita, vir acer ingenio, commodis moribus, elegans poëta, aetatis anno septuagesimo, quo de numero quadraginta sex, cum decem mensibus et viginti diebus, imperio, quod gessit, imputandi sunt. Liberorum reliquit centuriam, quadraginta mares, sexaginta sequioris sexus. Istorum unus Iahia succedebat patri, annos natus XLIII cum dimidio.



Digitized by Google

وفيها توجه فخر الملك ابو علي بن عمار من طرابلس الي بغداد مستنفرا لما حلّ بطرابلس وبالشام من الفرنج واجتمع بالسلطان محمد وبالخليفة المستظهر فلم يحصل منهما غرض ، فعاد الي دمشق واقام عند طغتكين فاقطعه الزبداني ، واما طرابلس فان اهلها دخلوا تحت طاعة خليفة مصر وخرجوا عن طاعة ابن عمار وكان من طرابلس ما سنذكره ان شاء الله تعالي ✻

ثم دخلت سنة اثنين وخمساية ، فيها ارسل السلطان محمد عسكرا فيهم عدّة من امراية الكبار مع امير يقال له مودود بن الطنتكين الي الموصل لياخذوها من جاولي ، فوصلوا الي الموصل وحصروها وتسلّموها الامير مودود في صفر ، واما جاولي فانه لم ينحصر بالموصل فهرب الي الرحبة قبل نزول العسكر عليها ثم سار جاولي مجدّا ولحق السلطان محمد قريب اصفهان واخذ كفنه معه ودخل عليه وطلب العفو ، فعفي عنه وامنه ✻

وفيها توفي مجاهد الدين بهروز q شحنكية بغداد ولاه اياها السلطان محمد وامر بهروز بعمارة دار الملك ببغداد ، ففعل بهروز ذلك واحسن الي الناس ، وكان السلطان لما

q) بهروز Cod. Leid. hoc loco بهروز , alibi بهرون et شهروز et هروز et هروز

Hoc anno Bagdadum excedebat Tripoli eius quondam dominus, Fachr el-Molk Abu-Ali Ibn-Ammar; de quo iam ſupra commemoravimus. Eo is id iter animo perficiebat, ut exponendo miſerias, in quas cum tota Syria, tum ſua Tripolis praecipue, a Francis coniectae fuerant, utrumque auguſtum, tam Chalifam, Moſtadherum, quam Sultanum, Muhammedem, ad promte afferendam opem excitaret. At, quamvis ad utriusque admiſſus colloquium, ſpe ſua tamen et fini excidebat. Quapropter Damaſcum ad Togtekinum redibat, qui Zabdanium ipſi ad vitae dies aſſignabat. Nam Tripolitani quidem, per abſentiam ſimul et debilitatem ſui domini, protectioni Miſrenſis Chalifae ſe ſubdiderant. Quid autem porro factum de Tripoli fuerit, poſthaec dicemus.

Anno DII [qui die 10. Aug. A. C. 1108 coepit] mittebat Sultan Muhammed exercitum adverſus Mauſelam, cum magno numero maximorum ſuorum procerum, ſub ducatu Emiri cuiusdam, Maududi, filii Altuntekini.* Finis expeditioni erat ille, ut Mauſelam Gavalio eriperent. Et urbem quidem ſecundo anni menſe deditione, poſt aliqualem obſidionem, accipiebant, Gavalius vero inde iam dudum, vel ante copiarum adventum, exceſſerat Rahabam; unde ſumma diligentia ſe ad Sultanum conferebat; qui tunc temporis prope Isfahanam agebat, eique ſe ferale amiculo indutus exhibebat, delictorum veniam rogans, et ſpiritus immunitatem. Qua ſubmiſſione motus imperator ignoſcebat ſupplici, bonoque illum animo eſſe iubebat.

Idem ibidem eodem propemodum tempore dignitatem Schehnae [ſeu praefecti urbis] Bagdadici conferebat in Mogahed-ed-dinum Baharuzum, eique ſimul ſtructuram Dar-el-Mamlacat, [ſeu domus al-Moluc h. e. principum (261)] commendabat. Qua ille cura tam egregie defunctus eſt, amoremque civium benigna tracta-

* Atqui inferius an. 507 Altuntaſch appellatur.

لما ولاه في اصفهان ، ثم لما قدم السلطان الي بغداد ولي بهروز شحنكية العراق جميعه *

وفي هذه السنة في فصح النصاري نزل الامرآ بنو منقذ اصحاب شيزر للتفرّج علي عيد النصاري ، فثار جماعة من الباطنية في حصن شيزر فملكوا قلعة شيزر ، فبادر اهل البلد الي الباشورة r واصعدهم النناء s بالحبال من الطاقات وادركهم الامراء بنو منقذ ووقع بينهم القتال فانخذل t الباطنية واخذهم السيف من كل جانب فلم يسلم منهم احد *

وفيها في جمادي الاخرة توفي الخطيب ابو زكريا يحيي بن علي التبريزي احد ايمة اللغة قرا علي ابي العلا بن سليمان المعرّي وغيره وروي عنه ابي منصور موهوب بن احمد الجواليقي وغيره ويتخرج عليه v خلق كثير ويتلمذوا له ، قال في وفيات الاعيان وقد روي انه لم يكن مرضي الطريقة ، وشرح الحماسة وديوان المتنبي وله في النحو مقدمة وهي عزيزة الوجود وله في اعراب القران كتاب سماه الملخص في

r) الباشورة Sic hoc loco. Infra الباسورة Vtroque loco monſtrat ſenſus, pontem ſublicium notari. Putem veram lectionem eſſe الناشورة

s) النناء Verti, ac ſi eſſet النساء Forte quoque البناء *fabri.* Sed neutrum ſatisfacit.

t) انخذل poteſt accipi vel pro, intercepti et abſciſſi fuerunt a factione ſua, ut non potuerint nova ſubſidia obtinere, vel pro, evaſerunt مخذول deſerti, a Deo nempe et bona fortuna.

v) ويتخرج عليه Forte وكان يتخرج عليه Idem eſt خرج, quod extra patriam proficiſci.

Digitized by Google

tractatione tam promeruit, ut Sultan, Bagdadum redux, eum totius Iraki Schehnam nuncuparet.

Hoc anno parum aberant Monkezidae, Schaizarae domini, a discrimine suam arcem amittendi. Nam descenderant inde in subiectam urbem eo tempore, quo Christiani oppidani suum Pascha celebrabant, festivae hilaritatis (262) partem capturi. Interea Batenitae quidam, in urbe tum agentes, usi occasione raptim occupabant arcem. Sed orto inde tumultu protinus aderant cives ad pontem sublicium et feminae eos funibus allevabant per fenestras demissis. Interveniebant ipsi Monkezidae. Itaque incalescente pugna cadebant a fortuna deserti latrones, ut eorum ne unus quidem e circumstantibus et undecunque saevientibus gladiis evadere posset.

Mense huius anni sexto Bagdadi derepente vivis excessit Chatib [seu concionator] Abu-Zacaria Iahia, filius Alii, Tebrizensis, unus de primatibus philologis; quo in genere studiorum magistro, praeter alios, usus fuit Abu'l-Ola,* filio Solaimani, Maarrense, ut in disciplina theologiae traditionariae Fakiho Solaimano, filio Eiubi, Razio. Erudivit vicissim, ne ceteros commemorem, quos permultos habuit, discipulos, Abu-Mansur Mauhubum, filium Ahmedis, Gavalikensem.** Refert Ibn-Chalican in sua illustrium virorum historia, hunc grammaticum, si fides habenda sit famae, vitam egisse non valde laudabilem. Commentariis illustravit Hamasam, et Motanabbii (263) poëtica opera. Scripsit quoque Mocaddamam seu prodidagmata grammatica, librum inventu rarum; nec non quatuor volumina fi Irab el-Coran [seu de vera ratione voces Coranicas, tam in scriptione, quam in pronunciatione, aptis vocalibus instruendi, quandoquidem saepe una eademque vox diverse prolata diversa designat]. Ille liber ab auctore inscriptus fuit el-Molacches [seu dilucidator].

Ab

* Vid. ad a. 449 supra pag. 163. ** Vid. ad a. 540.



Digitized by Google

في اربع مجلدات وله غير ذلك من التواليف الحسنة المفيدة ، سافر من تبريز الي المعرّة لقصد ابي العلا ودخل مصر في عنفوان شبابه وقرا بها علي طاهر بن بابشاذ x ، ثم عاد الي بغداد واستوطنها الي الممات ، وكانت ولادته سنة احدي وعشرين واربعماية وتوفي فجاة في التاريخ المذكور ببغداد *

وفيها توفي ابو الفوارس الحسن بن علي الخازن المشهور بجودة الخط وله شعر حسن *

ثم دخلت سنة ثلثة وخمسماية ، وفي هذه السنة في حادي عشر ذي الحجة ملك الفرنج مدينة طرابلس لانهم ساروا اليها من كل جهة وحصروها في البر والبحر وضايقوها من اول رمضان وكانت في يد نواب خليفة مصر العلوي وارسل اليها خليفة مصر اسطولا فردّه الهوي ولم يقدر علي الوصول الي طرابلس ليقضي y الله امرا كان مفعولا ، فملكوها بالسيف وقتلوا ونهبوا وسبوا ، وكان بعض طرابلس قد طلبوا الامان وخرجوا منها الي دمشق قبل ان يملكها الفرنج *

ثم دخلت سنة اربع وخمسماية ، فيها ملك الفرنج مدينة صيدا في ربيع الاخر وملكوها بالامان *

وفيها سار صاحب انطاكية مع من اجتمع اليه من الفرنج الي الاثارب وهو بالقرب من حلب وحصره ودام القتال بينهم ، ثم ملكوه بالسيف وقتلوا من اهله الف رجل واسروا الباقين ، ثم ساروا الي زردنة فملكوها بالسيف وجري لهم كما جري لاهل الاثارب ، ثم سار الفرنج الي منبج وبالس فوجدوهما قد اخلاهما اهلهما ، فعادوا عنهما وصالح الملك رضوان صاحب حلب الفرنج علي ثلثين الف دينار

Digitized by Google

Ab eodem profecta ſunt alia plura pulcherrima et utiliſſima opera. E patria, Tebrizo, migrabat Maarram, audiendi Abu'l-Olae cauſſa. Inde Miſram petebat in prima iuventute, ubi Taherum Ibn-Babſchad [celebrem grammaticum academiae Miſrenſis] audivit. Tandem reverſus in orientem, ſedem Bagdadi fixit, ibique, ut diximus, obiit.

Eodem obiit Abu'l-Favares Haſan, filius Alii, Chazen [ſeu theſaurarius, ſic vulgo dictus] vir a dexteritate litteras eleganter exarandi, nec non ab elegante poëſi celeber.

Anno DIII [qui die 30 Iul. A. C. 1109 coepit] idque undecimo die ultimi menſis, nanciſcebantur tandem Franci Tripolin Syriacam, quam undecunque terra marique clauſam et arcte obſeſſam a primo die noni menſis (264) tenebant. Forte non contigiſſet haec Muſlemis calamitas, ſi claſſi ex Aegypto ſubmiſſae licuiſſet per ventos in portum intrare, et, quae intus erant, Aegyptiaca praeſidia corroborare. At quod deus decrevit, id evenit. Tripolitani quidam pacis pacto Damaſcum evaſerant, antequam Franci urbem armata manu expugnarent. Ceteri aut gladio perierunt, aut exuti fuerunt ſuis bonis, aut alio in captivitatem rapti.

Huic addebant Franci Sidonem (265), compoſitione adepti, menſe quarto ſequentis anni DIV [qui die 19 Iulii A. C. 1110 coepit].

Eodem anno DIV contendebat dominus Antiochiae cum ſuis Francis verſus Atareb, locum prope Halebum; quem poſt obſidionem et pugnam diuturnam armata manu perrumpunt, et, mille viris occiſis, ceteros vinciunt. Paria ſtatuebant in Zardanam. At Manbegum et Baleſum, deſertas deprehendentes, omittunt. Ea Francorum obundatio tantum terrorem afferebat non tantum Rodvano Halebenſi, ſed etiam vicinis regulis ceteris, ut omnes anxie pacem peterent, et pretio deſtinarent, Rodvan qui-

 dem,

Digitized by Google

دينار يحملها اليهم مع خيول وثياب ، ووقع الخوف في قلوب اهل
الشام من الفرنج فبذلت لهم اصحاب البلاد اموالا وصالحوهم ،
فصالحهم اهل مدينة صور علي سبعة الاف دينار وصالحهم ابن
منقذ صاحب سيزر علي اربعة الاف دينار وصالحهم علي الكردي
صاحب حماة علي الفي دينار *

وفيها توفي الكيا الهراس الطبري (والكيا بالعجمية الكبير
القدر المقدّم بين الناس) واسمه ابو الحسن علي بن محمد بن
علي ومولده سنة خمسين واربعماية وكان من اهل طبرستان وخرج
الي نيسابور وتفقّه علي امام الحرمين ، وكان حسن الصورة جهوري
الصوت x فصيح العبارة ، ثم خرج الي العراق وتولي تدريس
النظامية *

وفي هذه السنة (قال ابن خلكان وقيل في سنة احدي عشرة
وخمسماية) قصد بردويل الفرنجي الديار المصرية فانتهي الي الفرما
ودخلها واحرق جامعها ومساجدها ورحل عنها راجعا الي
الشام وهو مريض فهلك في الطريق قبل وصوله الي العريش
فشقّ اصحابه بطنه ورموا حشوته هناك فهي ترجم الي يومنا هذا
ورحلوا بجثته فدفنوها بقمامة ، وسبخة بردويل التي في وسط الرمل
علي طريق الشام منسوبة الي بردويل المذكور والناس يقولون عن
الحجارة الملقاة هناك انها قبر بردويل ، وانما هي هذه الحشوة ،
وكان بردويل المذكور صاحب بيت المقدس وعكا ويافا وعدة بلاد
من

x) باشان .Cod. Leid بابشان
y) لمن يقضي Forte ليقضي

dem, triginta millibus aureorum, annuo tributo, praeter pannos et equos e condicto praeſtandos; Tyrus autem ſeptem millibus aureorum; Schaizarae dominus quatuor, duobus millibus Hamatae princeps, Ali Curdus.

Eodem obiit, ſic vulgo dictus, el-Coja el-Harras. Perſica vox eſt Coja, virum notans auctoritate magna pollentem et eminentem inter ſuos. Verum ipſi nomen erat Abu'l-Haſan Ali, filius Muhammedis, filii Alii. Natus fuerat anno CCCCL in Tabareſtana, unde quoque Tabaricus vulgo appellatur. E patria Niſaburam profectus operam dabat fikhae ſub illo celeberrimo Imam el-Haramain. Pulchra corporis erat forma, et ſonora voce praeditus, perſpicuus porro et ſuavis orator. Quae dotes ipſum adeo commendabant, ut in Iracam evocaretur, et profeſſione ſacrarum litterarum in Collegio Nattamico, quod Bagdadi eſt, ornaretur.

Hoc anno, vel anno DXI (ad quem alios eum caſum referre obſervat Ibn-Chalican) contendebat Bardovil (266) Francus in Aegyptum. Perveniebat usque ad Farmaam; quam urbem cum eius Game [ſeu templo maiore] et Mesgidis [vel minoribus ſacellis] exurebat. Inde remeabat in Syriam aeger, et ipſa in via peribat, antequam ad locum Ariſch [vulgo Laris] perveniret. Qui ei tum aderant, exſecta eius ibi loci humabant viſcera, quae hodienum a praetereuntibus merito ſuo, ut impii et diri hominis, lapidibus impetuntur. Vulgus opinatur, ſub iſta lapidum ſtrue depoſitum fuiſſe Bardavilum. Sed fallitur. Ibi enim eius viſcera tantummodo iacent; cadaver Hieroſolymas deportatum, et in Camama [ſeu templo Dominico] conditum fuit. Ab eodem Bardovilo nomen habet ſalſuginoſa iſta et arenoſa planities, quae Syriam ex Aegypto petentibus traiicienda eſt, et vulgo Sabechat Bardovil (267) audit. Tenebat ille vir Hieroſolymas et alia multa Syriaci litoris, ut Acconem, Ioppen, et alias.



Digitized by Google

من ساحل الشام ، ذكر ابن خلكان ذلك كله في ترجمة المنصور الامر *a* خليفة مصر ❊

ثم دخلت سنة خمس وخمسماية ، فيها جهّز السلطان محمد عسكرا فيه صاحب الموصل مودود وغيره من اصحاب الاطراف الي قتال الفرنج بالشام ، فساروا ونزلوا علي الرها فلم يملكوها ، فرحلوا ووصلوا الي حلب ، فخاف منهم الملك رضوان بن تتش صاحب حلب وغلق ابواب حلب ولم يجتمع بهم ولا فتح لهم ابواب المدينة ، فساروا الي المعرّة ثم افترقوا ولم يحصل لهم غرض ❊

وفيها في جمادي الاخرة توفي الامام ابو حامد محمد بن محمد الغزالي الملقب حجّة الاسلام زين الدين الطوسي اشتغل بطوس ثم قدم نيسابور واشتغل علي امام الحرمين واجتمع بنظام الملك ، فاكرمه وفوّض اليه تدريس المدرسة النظامية ببغداد في سنة اربع وثمانين واربعماية ، ثم ترك جميع ما كان عليه في سنة ثمان وثمانين واربعماية وسلك طريق الزهد والانقطاع وحج وقصد دمشق واقام بها مدة ، ثم انتقل الي القدس واجتهد في العبادة ، ثم قصد مصر واقام بالاسكندرية مدة ، ثم عاد الي وطنه بطوس وصنف الكتب المشهورة المفيدة منها البسيط والوسيط والوجيز والمنخول والمنتخل

z) الصوت Cod. Leid. الصورة.
a) الامر C. L. الامير

Haec omnia refert Ibn-Chalican in libro ſupra laudato ſub titulo Manſuri el-Amer beahcam allah, Chalifae Miſrenſis.*

Anno DV [qui die 9 Iulii A. C. 1111 coepit] expediebat Sultan Muhammed copias adverſus Francos in Syria graſſantes, quibus Mauſelae dominus, Maudud, aliique reguli aderant. Hi magnum hoſti malum minati operae pretium non faciebant. Edeſſam, primam adorti, cogebantur omittere. Inde Halebum petebant. Sed Rodvan, eius urbis princeps, in ſe fabam illam cudi veritus, neque admittebat eos intra portas, neque ſe ipſis adiungebat, neque vel ſemel adibat ipſorum caſtra. Ideoque pergebant Maarram; unde ſuam quisque domum rebus infectis diſcedebant.

Eiusdem anni ſexto menſe obiit Imam Abu-Hamed Muhammed, filius Muhammedis, vulgo ſub Gazalici (268) nomine celeber, cui titulus doctorum conſenſu attributus fuit Hoggat el-Iſlam Zain-ed-din. (269) Is Tuſae primum, hoc eſt, in patria ſacris litteris operam navabat, deinde Niſaburae, ſub illo celebre Imam el-Haramain. Nactus inde favorem excellentis illius Veziri, Nattam el-Molki, conſtituebatur ab ipſo profeſſor in eius (270) collegio Bagdadi fundato, anno CCCCLXXXIV. Sed quarto anno poſt, reſignatis muneribus omnibus, vitam ſeveram et ſolitariam amplexus iter ad ſacra loca obibat. Inde reverſus Damaſci haerebat aliquamdiu. Hieroſolymis porro divino cultui totus vacabat, et ſtrenue inſudabat. Aegypto deinceps adita, ſubſiſtebat Alexandriae per tempus aliquod. Tuſam denique repetebat et ſuos lares, ubi maximi momenti et uſus, ſummaeque celebritatis et praeſtantiae libros componebat, ut Baſitum [ampliorem] Vaſitum [ſeu mole medium, vel mediocrem] Vagizum [contractum, vel compendioſum (271)] Manchulum [ſele-

* Eſt enim liber Ibn-Chalicani de viris illuſtribus, ſecundum ordinem alphabeticum, ad inſtar Lexici digeſtus.

Digitized by Google

والمتشاغل في علم الجدل b وغير ذلك ، وكانت ولادته سنة خمسين واربعماية ونسبته الي طوس من خراسان (وطوس مدينتان احداهما تسمي طابران والاخري نوقان) ، والغزالي نسبة الي الغزّال ، واذا العجم c تنسب الي القصّار فيقال قصاري والي الغزال فيقال غزالي والي العطّار فيقال عطاري ✡

ثم دخلت سنة ست وخمسماية ، فيها توفي بسيل الارمني صاحب بلاد الارمن ، فقصدها صاحب انطاكية الفرنجي ليملك بلاد الارمن المعروفة الان ببلاد سيس ، فمات في الطريق وملكها سيرجال ✡

وفيها توفي قراجا d صاحب حمص وقام بعده ولده قيرخان ✡

وفيها توفي سقمان (او سكمان) القطبي صاحب خلاط وكان قد ملك خلاط في سنة ثلاث وتسعين واربعماية حسبما تقدّم ذكره هناك ، ولما توفي سكمان ملك خلاط بعده ابنه ظهير الدين ابراهيم بن سكمان ، وسار سيرة ابيه وبقي في ملك خلاط حتي توفي في سنة احدي وعشرين وخمسماية ، فتولي مكانه اخوه احمد بن سكمان وبقي احمد في الولاية عشرة اشهر وتوفي ، فحكمت والدتهما وهي اينانج خاتون وهي ابنة اركمان (علي وزن افتخران) ، وبقيت اينانج مستبدّة بملك خلاط ومعها ولد ولدها سكمان بن ابراهيم بن سكمان ، وكان عمره ست سنين ، فقصدت اينانج المذكورة اعدامه لتنفرد بالمملكة ، فلما راي كبراء الدولة سوء نيتها لولد ولدها المذكور اتفق جماعة e وخنقوها في سنة ثمان وعشرين وخمسماية ،

واستقل

b) الجدل C. L. الجدل    c) واذا العجم C. L. والعجم
d) قراجا C. L. فرجا    e) جماعة Forte جماعة منهم

[ſelectum] Montachalum [pariter ſelectum et excribratum] quo methodum diſputandi docet, atque alios. Natus fuerat anno CCCCL Tuſae. Notandum, hanc Tuſam non illam Tranſoxanam, Bocharicae ditionis, eſſe, ſed Choraſanicam, quae duabus conſtat urbibus, quarum una Tabaran, altera Nukan appellatur. Gazzalicus dicitur, a ſerici textura, formatione Perſica. Erat enim ille, ut paret, Perſa. Simpliciter Gazzalum appellarent Arabes, in ſubſtantivo, absque terminatione adiectiva aut gentilitia. Sed ille Perſarum formandi mos eſt. Sic quem appellare volunt vocibus ex Arabico ſermone adoptatis fullonem aut ſeplaſiarium, eum non Caſſarum, non Attarum, appellant, quod Arabica dialectus poſtulabat, ſed Caſſaricum, et Attaricum efferunt; parique modo, quem textorem ſerici deſignant, eum Gazzalicum nominant.

Anno DVI [qui die Iun. 27. A. 1112 coepit] obiit Baſilius Armenus. Cuius morte vacuatam eam Armeniae provinciam, quae hodie ſub nomine terrarum Sis venit, occupatum ibat Francus (272) Antiochiae dominus. Illo autem per viam pereunte Sirogal eam (273) ſui iuris faciebat.

Eodem obibat Caraga, dominus Emeſſae; cui filius Kirchan, ſuccedebat.

Item Socman Cotbenſis, [de antiquo hero Cotbeddino ſic nominatus] Challatae dominus, quam anno CCCCXCIII, ut ibi vidimus, occupaverat. Filius ipſi ſuccedebat Gahir-ed-din Ibrahim, qui tenuit et ad patris inſtar rexit ad annum DXXI usque, quo vita deceſſit, et poteſtatem fratri, Ahmedi, permiſit. Hoc autem Ahmede paullo poſt pariter vita defuncto, menſe principatus ſui decimo, perveniebat poteſtas ad iſtorum matrem, Inaneg, filiam Arcamani. Sed ſupererat eius nepos, avo Socmano cognominis, Ibrahimi filius, ſexennis puer: quem illa ſolitariae dominationis avida, meditabatur de medio tollere. Sed magnates, ſceleſtam illam ſubodorati deſignationem, laqueo iſtam necabant

واستقل ابن ابنها شاهر من *f* سقمان بن ابراهيم المذكور بن سكمان في الملك حتي توفي في سنة تسع وسبعين وخمسماية حسبما نذكره ان شاء الله تعالي ✡

ثم دخلت سنة سبع وخمسماية، ذكر حرب مع الفرنج وقتل مودود بن الطونطاش صاحب الموصل ، في هذه السنة اجتمع المسلمون وفيهم مودود صاحب الموصل وتميرك صاحب سنجار والامير ايار *g* بن ايلغازي وطغتكين صاحب دمشق، وكان مودود قد سار من الموصل الي دمشق، فخرج طغتكين والتقاه بسلمية وسار معه الي دمشق ، واجتمعت الفرنج وفيهم بغدوين صاحب القدس وجوسلين صاحب الحلس *h* واقتتلوا بالقرب من طبرية ثالث عشر المحرم ، وهزم الله تعالي الفرنج وكثر القتل فيهم ورجع المسلمون منصورين الي دمشق ودخلوها في ربيع الاول، ودخل الجامع مودود وطغتكين واصحابهما وصلّوا الجمعة وخرج طغتكين ومودود يتمشيان في صحن الجامع فوثب باطني علي مودود وضربه بسكين وقتل الباطني واخذ راسه وحمل مودود الي دار طغتكين ، وكان صايما ، فاجتهدوا به ان يفطر، فلم يفعل ومات من يومه رحمه الله تعالي ، وكان خيرا عادلا ، قيل ان الباطنية الذين بالشام خافوه فقتلوه ، وقيل ان طغتكين خافه فوضع عليه *i* فقتله ، ودفن

*f*) شاهر من Cod. Leid. شاهر بن

*g*) ايار C. L. ايام

*h*) الحلس Forte الحبس

*i*) فوضع عليه elliptica formula, ſubintell. اجرا aut جعالة *ponebat ſuper eius capite praemium* h. e. certo aere caput eius deſtinabat.

Digitized by Google

anno DXXVIII. Ex eo tempore Schah Armen Socman, filius Ibrahimi, filii Socmani primi, tenuit Challatam ſolus ad annum usque DLXXIX, quo deceſſit, ut ibi videbimus.

Anno DVII [qui die 17 Iunii A. C. 1113 coepit] coibant Muſlemi ad bellum Francis una manu inferendum; ut Maudud (274), dominus Mauſelae; Tamirek, dominus Sangarae; Emir Ejaz, filius Ilgazii, et Togtekin, dominus Damaſci, qui poſtremus urbe ſua egreſſus apud Salamiam occurrebat Maududo, eumque ſecum deducebat. Interea coibant Franci apud Tiberiadem, ſub imperatore ſuo Bagdovino, rege Hieroſolymitano, et Guſelino [Ioſſelino*] pugnamque committebant die decimo tertio primi menſis huius anni. Francis divina manu profligatis et ingente attritis caede, Damaſcum redibant Muſlemi duces menſe tertio. Accidebat tum, ut Maudud et Togtekin cum comitatu ſuo templum ingreſſi die quodam Veneris preces diei ſacro ſollemnes ceterumque dei cultum peragerent, finitaque ſupplicatione in atrio templi deambularent. Quo tempore Batenita quidam ſubito Maududum adortus ſica confodiebat. Percuſſor quidem ſub ipſo paene facinore ipſo in loco avulſo capite peribat: Maudud autem vulneratus in Togtekini aedes deportabatur et ſupervivebat aliquamdiu. Suadebant medici, rumperet ieiunium, quod eo die ipſe in ſe decreverat: ſed nolebat, itaque viribus defectus exſpirabat eodem illo die, vir probus et aequus. Caedis cauſſam ſunt, qui ſolis attribuunt Batenitis Syris; ut qui virum vehementer fuerint reveriti: alii Togtekinum perfidiae inſimulant, et aſſeverant eum percuſſores illi ſubornaſſe eiusque caput pretio deſtinaſſe cuius invaleſcentem potentiam metuebat. (275) Prima vice con-

 debatur

* Additur in Arabico صاحب الحلس, quod mihi ſuſpectum accidit. Si recte habet interpretandum erit, vir ille bellicoſiſſimus et fortiſſimus; ad verbum, qui nunquam ephippium deſerit. Videtur tamen in poſteriore voce nomen urbis aut arcis latere, aut pro الحلس legendum الحبس, *ille a ſuo carcere celeber*.

ودفن مودود بدمشق في تربة دقاق بن تتش ، ثم نقل الي بغداد فدفن في جوار ابي حنيفة رضي الله عنه ، ثم نقل الي اصفهان *

ذكر وفاة رضوان ، في هذه السنة توفي الملك رضوان بن تتش بن الب ارسلان بن داود بن ميكايل بن سلجوق صاحب حلب ، وقام بملك حلب بعده ابنه الب ارسلان الاخرس بن رضوان وكانت سيرة رضوان غير محمودة وقتل رضوان قبل موته اخوية ابا طالب وبهرام ، وكان يستعين بالباطنية في كثير من اموره لقلّة دينه ، وكانت ولاية رضوان في سنة ثمان وثمانين واربعماية في سنة قتل ابوه تتش ، ولما ملك *k* الاخرس بن رضوان استولي علي الامور لولو الخادم ، وكان الحكم والامر اليه ، ولم يكن الب ارسلان المذكور اخرس حقيقة وانما كان في لسانه حبسة وتمتمة *l* ، وكانت ام الاخرس بنت باغي سيان صاحب انطاكية ، وكان عمره حين ولي ست عشرة سنة * ولما مات رضوان وملك الب ارسلان قتلت الباطنية الذين كانوا بحلب وكانت جماعة ولهم صورة ونهبت اموالهم *

وفيها توفي اسماعيل بن احمد بن الحسين البيهقي الامام بن الامام توفي ببيهق ومولده سنة ثمان وعشرين واربعماية *

وفيها توفي محمد بن احمد بن محمد الابيوردي الاديب الشاعر وله شعر حسن فمنه ،

تنكّر

*k*) ملك Cod. Leid. مات

*l*) حبسة وتمتمة Qualia haec fint vitia exponam verbis Nuvairii ex illo capite desumtis, in quo de hebetudine et tarditate in sermone loquitur, vitiaque linguae recenset من عيوب اللسان التمتمة والفافاة والعقلة والحبسة

debatur Maudud Damaſci in monumento Duccaki; dein Bagdadum transvectus deponebatur prope ſepulcrum Abu-Hanifae: tandem Isfahanae ſedes adeptus fuit aeternas.

Hoc anno decedebat etiam Halebi dominus, Rodvan, filius Tanaſchi, filii Alp Arſlani, filii Davudi, filii Michaëlis, filii Selguki; relicto ſucceſſore filio, Alp Arſlano, Achraſo [ſeu muto] dicto, non quod omnino mutus eſſet, ſed quod linguae impeditioris eſſet et balbutiret. Rodvano mores prorſus non erant laudabiles; pietas et honeſta fides perquam tenuis. Nam paullo ante mortem curabat geminos fratres ſuos, Abu-Talebum, et Baharamum, de medio tolli. Plurimis in rebus et conſiliis ſuis exſequendis miniſterio utebatur Batenitarum. Regnare inceperat anno CCCCLXXXVIII, quo pater eius Tanaſch occubuerat. Achraſum [ſeu mutum], quem dicebamus, ſuſceperat ex filia Bagi Sejani, domini quondam Antiochiae. Cuius loco qui regnum curabat, eunuchus Lulu, ſuo iuveni, tum decimum ſextum aetatis annum agenti, nihil faciebat auctoritatis reliquum. Primum, quod Achraſi illuſtrat initia, memorabile facinus, fuit caedes Batenitarum, qui ſub patre Halebi et viribus et numero creverant, poterantque peculiare nota diſtingui:* opes caeſorum rapinae cedebant.

Eodem obiit Baihakae, hoc eſt in patria, Iſmaël, filius Hoſaini, Baihakenſis, Imamus magni nominis, patre natus Imamo non minore, cuius mentionem ſupra fecimus [ad a. CCCCLVIII]. Lucem primam viderat a. CCCCXXVIII.

Obiit etiam Isfahanae Muhammed, filius Ahmedis, filii Muhammedis Abu-Vardenſis Ommiadarum de gente oriundus, el-Adib [ſeu litterator, vel elegantioribus artibus excultus] et poëta nobilis. En ſpecimen poëſeos eius:

Bbb 3 Tem-

* Sic credidi non male accipi verba arabica ولهم صورة *et erat ipſis ſpecies.* Non refragabor tamen ſi quis malit: *ſpecioſi erant, auctoritate pollebant.*

Digitized by Google

تنكّر لي دهري فلم يدر انني اعزّ واهوال * الزمان تهون ،
وظلّ يريني الخطب كيف اعتداوه وبتّ اريه الصبر كيف يكون *
وكانت وفاته باصفهان وهو من بني امية *

وفيها توفي محمد بن احمد بن الحسين بن عمر وكنيته ابو بكر الشاشي الفقيه الشافعي ومولده سنة سبع وعشرين واربعماية وتفقّه علي ابو اسحق الشيرازي ببغداد وعلي ابي نصر بن الصباغ وصنف للمستظهر بالله كتابه المعروف بالمستظهري *

ثم دخلت سنة ثمان وخمسماية ، فيها ارسل السلطان محمد بن ملكشاه اقسنقر البرسقي واليا علي الموصل لما بلغه قتل مودود بن الطنطاش صاحب الموصل وامر السلطان الامراء واصحاب الاطراف بالمسير صحبة البرسقي لقتال الفرنج ، وجري بين البرسقي وايلغازي بن ارتق صاحب ماردين قتال انتصر فيه ايلغازي وهرب البرسقي ، ثم خاف ايلغازي من السلطان ، فسار الي طغتكين صاحب دمشق واتفق معه فكاتبا الفرنج واعتضدا بهم ، ثم عاد ايلغازي من دمشق الي جهة بلاده ، ولما قرب من حمص وكان في جماعة قليلة خرج قيرخان بن قراجا صاحب حمص وامسك ايلغازي ، فبقي في اسره مدة ثم تحالفا واطلقه *

ذكر

والحبسة واللغف والرتة والغمغمة والطمطمة واللكنة والغتة واللثغة ، فالتمتمة قال الاصمعي اذا تعتع في التاء فهو تمتام ، واذا تردد في الفاء فهو الفافاة ، والعقلة التواء اللسان عند الكلام ، والحبسة تعذر النطق ولم تبلغ حد الفافا ولا التمتام ، يقال هي تعرض اول الكلام فاذا مر به انقطعت ، واللغف ادخال بعض

Tempus fatumque meum ſe mihi barbarum praeſtat, quaſi me non noſſet: ignorat nempe, me per ipſas calamitates magis ferocire, maioresque animos ſumere; quum e contrario terrores eius evileſcant tandem et miteſcant.

Iam dudum monſtravit mihi, qualis ſua ſit erga me truculentia; ſed ego ipſi viciſſim oſtendi, qualis ſit, et cui contingat, patientia.

Eodem obiit Abu-Becr Muhammed, filius Ahmedis, filii Hoſaini, filii Omari, Schaſcha, urbe Tranſoxanae, oiundus,* fakihus Schafeïticus, natus anno CCCCXXVII. Operam Fikhae dederat Bagdadi ſub Abu-Ishaco Schirazeno; item ſub Abu-Naſro Ibn-es-Sabbago.** Auctor eſt libri, qui Moſtadharicus inſcribitur, nomine deſumto a Chalifa, cuius in gratiam ſcriptus eſt.

Anno DVIII [qui die 6 Iun. A. C. 1114 coepit] mittebat Sultan Muhammed Mauſelae praefectum, Acſoncorum Borſakenſem (276), audita caede prioris domini, Maududi, filii Altuntaſchi; eique litteras addebat, quibus Emiri et provinciarum reguli iubebantur ſub iſtius Acſoncori auſpiciis adverſus Francos militare. Ilgazi tamen illa ſpernebat mandata, Ortoki filius, Maredinae dominus, et hunc novum principem commiſſo praelio profligabat. Quia vero ſibi propterea metuebat a Sultano, cuius maieſtatem eo facto laeſerat, conferebat ſe ad Togtekinum, Damaſci principem; qui cum communicatis conſiliis Francos per litteras in ſuas amborum partes pertrahit. (277) Poſtea Damaſco ſuam rediturus in ditionem, intercipiebatur, quod parvo ſtipatus eſſet ſatellitio, haud procul Emeſſa, a Kirchano, Caragae filio, eius urbis domino; qui tamen eum poſt aliquam in vinculis moram data et viciſſim accepta fide rurſus dimittebat.

Decimo

* Vid. ad an. 365 Tom. II. pag. 527.

** Vid. ad an. 459 et 477 ſupra pag. 209 et 257.

ذكر وفاة صاحب غزنة ، في هذه السنة في شوال توفي الملك علاء الدولة ابو سعيد مسعود بن ابراهيم بن مسعود بن محمود بن سبكتكين صاحب غزنة وكان ملكه سنة احدي وثمانين واربعماية ، وملك بعده ابنه ارسلانشاه بن مسعود وامسك اخوته وهرب من اخوته بهرامشاه واستجار بالسلطان سنجر بن ملكشاه صاحب خراسان ، وارسل سنجر الي ارسلانشاه يشفع في بهرامشاه فلم يقبل منه ، فسار السلطان سنجر الي غزنة وجمع ارسلان شاه عساكره وفيوله ، فاقتتلوا واشتد القتال ، فانهزم عسكر غزنة وانهزم ارسلانشاه ، ودخل سنجر غزنة واستولي عليها واخذ منها اموالا عظيمة وقرر السلطنة لبهرامشاه بن مسعود وان يخطب في مملكته للسلطان محمد ثم للملك سنجر ثم للسطان بهرامشاه المذكور ، ثم عاد سنجر الي بلاده ، وكان ارسلانشاه قد هرب الي جهة هند ستان ثم جمع جمعا وعاد الي غزنة ، فاستنجد بهرامشاه بسنجر ثانيا ، فارسل اليه عسكرا ، فلما قاربوا ارسلانشاه هرب من غير قتال وتبعوه حتي امسكوه ، فخنق بهرامشاه اخاه ارسلانشاه ودفنه بتربة ابيه بغزنة ، وكان قتل ارسلانشاه في سنة اثنتي عشرة وخمساية وقدمنا ذكره لنتبع الحادثة بعضها بعضا ، وكان عمر ارسلانشاه لما قتل سبعا وعشرين سنة *

ذكر مقتل صاحب حلب ، في هذه السنة قتل تاج الدولة الب ارسلان الاخرس صاحب حلب بن الملك رضوان بن تتش بن الب ارسلان بن داود بن ميكايل بن سلجوق ، قتله غلمانه بقلعة حلب واقاموا بعده سلطانشاه بن رضوان وكان المتولي علي الامر لولو الخادم *

ثم

Decimo huius anni menſe vivis excedebat Gaznae dominus Ala-ed-daula Abu-Saïd Maſud, filius Ibrahimi, filii Maſudi, filii Mahmudi, filii Soboctekini. Imperium, quod anno CCCCLXXXI fuerat orſus, filio relinquebat, Arſlan Schaho. Hic quamvis protinus ceteros fratres cuſtodiae mandaret, effugere tamen fatalem a fratre ruinam non poterat, Baharamſchaho puta, qui ad Sultanum Sangarum, Malicſchahi filium, Choraſanae dominum fuga evadebat. Sangar, amice primum componere diſſidia fratrum ſatagens, apud Arſlan Schahum pro eius fratre per legatos deprecabatur: nihil autem eo modo efficiens, altero pietatem hanc aſpernante, Gaznam ipſe promovebat, acrique praelio copias, quas Arſlan Schah magna cum diligentia coëgerat, ceteraque ab elephantis praeſidia diſſipabat; victor intrabat Gaznam, et probe compilabat, ſuo tandem ſupplici Baharamſchaho eam traditam relinquebat, ea cum conditione, ut per totam ſuam ditionem pia vota fieri curaret, primo quidem loco Muhammedi, tanquam ſupremo Sultano, tum ipſi Sangaro, cum ſimplice Maleki titulo, et tandem ipſe ſibi Baharamſchaho Sultano. Rebus his geſtis domum redibat Sangarus. Eo autem abſente Gaznam invadebat denuo Arſlan Schah, ex India redux, quo perfugerat, cum copiis recentibus, ibi conſcriptis. Baharamſchah rurſus flagitabat auxilium Sangari; qui etiam ipſi alterum mittebat exercitum; cum quo non auſus congredi Arſlan Schah fugiebat; ſed retractus a perſecutoribus nervo exanimabatur, fratris iuſſu, anno aetatis vigeſimo ſeptimo. Idem frater curabat cadaver eius in paterno monumento Gaznae condi. Haec poſtrema quamvis anno demum DXII contigerint, maluimus tamen hic, connexionis gratia, praemittere.

Hoc anno trucidabant praetoriani ſui ſua in arce Halebi dominum, Tag-ed-daulam Alp Arſlanum Achraſum [ſeu mutum], filium Maleki Rodvani, f. Tanaſchi, f. Alp Arſlani rel. Sufficiebatur ipſi frater, Sultanſchah, eunucho Luluo regni negotia gerente.

ثم دخلت سنة تسع وخمسماية ، فيها ارسل السلطان محمد بن ملكشاه عسكرا ضخما لقتال طغتكين صاحب دمشق وايلغازي صاحب ماردين ، فعبر العسكر الفرات من الرقة وقصدوا حلب فعصت عليهم ، ثم ساروا الي حماة وهي لطغتكين فحصروها وفتحوها عنوة ونهبوا الاموال ثلثة ايام ثم سلّموا حماة للامير قيرخان بن قيرجا صاحب حمص ، واقام العسكر بحمص ، واجتمع بفامية ايلغازي وطغتكين وملوك الفرنج وهم صاحب انطاكية وصاحب طرابلس وغيرهما واقاموا بفامية ينتظرون ٥ تفرّق المسلمين ، فلما اقام عسكر المسلمين الي الشتاء تفرّق الفرنج وسار طغتكين الي دمشق وايلغازي الي ماردين ، ثم سار المسلمون من حماة الي كفرطاب وهي للفرنج واستولوا عليها وقتلوا من بها من الفرنج ونهبوهم ، ثم سار المسلمون الي المعرة وهي للفرنج ، ثم ساروا منها الي حلب ، فكبسهم صاحب انطاكية في اثناء الطريق ، فانهزمت المسلمون وقتل الفرنج فيهم ونهبوهم ، وهرب من سلم منهم الي بلاده *

وفيها استولي الفرنج علي رفنية وكانت لطغتكين ايضا ، ثم سار طغتكين من دمشق واسترجعها وقتل من بها من الفرنج *

ذكر وفاة صاحب افريقية ، في هذه السنة توفي يحيي بن تميم بن المعزّ بن باديس صاحب افريقية يوم عيد الاضحي فجاة ، وتولي بعده ابنه علي بن يحيي ، وكان عمر يحيي اثنين وخمسين سنة وولايته خمس سنين وخمسة اشهر وخلف ثلثين ولدا *

وفيها

بعض الكلام في بعض ، والرتة اتصال بعض الكلام ببعض دون افادة ، والغمغمة ان تسمع الصوت ولا تبين لك تقطيع الحروف ولا

Digitized by Google

Anno DIX [qui die 26 Maii A. C. 1115 coepit] mittebat Sultan Muhammed grossum exercitum adversus socios, Togtekinum, Damasci, et Ilgazium, Maredinae, dominos. Sultanici, traiecto apud Raccam Euphrate, Halebum impetebant, inde vero exclusi, Hamatam, de ditione Togtekini urbem, eamque aliquale afflictam obsidione armata manu expugnabant, et per triduum depraedabantur, talemque deinceps Emessae domino, Kirchano, filio Kiragae, tradebant; in ipsa eius urbe Emessa stativa condentes. Pariter quoque foederatus exercitus Togtekini, Ilgazii, et Francorum principum, ut Antiocheni, Tripolitani, aliorum, suis apud Apameam stativis non excedebat, discessionem Sultanicorum exspectans, donec, Francis ob ingruentem hiemem dilabentibus, ceteri quoque suam quisque domum repeterent. Muslemi tum [sic enim vere licet et per excellentiam nominare, qui caussam Muslemorum contra Muslemos infidelibus iunctos agebant] illi itaque, via iam patentiore, Cafar Tabum, ad Francos pertinens oppidum, impetebant, ibique deprehensos alienigenas omnes trucidabant et spoliabant. Impetebant deinceps Maarram, quae et ipsa tum ad Francos spectabat; et Halebum tandem tentabant altera vice. Verum Antiochiae dominus eos de via nec opinantes adortus, caedebat, dissipabat, depraedabatur. Qui evaserant, sparsi rarique suos quisque lares requirebant.

Sed et Togtekini, quamvis socii, territorio non parcebant Franci, quin Rafaniam occuparent. Quam Togtekin, Damasco accurrens, repetebat, caesis, quotquot ibi deprehendebat, Francis.

Die nono mensis ultimi anni huius, qui dies a sacra cerimonia Meccana solet Iaum el-Adha appellari, obibat subito fato, Iahia, filius Tamimi, f. Maazzi, f. Badisi, Libyae dominus, anno aetatis quinquagesimo secundo, dominationis octavo, cum quinque mensibus, triginta liberis relictis, quorum unus, Ali, succedebat.

 Eodem

Digitized by Google

وفيها قدم السلطان محمد الي بغداد فسار اليه طغتكين من دمشق ودخل عليه وسال الرضي عنه ، فرضي عنه وردّه الي دمشق *

فيها اخذ السلطان الموصل وما كان معها من اقسنقر البرسقي واقطعها للامير جيوش بيك ، وبقي البرسقي في الرحبة وكانت اقطاعه *

ثم دخلت سنة عشرة وخمسماية ، فيها توفي جاولي بن سقاووا بفارس ، وكان السلطان محمد بن ملكشاه قد ولاه فارس بعد اخذ الموصل منه كما تقدّم ذكره *

وفيها وقيل بل في سنة ست عشرة وخمسماية توفي ركن الدين ابو محمد الحسن p بن مسعود بن محمد المعروف بالفراء البغوي الفقيه المحدّث كان بحرا في العلوم ، صنف كتبا عدة منها التهذيب في الفقه والمصابيح في الحديث والجمع بين الصحيحين وغير ذلك ، والفرّاء نسبة الي عمل q الفرا والبغوي نسبة الي بلدة بخراسان يقال لها بغ وبغشور ايضا *

ثم دخلت سنة احدي عشرة وخمسماية ، ذكر وفاة السلطان محمد ، وفي هذه السنة في رابع وعشرين r ذي الحجة توفي السلطان محمد بن ملكشاه بن الب ارسلان بن داود بن ميكايل بن سلجوق ، وابتدي مرضه من شعبان ، ومولده ثامن عشر شعبان من سنة اربع وسبعين واربعماية ، فكان عمره سنا وثلثين سنة واربع اشهر وستة ايام ، واول ما خطب له ببغداد في ذي الحجة سنة اثنين وتسعين واربعماية وقطعت خطبته عدة دفعات

ولقي

ولا يفهم ، والطمطمة ان يكون الكلام شبيها بكلام العجم وهي حميرتة ، قالوا هي ابدال الطاء بالتاء h. e. "Inter linguae vitia est

Eodem veniebat Sultan Muhammed [Isfahana] Bagdadum; quo ad ipſum Damaſco Togtekin conveniebat, delictorum veniam et oblivionem rogatum. Quem Sultan benigne acceptum urbi ſuae deinceps reddebat.

Eodem adimebat Sultan Mauſelam cum appendicibus Acſoncoro Borſakenſi, eamque tribuebat Emiro Gojuſchbeco; quapropter Borſakenſis, illa miſſa, ſuam ad provinciam, Rahabam, abibat.

Anno DX [qui die 15 Maii A. C. 1116 coepit] obiit in Perſide Gavali, filius Sacavu. Eam nempe regendam ipſi dederat Sultan Muhammed, poſt ademptam ea ratione, qua ſupra dicebamus, Mauſelam.

Eodem anno, aut, ut alii malunt, anno DXVI (278) obiit in Marv er-Rud Abu-Muhammed Haſan, filius Maſudi, filii Muhammedis, vulgo ſub Farraï [ſeu pellicarii] Bagavenſis nomine notus. Bagavenſis appellatur de patria, Bag, vel Bagſchur (nam perinde eſt) urbe Choraſanica. Fakihus erat et traditionarius, vaſta inſtructus et profunda variarum rerum ſcientia, librorum auctor plurium, ut Tahdibi [ſeu correctionis] cuius argumentum ad fikham ſpectat; Maſabih [ſeu lucernarum] quo traditiones tractat; Game bain es-Sahihein [ſeu conciliatoris inter utrumque Sahih, Muſlemi et Bocharici], et aliorum.

Anno DXI eunte [coepit autem ille annus die 4 Maii A. C. 1117], ſcilicet vigeſimo quarto die menſis duodecimi, obiit Sultan Muhammed, filius Malicſchahi, filii Alp Arſlani, filii Davudi, filii Michaëlis, filii Selguki, ex morbo, ex quo male habere iam ab octavo inde menſe coeperat. Die decimo et octavo octavi menſis a. CCCCLXXIV primam lucem adſpexerat, ut adeo ſub obitum natus eſſet triginta ſex annos cum quatuor menſibus et ſex diebus. Prima vice Bagdadi renunciatus publice fuit Sultanus anno CCCCXCII. Sed illa quidem ſollemnis obſequii profeſſio non ſemel interrupta fuit. Tanta etiam adiit ille peri-



Digitized by Google

ولقي من المشاقّ والاخطار ما لا زيادة عليه ، وكان عادلا حسن
السيرة اطلق المكوس والضرايب في جميع بلاده ، وعهد بالملك
لابنه محمود وعمره قد زاد ان ذاك علي اربع عشر سنة ، ولما عهد
اليه اعتنقه وقبّله وبكي كل واحد منهما ، وجلس محمود علي
تخت السلطنة بالتاج والسوارين يوم وفاة ابيه في الرابع والعشرين
من ذي الحجة من هذه السنة ، وخطب لمحمود بالسلطنة يوم
الجمعة الثامن والعشرين من ذي الحجة *

ذكر قتل صاحب حلب واستيلاء ايلغازي عليها ، في هذه السنة
قتل لولو الخادم وكان قد استولي علي حلب واعمالها ، وكان قد
اقام لولو المذكور بعد رضوان ابنه الب ارسلان الاخرس ، فلما قتل
كما تقدّم ذكره اقام اخاه سلطانشاه وليس له من الحكم شي ، وبقي
لولو المذكور هو المتحكم علي البلاد ، فلما كانت هذه السنة سار لولو
الي قلعة جعبر ليجتمع بسالم بن مالك العقيلي صاحب قلعة جعبر ،
فوثب جماعة من الاتراك اصحاب لولو وقد نزل بريق الماء وصاحوا
ارنب ارنب ، وقتلوه بالنشاب ونهبوا خزانته وعادوا الي حلب ، فاتفق
اهل حلب واستعادوا منهم المال ، وقام باتابكية سلطانشاه بن رضوان
شمس الخواص يارقطش شهرا ثم اجتمع كبراء الدولة وعزلوه وولّوا
ابا المعالي بن الملحي ، الدمشقي ، ثم عزلوه وصادروه ، ثم خاف
اهل حلب من الفرنج فسلّموا البلد الي ايلغازي وتسلّم حلب وجعل
فيها ولده حسام الدين تمرتاش وعاد ايلغازي الي ماردين *

وفيها

est التمتمة quando quis laborat in enuncianda littera T, neque nisi post iteratos conatus et offensiones eam extundere valet. Ita perhibet

cula, tantas devoravit molestias, ut nil supra; quemadmodum e superioribus facile sit colligere. Iustitiam excolebat, commodis erat moribus; remiserat vectigalia, et quae tributa pro fundis antea solvi solebant, per omnem suam ditionem. Regnum legabat Mahmudo, filio suo, tum quatuordecim annis maiori. Scripto signatoque testamento, amplectebatur filium tam tenero cum affectu, ut lacrimae ambobus fluerent. Mahmud itaque solium conscendebat, augusto in habitu, hoc est in diademate et armillis (279), eodem illo die, quo pater animam efflabat.

Quarto die post, qui Veneris erat, vigesimo et octavo ultimi mensis primae fiebant pro eius salute preces Bagdadi.

Hoc anno caesus est Lulu, eunuchus, Halebi dominus, ille, qui, quod supra vidimus, post Rodvani obitum, eius filios, et primum quidem Alp Arslanum mutum, isto autem sublato, fratrem eius, Sultanschahum, in mimum tantummodo, suffecerat, ipse de cetero pro lubitu agens et versans omnia. Ille iam Lulu excursum faciebat hoc anno ad arcem Gabari, quo cum eius domino, Salemo, filio Maleki, Emiro Arabum Ocailitarum, sermones conferret. Hoc in itinere dum necessitas vesitam exonerandi eum equo detrahebat, opprimitur a sui corporis custodia, Turcis, qui, subito furore correpti, tendentes arcum, et Arnab, Arnab [id est, lepus, lepus] clamantes, [quasi leporem viderent, quem vellent telis configere,] ipsum eunuchum transfigebant, et expilatis eius thesauris Halebum redibant. Halebenses autem conspirati Turcis praedam rursus excutiebant; et Atabekatum [seu tutelam] Sultanschahi primo quidem deferebant Schams-el-Chavvasi Iaroctascho; mense autem post Abu'l-Maalio, filio Molgii, Damasceno. Sed et hic displicebat; neque tantum loco removebatur, verum etiam aere luebat. Oppidani tandem, hos inter aestus, insultum Francorum veriti, offerebant urbem suam Ilgazio, Maredinae domino; qui postquam eam in fidem accepisset, relicto ibi gubernatore filio, Timurtascho, Merdinum redibat.

Torrens

Digitized by Google

وفيها جاء سيل فغرق مدينة سنجر وغرق من الناس خلق كثير وهدم المنازل ، ومن عجيب ما يحكي ان الماء حمل مهدا فيه مولود ، فتعلّق المهد بشجرة زيتون ، ثم نقص الماء والمهد معلّق بالشجرة فسلم الطفل *

وفيها هجم الفرنج علي ربض حماة وقتلوا من اهلها ما يزيد علي ماية رجل ثم عادوا عنها *

ثم دخلت سنة اثنتي عشرة وخمسماية ، في هذه السنة عزل السلطان محمود مجاهد الدين بهروز t عن شحنكية بغداد وجعل اقسنقر البرسقي شحنة بغداد ، وسار بهروز الي تكريت وكانت اقطاعه ، وكان المدبّر لدولة السلطان محمود الوزير الربيب ابو منصور *

وفيها سار الامير دبيس بن صدقة الي الحلّة واجتمعت عليه العرب والاكراد *

ذكر وفاة المستظهر ، في هذه السنة في سادس عشر ربيع الاخر توفي المستظهر بالله احمد بن المقتدي بامر الله عبد الله بن الذخيرة محمد بن القايم ، وكان عمره احدي واربعين سنة وستة اشهر واياما وخلافته اربعا وعشرين سنة وثلثة اشهر واحد عشر يوما ، ومن الاتفاق الغريب انه لما توفي السلطان الب ارسلان توفي بعده القايم ، ولما توفي ملكشاه توفي بعده المقتدي ، ولما توفي محمد توفي بعده المستظهر *

ذكر خلافة المسترشد ، وهو تاسع عشرينهم ، لما توفي المستظهر بويع ولده المسترشد بالله ابو منصور فضل بن احمد المستظهر واخذ البيعة علي الناس للمسترشد القاضي ابو الحسن الدامغاني *

وفيها

Digitized by Google

Torrens hoc anno Sangaram oppressit, magnoque numero et homines hausit et domos. Mirabile est, quod narrant, aquam cunas cum recens nato infante asportasse et in ramis oleae deposuisse: post aquae defluxum detractas ex arbore cunas et infantem servatum fuisse.

Eodem obruebant Franci partem Hamatae non munitam, seu suburbium; abibant tamen deinde, post obtruncatos ibi plus centum viros.

Anno DXII [qui die 23 April. A. C. 1118 coepit] removebat Sultan Mahmud a Schehnae [seu praetoris] Bagdadici munere Mogahed-ed-dinum Baharuzum, eumque ad provinciam suam, Tacritam, ablegabat: urbanam vero praeturam mandabat Acsoncoro Borsakensi. Haec omnia sic instituta fuisse censenda sunt a Veziro Rabibo Abu-Mansuro, qui per minorem Mahmudi aetatem negotia Sultanatus administrabat.

Hoc anno ibat Hellam Emir Dobais, filius Sadacae, Arabesque et Curdi ad eum confluebant, dominum agnoscentes.

Die decimo sexto quarti mensis excedebat e vivis Mostadhar billah Ahmed, filius Moctadii beamr allah Abdallae, filii Dachirati Muhammedis, filii Caiemi, annos natus quadraginta et unum, et sex praeterea menses, cum diebus aliquot. Chalifatum gesserat per viginti quatuor annos, tres menses et undecim dies. Rara est, et admirationem meretur similitudo factorum, quae Chalifas Abbasidas hos ultimos, et Sultanos Selgukidas intercessit. Mortem enim Alp Arslan paullo post sequebatur mors Caiemi; mortem Malicschahi, mors Moctadii; et tandem Muhammedis mortem mors Mostadhari.

Hunc excipiebat filius, Chalifarum suae gentis vigesimus et nonus, Mostarsched billah [seu qui divinam directionem sibi votis et precibus efflagitat,] Abu-Mansur Fadlus, cuius in fidem Cadi Abu'l-Hasan Dameganensis multitudinem adigebat.



Digitized by Google

وفيها توفي ابو زكريا يحيي بن عبد الوهاب بن منده الاصفهاني المحدّث المشهور وله في الحديث تصانيف حسنة *

وفيها توفي ابو الفضل احمد بن محمد بن الخازن ، وكان اديبا وله شعر حسن *

وفيها قتل ارسلانشاه بن مسعود السبكتكيني قتله اخوه بهرامشاه بن مسعود واستقرّ بهرامشاه في ملك غزنة حسبما قدمنا ذكره في سنة ثمان وخمسماية *

ثم دخلت سنة ثلث عشرة وخمسماية ، فيها سار السلطان سنجر الي حرب ابن اخيه السلطان محمود والتقيا بالري بالقرب من ساوه ، فانهزم محمود ونزل السلطان سنجر في خيامه v ، ثم وقع الصلح بينهما علي ان يخطب للسلطان سنجر ثم بعده للسلطان محمود ، فاستولي السلطان سنجر علي الري واضافها الي ما بيده ، وقدم السلطان محمود الي عمه السلطان سنجر بالري ، فاكرمه سنجر واحسن اليه *

وفيها كانت وقعة بين ايلغازي بن ارتق وبين الفرنج بارض حلب ، فهزم x الفرنج وقتل منهم عدة كثيرة ، وكان فيمن قتل سرجال صاحب انطاكية ، ثم سار ايلغازي وفتح عقيب الوقعة الاثارب وزردنة y ، وكانت الوقعة في منتصف ربيع الاول عند عفرين ، ومما مدح ايلغازي به بسبب هذه الوقعة ،

قل ما تشاء وقولك المقبول وعليك بعد الخالق التعويل z ،
واستبشر القران حين نصرته وبكي بفقد رجاله الانجيل *

وفيها

bet Asmaaeus. Id idem si quis patiatur in littera F, dicitur الفافاه. العقلة [quasi ligatio] est quando lingua inter loquendum sese mire tor-

Eodem obiit Abu-Zacaria Iahia, filius Abd el-Vahhabi, Ibn-Mandah, Isfahanensis, celeber ille traditionarius, quo in genere scripta non inficeta edidit.

Eodem obiit Abu'l-Fadl Ahmed, filius Muhammedis, vulgo Ibn el-Chazeni [seu filius thesaurarii] dictus, politi vir ingenii, et elegans poëta.

Eodem peremit Baharamschah, filius Masudi, de gente Soboctekini, fratrem suum, Arslanschahum, eoque sibi quietam comparabat Gaznae possessionem: qua de re iam latius ad ann. DVIII diximus.

Anno DXIII [qui die 13 Apr. A. C. 1119 coepit] inferebat Sultan Sangar bellum Mahmudo, sui quondam fratris, Muhammedis, filio. Concursum fuit in Raia provincia, prope Savam; eoque praelio victor factus Sangar in ipsis victi Mahmudi castris et tentoriis descendebat. Pax tamen inter affines postea coibat hac lege, ut Sangari prima fieret in publicis actibus mentio, tum Mahmudi, utriusque cum Sultani titulo. Accipiebat Sangar ea victoria et compositione quoque Raiam, suisque illam pristinis provinciis addebat. Cetera convenientem ad se suum nepotem, Mahmudum, honorifice benigneque accipiebat.

Eodem commissum fuit apud Afrinam in agro Halebense praelium Francos inter et Ilgazium, Ortoki filium, quo victi et vehementer laniati fuerunt Franci; quorum inter viros illustres, tum caesos, fuit Sirogal (280), Antiochiae dominus. Hanc victoriam, quam Ilgazi medio mense tertio huius anni reportabat, consequebatur Atareb et Zardana. Inter alia carmina, in hanc victoriam et victoris laudem dicta fuit etiam illud, cuius hoc est initium:

Iube iam quidquid velis: en parere parati adsumus; post conditorem rerum omnium confidimus tibi.

Coranus ideo laetatur et bonam de futuris spem capit, quod tu eum asseruisti. Euangelium contra plorat iacturam virorum [et heroum] suorum.



Digitized by Google

وفيها سار جوسلين صاحب تل باشر الي بلاد دمشق ليكبس العرب بني ربيعة واميرهم ان ذاك مرّ a بن ربيعة ، فتقدم عسكر جوسلين عليهم ووقع عسكره الي العرب وجري بينهم قتال شديد انتصر فيه مر بن ربيعة وقتل واسر من الفرنج عدة كثيرة *

وفيها امر السلطان سنجر باعادة شهروز b الي شحنكية العراق ، فعاد اليها *

وفيها ظهر قبر الخليل عليه السلام وقبر ولديه اسحق ويعقوب بالقرب من بيت المقدس وراءهم كثير من الناس لم تبل اجسادهم وعندهم في المغارة قناديل من ذهب وفضة ، قال ابن الاثير مولّف الكامل هكذا ذكره حمزة بن اسد بن علي بن محمد التميمي في تاريخه *

ثم دخلت سنة اربع عشرة وخمسماية ، ذكر الحرب بين السلطان محمود واخيه مسعود ، كان مسعود بن السلطان محمد له الموصل واذربيجان ، فكاتب دبيس بن صدقة جيوش بك اتابك مسعود يشير عليه بطلب السلطنة لمسعود ووعده دبيس بان يسير اليه وينجده ، وكان غرض دبيس ان يقع بين محمود ومسعود لينال دبيس علو المنزلة كما نالها ابوه صدقة بسبب وقوع الخلف بين بركيارق واخيه محمد ، فاجاب مسعود الي ذلك وخطب لنفسه بالسلطنة وجمع عسكره وسار الي اخيه محمود ، فالتقوا عند عقبة استراباذ

torquet. الحبسة [quasi coërcitio, retentio] est difficultas sermonis, at non tanta, atque sunt illa duo vitia, quae primo loco proposuimus. Dicunt alii الحبسة esse offensionem et haesitationem in sermonis initio; sed quae currente sermone cesset et observari nequeat. اللغف [implicatio] est implicatio partium orationis in se invicem.¹ الرتة est con-

Digitized by Google

Eodem invadebat Gufelin, dominus Tall Bafcheri, Damafcenam ditionem, ea mente, ut ibi verfantes Arabes Rabiitas, quorum dux tum erat Morr, filius Rabiae, derepente opprimeret. Francis itaque in Arabes irruentibus coortum fuit atrox praelium, quo Morrille Emirus ingentem in Francos edebat ftragem, neque paucos in vinculis afportabat.

Eodem iubebat Sultan Sangar, Baharuzo praeturam Bagdadicam, qua cedere debuerat, reddi. Neque poterant non obtemperare.

Eodem apparebat fepulcrum Chalili [feu familiaris amici dei, quo titulo Abraham patriarcha defignatur] et filii atque nepotis eius, Ifaaci et Iacobi, prope Hierofolymas. Permulti viderunt eorum corpora non corrupta. Spelunca, quae tumulum ipfis praeftabat, aurea oftentabat et argenta condelabra. Sic certe refert Ibn-el-Atir in Camelo; qui viciffim afferit ex Hamzae, filii Afadi, filii Alii, filii Muhammedis, Tamimitae, Chronico haufiffe.

Anno DXIV [qui die 1 Apr. A. C. 1120 coepit] fubortum eft bellum inter fratres Mahmudum et Mafudum, filios Muhammedis Sultani, Selgukidas. Mafud tenebat Maufelam et Aderbiganam; huius Atabeco [feu tutori], Gojufchbeco, fuggerebat Afaditarum Arabum Emirus, Dobais, filius Sadacae, id confilium, ut ftuderet alumno fuo Sultanatum conciliare; promittens omnem fuam opem atque operam, neque fe, five praefentia, five copiis fuis opus fuerit, unquam defuturum effe. Qua re Dobais aliud defignabat nihil, quam, ut, poftquam fratres in mutuas caedes commififfet, utrique fe pretiofum et neceffarium faceret; quemadmodum noverat patrem fuum, Sadacam, per fimultates Borkeiaroki et Muhammedis auctoritate creviffe. Non difplicebat Mafudo confilium; ipfe fibi proinde nomen et iura fummae maieftatis arrogabat, copias colligebat, et adverfus fratrem, Mahmudum, educebat. Concurritur apud collem Eftara-

 badenum,

Digitized by Google

استراباان منتصف ربيع الاول من هذه السنة واشتدّ القتال بينهم ، فانهزم مسعود وعسكره ، ولما انهزم مسعود اختفي في جبل وارسل يطلب من اخيه محمود الامان ، فبذله له ، وقدم مسعود الي اخيه محمود ، فامر محمود بخروج العسكر الي تلقّيه ، ولما تلقيا اعتنقا وبكيا وبالغ محمود في الاحسان الي اخيه مسعود ووفي له ، ثم قدم جيوش بك اتابك مسعود علي محمود ، فاحسن اليه ايضا ، واما دبيس بن صدقة فلما بلغه انهزام مسعود اخذ في افساد البلاد ونهبها ، وكاتبه محمود فلم يلتفت اليه ، فسار السلطان محمود اليه ، فلما قرب منه خرج دبيس عن الحلة والتجي الي ايلغازي بن ارتق صاحب ماردين ، ثم اتفق الحال علي ان يرسل دبيس اخاه منصورا رهينة ويعود الي الحلة ، فاجيب الي ذلك *

وفيها خرج الكرج علي بلاد الاسلام وملكوا تفليس وقتلوا ونهبوا من المسلمين شيا كثيرا *

وفي هذه السنة جمع ايلغازي التركمان وغيرهم والتقي مع الفرنج عند ذات البقل من بلد سرمين وجري بينهم قتال شديد فانتصر ايلغازي وانهزم الفرنج *

ذكر ابتداء امر محمد بن تومرت وملك عبد المومن ،
كان محمد بن عبد الله بن تومرت العلوي الحسيني من قبيلة
مرن

coniunctio unius partis sermonis cum altera, absque fructu. الغمغمة est quando audis quidem vocem, at distincte litteras sensumque non percipis. الطمطمة est quando sermo similis est sermoni Persarum (vel Barbarorum). Proprium hoc vitium est sermoni Homeiritico. Alii dicunt esse permutationem litterarum ت et ط ut, ubi haec fuisset pronuncianda, illa pronuntietur." cet.

Digitized by Google

badenum, medio menſe huius anni tertio. Acre fit, ſed adverſum Maſudo, praelium; quo victus ille et fugatus, neceſſe habebat in aliquo, quod ibi erat, montis iugo ſe per tempus aliquod occultare, et veniam atque ſecuritatem a fratre per legatos petere. Qua impetrata ſe illi permittebat coram accedens. Cui Mahmud exercitum ſuum obviam ire dignosque honores omnes exhibere volebat. Congreſſi fratres amplexus et lacrimas miſcebant. Neque fictus erat affectus ille. Mahmud, quo poterat, exquiſito cultu proſequebatur fratrem, neque fallebat datam fidem. Atabeko Maſudi quoque ſe benignum praeſtabat coram venienti. Dobais autem, Arabs ille regulus, tam facile nolebat in ordinem cogi; ſed, accepta Maſudi clade, inſtituebat Sultani territorium rapinis, ignibus et omne bellica graſſatione corrumpere. Mahmud hominem per litteras primum tentabat ad officium revocare. Sed illo admonitionem ſpernente opus habebat, ut ſeque illi ſuasque copias obiiceret. Arabs autem, non exſpectans formidoloſos hoſpites, ad Ilgazium Ortokidam, Merdinae dominum, perfugiebat; cuius opera pax tandem ea lege Mahmudum inter et Dobaiſum coaleſcebat, ut hic fratrem ſuum, Manſurum, integrae fidei futurum obſidem, illi mitteret; eoque facto Hellam, paternae ſedem dominationis, rediret.

Hoc anno invadebant Corgi [vel Georgiani] territorium Muſlemicum, armataque manu Teflisam ingreſſi caedibus implebant; tandem ingentibus onuſti divitiis abibant.

Eodem adoriebatur Ilgazi cum Turcomanis ſuis cererisque alterius generis copiis Francos acre, ſed ſecundo, praelio apud Dat el-Bacl, vicum in agro Serminenſe.

Ad hunc quoque annum redeunt prima initia dynaſtiae apud Mauros tum ſubortae, et Movahhedin [ſeu unum deum profitentium] appellatae, cuius fundatores fuerunt Ibn-Tumrot, et Abd el-Mumen. (281) Erat nempe aliquis Muhammed, filius Abdallae, Ibn-Tumrot, ab Hoſaino, filio Alii, genus ducens, tribu

Digitized by Google

من المصامدة من اهل جبل السوس من بلاد المغرب ، فرحل ابن تومرت الي بلاد المشرق في طلب العلم واتقن علم الاصولين والعربية والفقه والحديث واجتمع بالغزالي والكيا الهراس في العراق واجتمع بابي بكر الطرطوشي بالاسكندرية ، وقيل انه لم يجتمع بالغزالي ، ثم حج ابن تومرت وعاد الي المغرب واخذ في الانكار علي الناس والزامهم باقامة الصلوات وغير ذلك من الاحكام الشرعية وتغيير المنكرات ، ولما وصل الي قرية اسمها ملالة بالغرب من بجاية اتّصل به عبد المومن بن علي الكومي ، وتفرّس ابن تومرت النجابة في عبد المومن المذكور وسار معه ، وتلقّب ابن تومرت بالمهدي واستمر المهدي المذكور علي الامر بالمعروف والنهي عن المنكر ، ووصل الي مراكش وشدّ في النهي عن المنكرات وكثرت اتباعه وحسنت ظنون الناس

m) اهوال Ibn-Schchna habet احوال

n) قبرجا Alias قراجا o) ينتظرون deerat in cod. L.

p) الحسن Herbelotus et Raud el-achiar habent الحسين, ille p. 167 b.

q) عمل C. L. علم r) وعشرين C. L. عشر

s) الملحي C. L. الملجي t) بهروز C. L. بهروز

v) خيامه C. L. قيامه x) فهزم Forte فهزمت

y) وزردنة C. L. et Elmac. p. 296 وزردنا

z) عليك تعويل *in te fiducia*, proprie *super te gravatio*, vel *pressio*: hoc est super te recumbimus, te nitimur, in te confidimus. معوّل idem est, v. c. apud Gorairum in isto:

ان لم تعلق من قريش بذمة فليس علي اسياف قيس معوّل ،

"Si protectione Coraischitarum te non tueris, tunc in gladiis Caisitarum fiducia tibi nulla est."

tribu Mosammadensis, patria et civitate ad Susam Mauritanicam pertinens. Hic Alida studiorum caussa olim orientem adierat, ibique solide hauserat partes theologiae omnes, dogmaticam, traditionariam, civilem;* item Arabicam linguam perdidicerat; celeberrimos audiverat doctores, in Iraca quidem, Gazzalicum et Coja Harrasum; Alexandriae vero Abu-Becrum Tortuschanum. (282) Sunt tamen, qui negant ipsum a Gazzalico profecisse. Tandem Meccanis quoque ritibus defunctus redibat in Mauritaniam; ibique severis instituebat reprehensionibus corruptos gentilium mores emendare, eosque ad rite peragendas preces, et observandas reliquas fidei praecipuas sanctiones, quae in desuetudinem abierant, vitiorumque diligentem fugam adhortari et cogere. (283) In urbe Malala, quae a Bagaja haud procul abest, consuetudine cum Abd el-Mumeno (284), filio Alii, Cumense, inita, hunc quidem adsciscebat apostolatus sui socium, observans hominem ingenii non vulgaris esse; ipse vero magnificum et magni momenti nomen Mahdii sibi arrogabat, hoc est eum se iactabat esse verae viae demonstratorem, quem olim venturum esse propheta praedixerat; eoque modo pergebat suis Mauris horrorem scelerum incutere, virtutum vero amorem inspirare. Quum itaque Marracaschae tandem quoque, hoc est in sede occidentalis imperii, eadem se ratione gereret, acerrimisque suis contra vitia declamationibus egregiam civibus de se faceret opinionem, numeroque plurimos contraheret asseclas, et nominis adipisceretur celebritatem maximam: fieri non poterat, quin oculos animosque magnatum et prudentiorum in se converteret. Princeps ergo, qui tum dominabatur, Emir el-Muslemin Ali, filius

* In textu est الاصوليين utrorumque Osul; nempe اصول الدين radicum seu fundamentorum fidei, hoc est theologiae dogmaticae, et اصول الفقه radicum fikhae seu theologiae civilis. Sic ipse Abulfeda inferius alicubi distinguit. Mirum tamen quod in hoc loco fikhae expressa mentio fiat.



Digitized by Google

الناس به ، ولما اشتهر امره استحضره امير المسلمين علي بن
يوسف بن تاشفين لحضرة الفقهاء فناظرهم وقطّعهم ، واشار بعض
وزراء علي بن يوسف بن تاشفين عليه بقتل ابن تومرت المهدي
وقال والله ما غرضه النهي عن المنكر والامر بالمعروف بل غرضه
التغلّب علي البلاد ، فلم يقبل عليّ ذلك ، فقال الوزير (واسمه
ملك بن وهيب من اهل قرطبة) فاذا لم تقتله فخلّده في
الحبس ، فلم يفعل ، فامر باخراجه عن مراكش ، فسار المهدي
الي اغمات ولحق بالجبل واجتمع عليه الناس وعرّفهم انه هو
المهدي الذي وعد النبي بخروجه ، فكثرت اتباعه واشتدّت
شوكته ، وقام اليه عبد المومن بن علي بعشرة انفس وقالوا له
انت المهدي ، وبايعوه علي ذلك ، فتبعهم غيرهم ، فارسل امير
المسلمين جيشا ، فهزّمه المهدي ، فقويت نفوس اصحابه واقبلت
اليه القبايل فبايعوه ، وعظم امره وتوجه الي جبل عند تينمليل ،
واستوطنه ، ثم ان المهدي راي في بعض جموعه قوما خافهم
فقال ان الله تعالي اعطاني نورا اعرف به اهل الجنة من
اهل النار ، وجمع الناس الي راس جبل وجعل يقول

عن

a) مرّ Ibn-Schehna Leidensis habet مرّه.

b) شهروز Procul dubio leg. بهروز

c) تينمليل C. L. ينمليل

filius Iofefi, filii Tefchfini, coram fe arceffitum Ibn-Tomrut cum fakihis fuis in difputationem committebat; quos ille graviffimis argumentis perculfos, ut erat homo eruditus, ad filentium adigebat. Vnus magnatum, vel Vezirorum, huic certamini praefentium, nomine Malek, filius Vohaibi, vir Cortobenfis, id, quod res erat, fubodoratus, hunc planum fcilicet nolle multitudinem a pravis artibus ad honeftas convertere, fed regnum quaerere, regiique generis everfionem, fuadebat eum de medio tolli. Princeps autem repudiabat confilium, quod ipfi praeceps et iniquum videbatur. Saltim ergo perpetuo carceri mandari hominem urgebat Vezirus idem. Sed neque illud poterat magis approbare. Tantummodo relegabant hunc Mahdium ex augufta urbe. Agmatam igitur ille progreffus occupabat editiffimum montem, eoque incredibilem conciebat vim fectatorum et potentiam. Poftquam enim Abd el-Mumen, unaque alii decem viri pro Mahdio ipfum agnoviffent, eoque nomine facramentum ipfi dixiffent: fequebantur etiam reliqui hoc exemplum; adeoque infolefcebant tumultuantes, ut princeps opus haberet, exercitum ipfis immittendi. Quem tamen Mahdi profligabat. Dici vix poteft, quantum ea victoria veterum affeclarum animos in perfuafione de huius Mahdii veracitate et in fpe maximarum rerum confirmaverit, et quantum ipfi numerum novorum conciliaverit. Integrae enim tribus accedebant eius caftris, in montem apud Tinmalil (285) iam translatis, ut felectu iam opus effet. Obfervaverat enim Ibn-Tumrot, ut in tanta hominum mifcellanea turba, nonnullos, quos recte fufpectos habere atque formidare fibi videbatur. Iis itaque fe aftutus homo hunc in modum liberabat, ufus indole fui montis, eam in rem aptiffima. Iactabat nempe fibi conceffum a deo lumen effe, cuius ope diftinguere paradifo deftinatos a miferis et orco damnatis valeat: velle itaque fuum exercitum luftrare. Hoc fine omnes in faftigium fui montis congregabat, et per acies eundo fingulos denotabat.

 Quem-

Digitized by Google

عن كل من يخافه هذا من اهل النار، فيلقي من راس الشاهق ميتا، وكل من لا يخافه هذا من اهل الجنة ويجعله من يمينه، حتي *a* قتل خلقا كثيرا واستقام امره وأمن علي نفسه، وقيل ان عدة الذين قتلهم سبعون الفا، وسمي عامّة اصحابه الداخلين في طاعته الموحّدين، ولم يزل امر ابن تومرت المهدي الي سنة اربع وعشرين وخمسماية، فجهز جيشا يبلغون اربعين الفا فيهم الونشريسي وعبد المومن الي مراكش، فحصروا امير المسلمين بمراكش عشرين يوما، ثم سار متولي سجلماسة بالعساكر للكشف عن مراكش وطلع اهل مراكش وامير المسلمين فاقتتلوا وقتل الونشريسي وصار عبد المومن مقدّم العسكر واشتدّ بينهم القتال الي الليل، فانهزم عبد المومن بالعسكر الي الجبل، ولما بلغ ابن تومرت خبر هزيمة عسكره وكان مريضا فاشتدّ مرضه وسال عن عبد المومن فقالوا سالم، فقال المهدي لم يمت احد، ثم اوصي اصحابه باتّباع عبد المومن وعرّفهم انه هو الذي يفتح البلاد وسمّاه امير المومنين، ثم مات ابن تومرت بمرضه المذكور وكان عمره احدي وخمسين سنة ومدة ولايته عشر سنين، وعاد عبد المومن الي تنملل واقام بها يولّف قلوب

*a*) حتي Num aliquid deeſt!

Quemcunque reverebatur, eum edicebat gehennae filium esse; et protinus ablegabat ad montis praecipitium, ubi constituti fidi satellites eum deturbabant, ut rupto miseris modis pereundum esset. Perhibent hunc planum ea ratione incredibilem numerum sustulisse, rebusque suis robur et spiritui suo securitatem comparasse. Sunt, qui sic peremta hominum septuaginta millia perhibent. Quem contra diffidebat sibi noxium fore, paradisi eum nuncupabat participem, et a dextra sua collocabat, et omnes generale titulo Movahhedin [seu professorum unius veri dei] appellabat. (286) In his pergebat usque ad annum DXXIV, quo exercitum quadragies mille capitum Marracaschae [Maroccae] immittebat; eosque inter ambo duces, Vanscharificum et Abd el-Mumenum; qui Maroccam et in ea principem obsidebant; sed minus prospero cum successu. Succurrebat enim obsessis, vigesimo iam obsidionis die, Segelmasae praefectus, hostem discussurus; eumque ab una parte adoriebatur, obsessis interim ex urbe cum principe suo egressis eundem ab altera parte tam urgentibus et affligentibus, medium interceptum, ut Abd el-Mumen, qui post caesum alterum ducem, Vanscharificum, solus in se copiarum susceperat imperium, sub noctem se in montem subducere opus haberet, postquam acerrimum praelium toto die sustinuisset. Cladis huius famam nactus Mahdi, tum graviter ex morbo decumbens, interrogabat nuncium, num Abd el-Mumen adhuc superstit: et affirmante, negabat vel unum de suis periisse [quandoquidem vir non ceciderit, qui unus omnium loco esse possit]. Paullo post eodem ex morbo decedebat (287), anno aetatis quinquagesimo primo, rerum gestarum, vel tragoediae suae, decimo; postquam Abd el-Mumeno titulum principis fidelium attribuisset, ne summis principibus minor esset, et commilitonibus fidum et constans erga illum obsequium imperasset. Eum enim illum esse, cui fatale sit multas regiones subigere. Abd el-Mumen autem de fuga se ad Tinmalil recipiebat, ubi tranquillus haere-



Digitized by Google

قلوب الناس الي سنة ثمان وعشرين وخمسماية ، ثم سار عبد المومن
واستولي علي الجبال ، وجعل امير المسلمين علي بن يوسف بن
تاشفين ابنه تاشفين بن علي بن يوسف بن تاشفين يسير في
الوطاءت e قبالة عبد المومن ، وفي سنة تسع وثلثين سار عسكر عبد
المومن الي مدينة وهران وسار تاشفين اليهم وقرب الجمعان بعضهم
من بعض ، فلما كانت ليلة سبع وعشرين من رمضان من هذه
السنة وهي ليلة يعظّمها المغاربة سار تاشفين في جماعة يسيرة
متخفيا ليزور مكانا علي البحر فيه متعبدون وصالحون وقصد
التبرّك ، وبلغ الخبر مقدّم جيش عبد المومن واسمه عمر بن يحيي
الهنتاتي فسار واحاط f بتاشفين بن علي بن يوسف ، فركب
تاشفين فرسه وحمل ليهرب ، فسقط من جرف عال ، فهلك واخذ
ميّتا وجعلت جثّته علي خشبة ، وقتل كل من كان معه وتفرّق
عسكر تاشفين ، وسار عبد المومن الي وهران وملكها بالسيف وقتل
فيها ما لا يحصي ، ثم سار عبد المومن الي تلمسان وهي مدينتان
بينهما شوط فرس احداهما اسمها تاقررت بها اصحاب السلطان
والاخري اسمها اقادير ، فملك عبد المومن تاقررت ثم قرر امرها
وجعل علي اقادير جيشا يحصرها ، ثم سار عبد المومن الي فاس
وملكها بالامان في اخر سنة اربعين وخمسماية ورتّب امرها ، ثم سار
الي سلا ففتحها في سنة احدي واربعين وخمسماية ، وفتح عسكره
اقادير

e) الوطاءت C. L. الوصاءت Forte deest etiam في عسكر Constr. جعله في عسكر يسير به

bat, amicos parans, ſuorumque animos in pacem et concordiam concilians, usque ad annum DXXVIII, quo ipſe quidem regionem montanam occupabat, princeps vero regnans Ali, filius Ioſephi, filii Teſchfini, filium ſuum, Teſchfinum, ipſi opponebat, coram ipſo in planitie vagaturum. Anno DXXXIX impetebat Abd el-Mumen urbem Vahran [vulgo Oran] unde depulſurus hoſtem Teſchfin approperabat, ſed et vitae finem ibidem inveniebat. Nocte nimirum vigeſima ſeptima noni menſis, quam Mauritani magna religione colunt, excurrebat Teſchfin, (qui tum ipſe regnabat, mortuo patre) cum parvo ſatellitio, ignoto habitu, ad locum aliquem in litore poſitum, ubi ſancti quidam homines, divino cultui dediti, vivebant, a quorum colloquio et benedictione ſtudebat ſuis conatibus proſperos ſucceſſus comparare. Dux autem copiarum Abd el-Mumeni, Omar (288), filius Iahiae, Hantatenſis, certior de loco adverſi ducis eiusque intercipiendi facilitate factus, eo ibat, Teſchfinum indagine clauſurus. Elabi tentat Teſchfin; ſed trepidus et per tenebras dum fugit, praecipiti ex rupe delapſus cum equo perit (289), et ſublatus inimica in caſtra deportatur, ubi palo ſuffixus iucundum hoſti de ſe ſpectaculum praebuit. De ſociis devotae illius viſitationis evadebat ex caede ne unus quidem: exercitus autem amiſſo duce dilabebatur. Patebat itaque Abd el-Mumeno Vahranam via, quam ille gladio expugnatam caedibus ultra modum atque numerum implebat. Inde Telemſanam progrediebatur. Id unum nomen duas urbes complectitur, eo ſpatio diſtantes, quod equus uno impetu valet decurrere: una Carort appellatur, in qua gens et militia principis erat; altera Afadin. Illam quidem protinus occupabat et ordinabat Abd el-Mumen. Afadinae autem apponebat coronam, quae dum obſervat et anget eam urbem, ipſe Faſam [vulgo Fez] pergebat, quam exeunte anno DXL data fide nanciſcebatur. Cui Salam addebat anno proximo DXLI. Quo ipſo Afadinam quoque relictus ibi exercitus vi martis tandem

dem

Digitized by Google

افادير *g* بعد حصار سنة وقتلوا اهلها ، ثم سار عبد المومن ونازل مراكش ، وكان قد مات علي بن يوسف صاحبها وملك بعده تاشفين بن علي ثم ملك بعده اخوه اسحق بن علي بن يوسف بن تاشفين وهو صبيّ ، فحاصرها عبد المومن احد عشر شهرا وفتحها بالسيف وامسك الامير اسحق وجماعة من امراء المرابطين ، وجعل اسحق يرتعد ويسال العفو عنه ويدعو لعبد المومن ويبكي ، فقال له سير (وهو من اكبر امراء المرابطين وكان مكتوفا) تبكي *h* علي ابيك وامك اصبر صبر الرجال ، وبزق في وجه اسحق ، ثم قال عن عبد المومن ان هذا رجل لا يدين الله بدين ، فنهض الموحّدون وقتلوا سير المذكور بالخشب وقدّم اسحق علي صغر سنّه وضربت عنقه سنة اثنتين واربعين وخمسماية ، وهو اخر ملوك المرابطين وبه انقرضت دولتهم ، وكانت مدة ملكهم سبعين سنة وولي منهم اربع يوسف بن تاشفين وابنه علي بن يوسف وتاشفين بن علي واسحق بن علي ، ولما فتح عبد المومن مراكش استوطنها وبني قصر ملوك مراكش جامعا وزخرفها وهدم الجامع الذي بناه يوسف بن تاشفين ، وكان ينبغي ذكر هذه الوقعة *i* في موضعها وانما قدّمت لتتبّع الحادثة بعضها بعضا *

وفي

*f*) واحاط Cod. Leid. اواط

*g*) افادير Supra erat افادين

*h*) تبكي Num اتبكي

*i*) الوقعة Forte الواقعة

Digitized by Google

dem ſubigebat, annuamque incolarum contumaciam caede puniebat. Inde Marracaſcham pergebat Abd el-Mumen, ubi dominabatur, poſt fratris, Teſchfini, miſerum exitum, puer, Ishac, filius Alii, filii Ioſephi, filii Teſchfini. Hunc Ishacum, capta poſt undecimeſtrem obſidionem urbe, comprehendebat Abd el-Mumen, cum aliis magnatibus dynaſtiae Morabetinorum. Monſtrabat Emir Ishac eo tempore imbecillitatem aetatis, in eo, quod metu mortis tremebat, et gratiam victoris implorabat, eique fauſta quaeque votis tribuebat. Graviter eum ideo increpabat aliquis magnatum primi ordinis, nomine Sir, captivus pariter, manusque in dorſum revinctus. Patremne aiebat, an matrem deploras? Quin tu potius, quod fortes viros decet, obfirmato animo fatum experire. Simulque cum dictis vultum Ishaki conſpuebat et, Hic vir, aiebat, Abd el-Mumenum deſignans, nulla prorſus nota religione deum veneratur. Quo audito Sirum hunc Movahhedini fuſtibus ad mortem contundebant. Poſt eum productus ad ſupplicium et capite plexus (290) fuit Emir Ishac, habita nulla ratione neque commiſeratione tenerae aetatis, anno DXLII, ultimus ſuae gentis; quorum poteſtas, in ipſo exſtincta, ſeptuaginta tenuerat annos, et quatuor principes interea temporis viderat; primum Ioſephum, Teſchfini filium; ſecundum, Alin, iſtius Ioſephi filium; tertium, Teſchfinum, et quartum hunc Iſaacum, fratres, Alii filios. Abd el-Mumen inde Marracaſcham eligebat in regni ſedem; quod deceſſores eius incoluerant, palatium convertebat in templum urbis cathedrale, cultuque egregio expolibat. Id vero templum (291) demoliebatur, quod Ioſephus, ſuperioris dynaſtiae ſimul et urbis conditor, ſtruxerat. Haec diverſis peracta temporibus debuerant quidem ſuis quaeque locis exhiberi. Sed connexio poſtulabat uno illa ſub conſpectu proponi.



Digitized by Google

وفي هذه السنة (اعني سنة اربع عشرة وخمسماية) اغار جوسلين الفرنجي صاحب الرها علي جموع العرب والتركمان وكانوا نازلين بصفين ، فغنم من اموالهم ومواشيهم شيا كثيرا ، ثم عاد جوسلين الي بزاعة فخرّبها *

وفيها في جمادي توفي ابو سعيد عبد الرحيم بن عبد الكريم بن هوازن القشيري الامام بن الامام ولما توفي جلس في البلاد المعهدة لعزايه *

ثم دخلت سنة خمس عشرة وخمسماية ، ذكر وفاة صاحب افريقية ، في هذه السنة توفي الامير علي بن يحيي بن تميم صاحب افريقية في ربيع الاخر ، وكانت امارته خمس سنين واربعة اشهر ، وولي بعده ابنه الحسن بن علي وعمره اثنتي عشرة سنة بعهد من ابيه وقام بتدبير دولته صندل الخصي وبقي صندل مدة ومات ، وصار مدبّر دولته القايد ابو عزيز موفق *

وفيها اقطع السلطان محمود الموصل واعمالها كالجزيرة وسنجر للامير اقسنقر البرسقي *

وفيها قتل بمصر امير الجيوش الافضل بن بدر الجمالي ، وكان قد ركب بمصر ومعه جمع كثير فتاذّي من الغبار ، فسار قدّامهم ومعه نفران ، فوثب عليه ثلثة بسوق k الصياقلة وضربوه بالسكاكين وادركهم اصحابه فقتلوا الثلاثة وحمل الافضل الي داره ومات بها ، وبقي الامر باحكام الله الخليفة العلوي صاحب مصر ينقل من دار الافضل الاموال ليلا ونهارا اربعين يوما ،

ووجد

k) بسوق C. L. بسبوق Deinde forte leg. الصياقل

Hoc anno, id eſt DXIV, obruebat Guſelin, Francus, Edeſſae dominus, Arabum et Turcomanorum coetus apud Saffeinam, unde magnas opes, quales Scenitarum et paſtorum ſunt, multaque abigebat mancipia. Idem deinde Bazagam devaſtabat.

Eodem obiit anno, menſe quodam Gomadio [incertum priorene, an poſteriore, hoc eſt, quintone an ſexto] Imam Abu-Said Abd er-Rahim Ibn-Havazen, Caſchirenſis, qui vir quantus fuerit et quanti factus, inde eſt colligere, quod in regionibus etiamſi maxime diſſitis multi palam praeſederint ad accipiendas condolentium eius cauſſa conſolationes [quod in oriente viris tantummodo principibus fieri ſolet].

Anno DXV [qui die 21 Mart. A.C. 1121 coepit] obiit Ali, filius Iahiae, filii Tamimi, dominus Africae, menſe quarto, poſt geſtum per quinque annos et quatuor menſes principatum. Cui filius duodecennis, Haſan, ex patris voluntate, ſuccedebat, res adminiſtrante eunucho, Sandalo, et eo aliquamdiu poſt mortuo, Caiedo [ſeu duce] Abagero, filio Movaffeki.

Eodem attribuebat Mahmud Sultan Mauſelam, cum praeturis eo ſpectantibus, ut Gezira [ſeu inſula filii Omari, urbe] et Sangara, Emiro Acſoncoro Borſakenſi.

Eodem occiſus Miſrae fuit Emir el-Gojuſch el-Aftal (292), filius Badri Gamalici, per hanc occaſionem. Vectus per urbem iumento ſentiebat incommodum atque taedium a pulvere (293), quem praecurſorum turba concitaverat. Illis itaque ſequi iuſſis, ipſe praeibat cum ſolis duobus ſatellitibus. Itaque nudum adorti tres (294) in Suk es-Saiakela (ſeu foro enſiterſorum], ſicis confodiebant. Quos turba quidem ſatellitum aſſectata illico deprehenſos omnes tres ipſo in loco trucidabat: at Aftal tamen tam crudeliter ſauciatus erat, ut domum deportatus exſpiraret. Vixerat per quinquaginta quinque annos, et adminiſtraverat Aegyptiaci res imperii per annos viginti et octo, quo tempore tam immanes comportaverat opes, in pecuniis, in ſupellectile atque



Digitized by Google

ووجد له من الاموال والتحف ما لا يحصي ، وكان عمر الافضل خمسا وخمسين سنة وولايته ثمانيا وعشرين سنة ، وقيل ان الخليفة الامر هو الذي جهّز عليه من قتله ، ولما قتل الافضل ولي الامر باحكام الله بعده ابا عبد الله البطايحي *

وفيها عصي سليمان بن ايلغازي بن ارتق علي ابيه بحلب ، وكان فيمن حسّن له ذلك انسان من اهل حماة من بيت قرناص ، وكان قد قدّمه ايلغازي علي اهل حلب ، فجازاه بذلك ، ولما سمع ايلغازي بذلك سار مجدّا من ماردين وهجم حلب وقطع يد ابن قرناص ورجليه وسمل عينيه فمات ، واحضر l سليمان الي عند طغتكين بدمشق ، واستناب ايلغازي علي حلب ابن اخيه واسمه سليمان ايضا بن عبد الجبار بن ارتق ، وعاد ايلغازي الي ماردين *

وفيها اقطع السلطان محمود ميّافارقين للامير ايلغازي المذكور *

وفيها كان بين بلك بن بهرام بن ارتق وبين جوسلين حرب انتصر فيه بلك وقتل من الفرنج واسر جوسلين واسر معه ابن خالته كليام واسر جماعة من فرسانه المشهورين وبذل جوسلين في نفسه اموالا كثيرة فلم يقبلها بلك ، فسجنهم في قلعة خرتبرت *

وفيها تضعضع m الركن اليماني من البيت الحرام شرّفه الله تعالي من زلزلة وانهدم بعضه *

وفيها توفي ابو محمد القسم بن علي بن محمد بن عثمان الحريري مصنّف كتاب المقامات المشهور ، مولده n في حدود سنة ست واربعين واربعماية ، وكان اماما في النحو واللغة وصنف عدة مصنفات منها المقامات التي طبق الارض شهرتها ،

وكان

Digitized by Google

cimeliis, ut iis ex eius domo in augustum palatium transferendis quadraginta diebus opus Amero, Chalifae Misrensi, fuerit, etiamsi baiuli bestiaeque onerariae ne noctu quidem ab opere feriarentur. Sunt qui perhibent, ab ipso illo Chalifa (295) percussores Astalo immissos fuisse. Succedebat in eius munus Abu-Abdalla Bataiehensis [hoc est, e lacustribus Tigridis aut Euphratis oriundus].

Eodem moliebatur Halebi rebellionem adversus patrem Soliman, filius Ilgazii, filii Ortoki, ab aliquo Hamateno, quem Ilgazi Halebo praefecerat, de gente Carnasi oriundo, homine ingrato, instigatus. Ilgazi vero protinus supprimebat hos ignicolos, propere Halebum advolans, et Carnasiden artubus privabat omnibus et oculorum usu: quibus e vulneribus ille peribat. Soliman, filius, ad Togtekinum, Damascenum mittebatur. Curam urbis ubi mandasset Ilgazi Solimano, sed alteri, affini suo, filio fratris, Abd el-Gabbari, Maredinam redibat.

Hoc anno attribuebat Sultan Mahmud eidem Ilgazio Maiiafarekinam regendam.

Eodem intercedebat bellum Balacum inter, Baharami filium, filii Ortoki, et Guselinum; quo Balac victor Francorum caedebat permultos, ipsum ducem, Guselinum, capiebat, una cum eius affine, materterae filio, Guilielmo (296) aliisque multis maximi nominis apud Francos, et strenuis viris; opesque repudians, quas Guselin pro libertate ingentes offerebat, omnes in arce Chortbert compeditos attinebat.

Eodem adeo quassatum fuit a terrae motu latus templi Meccani australe (297), ut subsiderit, ex parte quoque stratum humo fuerit.

Eodem obiit Abu-Muhammed Casem, filius Alii, filii Muhammedis, filii Otmani, Hariricus (298), auctor el-Macamat [seu consessuum] (299), a quibus per totum terrarum orbem celebre nomen adeptus est. Praeterea quoque scripsit alia grammatica

 et

Digitized by Google

وكان الذي امره بتصنيفها انوشروان بن خالد بن محمد وزير السلطان محمود ، فان الحريري عمل مقامة واحدة علي وضع مقامات البديع واعرضها علي انوشروان ، وكان الحريري خصيصا به ، فامره بانشاء المقامات واتمامها ، وكان الحريري قد اولغ في نتف لحيته والعبث بها وقدم بغداد وسكن في الحريم ووقع بينه وبين ابن جكينا مهاجاة ، ثم نفي الحريري الي المشان ، فقال فيه ابن جكينا يهجوه ،

شيخ لنا من ربيع الفرس ينتف عثنونه *o* من الهوس ،

انطقه الله بالمشان وقد الجمه في الحريم بالخرس ،

والمشان موضع من اعمال بغداد وكان اذا غضب علي شخص نفي اليه ، وكان الحريري بصري المولد والمنشي وينتسب الي ربيعة الفرس ، وخلف

*l*) واحضر suspectum. Forte وفرّ aut saltim وحضر

*m*) تضعضع proprie *humiliavit se*, hoc est, *in profundum subsidit*. Dicitur de homine sese humiliante, pavido, animi deiecto; ut in Divan Hudeil.

اخو الحرب لا يتضعضع

"Frater belli, qui se non submittit."

*n*) مولده deerat in cod. L.

*o*) عثنونه *barbam suam*. Ita quoque in Hamasa:

لحية لو تراها قلت عثنون هربذ محلوق ،

"Barba, quam si videas dicas: En barbam Magi rasi."

Proprie tamen est *acumen barbae*; et عثانين sunt illae longae tenues et quasi teretes conicae striae in quas barba abit; quibus pluviae radii decidentes, item congelatae de domuum tectis dependentes massae guttarum aquearum, comparantur. Ait Tebrizius ad locum istum Hamasae: العثنون ما تدلي من اللحية عن الذقن ويقال لاول كل شي عثنون ، فيقال اصابتنا عثانين المطر وعثانين السحاب

"Signi-

Digitized by Google

et philologica; quibus in ſcientiis regnabat. Natus fuerat anno CCCCXLVI. Diſſertationes ſuas contexuit iuſſu Anuſchirvani, filii Chaledi, filii Muhammedis, Veziri apud Sultanum Mahmudum. Ei nempe monſtraverat, ut familiari, et approbaverat unam aliquam ad exemplum diſſertationum Badii Hamadanenſis elaboratam. Quapropter Vezirus ei auctor erat et ſuaſor, ut ceteras quoque adderet numerumque compleret, qui Hamadanenſi placuerat. Bagdadum venerat, et in illo urbis auguſtae vico, qui Harim [ſeu ὁ ασυλος, ob curiam vicinam] appellabatur, conſederat. Ibi autem ipſi cum Ibn-Gakina ſimultas et bellum ſatiricum accidebat, per quod ille eius adverſarius hoc in ipſum aculeatum diſtichon vibrabat:

> Habemus Schaichum [ſeu doctorem] ex Rabia-el-Fars, qui, qua eſt ſtoliditate et furore, prolixam ſuam hiſpidamque barbam evellit.
>
> In Maſchano quidem ipſi loquax os dederat deus: at idem in Harimo linguae uſum ipſi ademit.

[Quae verba ſubobſcura quo melius intelligantur,* ſciendum eſt, Hariricum ex Arabica tribu Rabia el-Fars originem trahere, natumque Baſrae fuiſſe, cuius in pago Maſchan dicto (300) diu habitavit, antequam Bagdadum venit, et quo rurſus relegabatur deinceps, pro more ſolito. Nam ſi cui aula minus favebat, eum Maſchanum relegabat. Veniebat itaque noſter Baſra Bagdadum ibique monſtrabat partem ſui operis, quod admirationi quidem erat, maledicos tamen obtrectatores inveniebat, qui non eius eſſe clamabant, ſed alterius opus, quod ipſe ſibi falſo, glorioſus impoſtor, arroget. Ideo eum evocabant in curiam, ibique iubebant in praeſentia illuſtrium virorum aliquid elaborare. Diu quidem

* Absque vita Haririci ex Ibn-Chalicano quondam a me excerpta, quam cl. Schultens alteri Tomo diſſert. Haririi Leidae edito praefixit, prorſus locum hunc non intellexiſſem. Quare veniam peto, quod liberius hic verterim, genio meo nonnihil obtemperans. *R.*

Digitized by Google

وخلف ولدين، احدهما عبد الله وهو احد رواة المقامات عن والده،
والثاني كان منفقها *

وفيها (اعني سنة خمس عشرة وخمسماية) قتل مويد الدين
الحسن بن علي بن محمد الطغرائي المنشي الديلي، من ولد ابي
الاسود الديلي p من اهل اصفهان وكان عالما فاضلا شاعرا كاتبا
منشيا، خدم السلطان ملكشاه بن الب ارسلان وكان متوليا ديوان
الطغر، ثم بقي علي علو منزلته حتي استوزره السلطان مسعود
وجري بينه وبين اخيه الحرب وانهزم مسعود واخذ الطغرائي اسيرا
وقتل صبرا، ومن شعره قصيدته المشهورة التي اولها،

اصالة الراي صانتني عن الخطل وحلية الفضل زانتني عند العطل *

ذكره القاضي شهاب الدين، واما الشيخ عز الدين علي بن الاثير
فذكر ان قتل الطغرائي كان في سنة اربع عشرة وخمسماية، وقال عنه
السلطان محمود قد ثبت عندي فساد عقيدته، وامر بقتله، وكان
الطغرائي قد جاوز ستين سنة، وكان يميل الي عمل الكيميا *

وفيها (اعني سنة خمس عشرة وخمسماية) توفي بمصر علي بن
جعفر بن علي بن محمد المعروف بابن القطّاع النحوي العروضي،
وكان احد الايمة في علم الادب واللغة وله عدة مصنفات، وولد في
سنة ثلاث وثلثين واربعماية *

ثم

"Significat vox عثنون id barbae quod dependet de mento. Dicitur ea vox de initio cuiusque rei [quasi dicas *eius acumen*]. Ita dicitur: Ferierunt nos عثانين pluviae, et nubis [hoc est initia, vel potius acuminatae earum striae]." Marzukius ibidem loci de vento quoque dici

Digitized by Google

quidem vellebat barbam; at comminiſci quidquam nihilo magis poterat. Tantum ad intelligentiam illius diſtichi.] Relinquebat Hariricus duo filios, quorum unus ſui patris Macamat recenſuit et edidit: alter fikhae operam navavit.

Eodem anno DXV peremtus eſt Movaiied ed-din Haſan, filius Alii, filii Muhammedis, Tograi, Monſchi, Doiolita, de gente Abu-Aſvadi Doiolitae (301), patria Isfahanenſis, vir doctus, nobilis ingenii, poëta, Cateb [ſeu ſcriba] (302), Monſchi [ſeu qui litteras principum nomine ad extraneos principes perſcribit] et Tograicus [a quo cognomen obtinuit, ſeu ille, qui litteris patentibus principum in ſummo titulum pinguiore calamo ſciteque intricatis litterarum ductibus exarat]: quae munia omnia ſub Sultano Malicſchaho, filio Alp-Arſlani, geſſerat, et conſervarat ſub Muhammede; donec huius filius, Sultan Maſud, eum Vezirum ſuum nuncuparet. Tandem vero contingebat per bellum, quod Maſud cum fratre, Mahmudo, infeliciter gerebat, quemadmodum in ſuperioribus narravimus, ut captus mortis afficeretur ſupplicio. Auctor eſt celebris illius carminis [Lamici Perſici vulgo dicti] cuius initium hoc eſt:

Munit me a titubatione prudentia mea firmis nixa radicibus,
et mundus eruditionis me decorat, quando nudus ab omne reliquo mundo ſum. (303)

Haec quidem ſic habet Chronicon Cadii Schahab ed-dini Hamateni. At Ibn-el-Atir refert caedem huius viri ad annum DXIV, et tradit, Sultanum Mahmudum hanc allegaſſe legitimam caedis cauſſam, quod ſibi conſtiterit e certis et indubiis indiciis, eum verum Muſlemum non eſſe, ſed perverſa et impia cenſere. Obiit ſexagenario maior, et deditus erat operationibus Chimiae. (304)

Eodem obiit Miſrae Ali, filius Gafari, f. Alii, f. Muhammedis, vulgo Ibn-el-Cattai [ſ. filius ſtragularii] dictus, celeber grammaticus, unus principum in litteris humanioribus, et Arabicae linguae ſcientia, plurium librorum auctor, natus a. CCCCXXXIII.



Digitized by Google

ثم دخلت سنة ست عشرة وخمسماية، فيها قتل السلطان محمود جيوش بك، وهو الذي كان قد خرج علي السلطان مع مسعود اخي السلطان، فلما امن محمود اخاه وجيوش بك واقطعه اذربيجان سعت به الامراء الي محمود فقتله في رمضان علي باب تبريز *

ذكر وفاة ايلغازي، في هذه السنة في رمضان توفي ايلغازي بن ارتق بميافارقين وملك بعده ابنه تمرتاش قلعة ماردين وابنه سليمان ميافارقين، وكان بحلب ابن اخيه سليمان بن عبد الجبار بن ارتق فبقي بها حاكما الي ان اخذها منه ابن عمه بلك بن بهرام بن ارتق *

وفيها اقطع السلطان محمود مدينة واسط اقسنقر *

وفيها توفي عبد القاسم بن محمد ومولده سنة ست وثلثين واربعماية، وكان ثقة حافظا للحديث *

ثم دخلت سنة سبع عشرة وخمسماية، فيها كان الحرب بين الخليفة المسترشد بالله وبين دبيس، فانهزم دبيس وعسكره وسار دبيس الي غزية من العرب فلم يطيعوه، وراح الي المنتفق واتفقوا معه، وسار الي البصرة ونهبها، ثم سار دبيس الي الشام وصار مع الفرنج واطمعهم في ملك حلب *

وفيها

dici perhibet. De torrente radiatim et velut per parvos conos allabente habet Divan Hudeilitarum. Hinc verbum عثن in II Coniug. notat *formavit in ſtrias conicas.* Dicitur de fumo, qui ſeſe in barbae pilos madidos inſinuans, ibique exſiccatus, eos in ſtriatas et conicas quaſi taenias conglomerat. Habent nimirum orientales in more, ut barbam odorata quadam aqua reſpergant, eoque facto ſuffumigent fruſtulo accenſo ligni aloës. Ita fumus inſpiſſatus a madore eum exſiccat, et obhaereſcit inviſcatus, et perfundit barbam naresque grato odore.

Per-

Digitized by Google

Anno DXVI [qui die 11 Martii A. C. 1122 coepit] ſuſtulit Sultan Mahmud, Gojuſchbecum, illum, quem ſupra diximus, una cum hero ſuo, Sultani fratre, Maſudo, rebus novis ſtuduiſſe, facta vero pace una cum Maſudo in gratiam Mahmudi rediiſſe, et Aderbiganae gubernatione donatum fuiſſe. At Emirorum quorundam malevola perficiebat apud Mahmudum delatio, ut eum huius anni nono menſe curaret ſub ipſis Tabrizae moenibus interemi.

Quo ipſo quoque nono menſe Maiafarekinae obibat (305) Ilgazi, filius Ortoki, cuius ditionem ita diſtrahebant affines, ut unus quidem filiorum, Timurtaſch Maredinam, alter Soliman Maiafarekinam obtineret: ille Soliman autem, filius Abd-el-Gabbari, filii Ortoki, qui Halebum hactenus Ilgazii, patrui, nomine rexerat, retinebat eam porro aliquamdiu, donec a Balaco, affine, filio Baharami, filio Ortoki, eiiceretur.

Eodem aſſignabat Sultan Mahmud urbem Vaſetam Acſoncoro.

Eodem obiit Abd-el-Cader, filius Muhammedis, Hafet, traditionarius fide dignus: natus fuerat anno CCCCXXXVI.

Anno DXVII [qui die 28 Febr. A. C. 1123 coepit] collidebant Moſtarſched Chalifa, et Dobais, filius Sadacae. Ipſe Chalifa huic aderat expeditioni, [raro facinore et per longum tempus inaudito] et grave victum praelio cogebat Emirum Arabem ad Gaziam* ſe conferre. Illis autem auſcultare nolentibus, abibat Dobais ad Montafec,* quibuscum Baſram invadebat et expilabat. Inde petebat Syriam et ad Francos deficiebat, iisque cupiditatem occupandae Halebi faciebat.

 Eodem

* *Gaziam. Montafec.* Apparet tribus Arabicas deſignari. Modo bene habeat lectio, qua de re dubio.

Digitized by Google

وفيها سلّم سليمان بن عبد الجبّار بن ارتق حصن الاثارب الي الفرنج ليهادنوه علي حلب لعجزه عن مقاومتهم ※

وفيها سار بلك بن بهرام بن ارتق الي حران فملكها ، ثم بلغه عجز ابن عمه سليمان عن حلب v ، فسار الي حلب وملكها في جمادي الاولي ※

وفيها استولي الفرنج علي خرتبرت ، وكان جوسلين وغيره من الفرنج محبوسين x ، فخلّصوهم من خرتبرت ، وكانت لبلك ، ثم سار اليها بلك واسترجعها من الفرنج ※

وفيها توفي قاسم بن هاشم العلوي الحسيني y امير مكة وولي بعده ابنه ابو فلينة ※

وفيها سار طغتكين صاحب دمشق الي حمص وهجم المدينة ونهبها وحصر صاحبها قيرخان بن قرجا بالقلعة ، ثم رحل عنها وعاد الي دمشق ※

وفيها سار محمود الامير بن قراجا صاحب حماة الي فامية وهجم ربضها ، فاصابه سهم من القلعة في يده ، فعاد الي حماة وعملت z عليه يده فمات من ذلك ، فاستراح اهل حماة من ظلمه ، فلما سمع طغتكين الخبر ارسل الي حماة عسكرا فملكها وصارت حماة من جملة بلاده ※

وفيها

Perquam elegans est locus poëtae alicuius, quem Schol. Gorairi excitat:

اتتك العيس تنفخ في براها بوفد من قناعة كالقرود ،
اذ البنتون عثّن في لحاهم فليسوا بالغطارفة الاسود ،

*Veniunt ad te camelae, prae fatigatione anhelantes in suis capistris, vectantes Conaïtas te visitatum venientes, simiis similes.

Quo-

Digitized by Google

Eodem tradebat Soliman, filius Abd-el-Gabbari, filii Ortoki, Francis arcem Atareb, ea mente, ut illi, ea quasi offa placati, quieta ipsum Halebi possessione frui sinerent, quam facile turbare poterant, viribus editiores.

Eodem occupabat Balac, filius Baharami, filii Ortoki, Harranam; et aliquanto post, mense quinto, Halebum, intellecto affinem istum suum Solimanum, de quo modo dicebamus, urbi tanti momenti a Francorum insultibus protegendae parem haud esse.

Eodem potiti sunt Franci arce Chortbort, in qua Guselin aliique illustres eius gentiles, captivi attinebantur, ut e superioribus constat. Quos hac ratione libertati restituebant. Balac tamen paullo post hanc arcem suam recuperabat.

Eodem obibat Casem, filius Haschemi, ex Alii per Hosainum* prosapia, Meccae Emirus. Cui filius Abu-Folaita succedebat.

Eodem incurrebat Togtekin ex improviso in Emessam, et urbem quidem diripiebat, eius autem dominum, Kirchanum, filium Kiraga, in arce obsidebat; non tamen diu: nam sponte deinceps pedem referens Damascum repetebat.

Huius Kirchani frater, Kiragae filius, Emir Mahmud, Hamatae dominus, impetebat eodem anno Apameam. Cuius suburbium [vel urbem arci suppositam] dum occupat, sagittam recipit manu, ex arce proiectam: quod ob vulnus instituta operatio chirurgica in urbe Hamat, quo se receperat, fatum eius acceleravit, eoque ab ipsius tyrannide liberavit Hamatenos. Togtekin, cognito casu, Hamatam, eo missa legione, occupabat, suaeque ditioni adiiciebat.



* Imo vero *Hasanum*. Vid. ad ann. 601.

Digitized by Google

وفيها توفي احمد بن محمد بن علي المعروف بابن الخيّاط
الشاعر الدمشقي وله اشعار فايقة منها قصيدته التي منها ،
سلوا سيف الحاظه الممتشق ه اعند القلوب دم للحدق ،
من الترك ما سهمه ان رمي بافتك من طرفه ان رشق ،
ومنها ،
وللحبّ منّي ما عزّ وهان وللحسن منّي ما دقّ وجّل *
وكانت ولادته في سنة خمسين واربعماية بدمشق رحمه الله *
ثم دخلت سنة ثماني عشرة وخمسماية ، ذكر قتل بلك ، في
هذه السنة قتل بلك بن بهرام بن ارتق صاحب حلب ، وسببه انه
قبض علي الامير حسّان البعلبكي صاحب منبج وسار الي منبج
فملكها فحاصر القلعة ، فبينا هو يقاتل اذ اتاه سهم فقتله لا يدري
من رماه ، فاضطرب عسكره وتفرّقوا وخلص حسان صاحب منبج وعاد
اليها وملكها ، وكان في جملة عسكر بلك ابن عمه تمرتاش بن
ايلغازي بن ارتق صاحب ماردين ، فحمل بلك مقتولا الي حلب
وتسلّمها واستقر تمرتاش في ملك حلب في عشرين ربيع الاول من
هذه السنة ورتّب امورها وعاد الي ماردين *

وفيها

Quorum in barbis quum fecit Aliantun ſtrias, tunc ſane non ſunt illi
[qui videri volunt] nobiles viri, illi formidoloſi leones."

Eſt Aliantun arbor foetida, tetrum ſpirans ſi prunis iniicitur, et in iſtorum, quos poëta perſtringit, patria frequens. Non aloë, ſed iſta foetida arbore eos ſuas barbas ſuffumigare, foetoreque miſcere et inquinare ait poëta ſatiricus. Absque hoc loco nunquam potuiſſent gloſſae, quas Golii Lexicon in voce عثن dat, conciliari. Eo coram oculis poſito ſplendidus patet idearum nexus.

p) الديلي Cod. L. male legebat الديلمي

Eodem obiit Ahmed, filius Muhammedis, filii Alii, vulgo ſub Ibn-el-Chaiati [ſeu filii ſartoris veſtiarii] nomine notus, Damaſcenus, poëta excellens. En ſpecimen:

Interrogate gladium rapide vibratum obtutuum eius [amati mei] num corda pupillis oculorum debeant ſanguinis vindictam; [ut adeo liceat oculis corda quaſi viciſſim interimere.]

Non eſt Turca, cuius ex arcu exploſa ſagitta citatior eat, audaciusue caedat, quam eius adſpectus, ab ipſo fulminis ad inſtar vibratus.

Item hoc ex eodem carmine:

Amato cedit quidquid in me vel ferox eſt et intractabile, vel molle et obſequioſum. Pulchritudini cedit, quidquid mihi vel magnum et pretioſum eſt, vel minutum et parvi habitum.

Damaſci natus fuerat anno CCCCL vir optimus.

Anno DXVIII [qui die 18 Febr. A. C. 1124 coepit] cecidit Balac, filius Baharami, filii Ortoki, dum arcem Manbegae, poſt occupatum ſuburbium, obſidet, ſagitta, ſed ignotum a quo (306), miſſa. Turbabat et diſſipabat ille caſus eius copias, et Emir Haſſan, Balabakenſis, Manbegae dominus, praeter ſpem e cuſtodia in libertatem et ad priſtinam dominationem redibat. Timurtaſch autem, Ilgazii filius, Ortoki nepos, Merdinae dominus, tum in caſtris praeſens, affinis ſui cadaver Halebum deportabat, ſimulque ipſam urbem deditione accipiebat vigeſimo die tertii menſis huius anni: dein rebus ibi ex ſententia conſtitutis, Maredinam repetebat.

Eodem potiebantur Franci, pacis pacto, poſt diuturnam obſidionem, Tyro, tum ad Miſrenſes Chalifas Alidas pertinente; ex qua Muſlemi die vigeſimo quinti menſis exibant, tantum efferentes, quantum corpore ferre valebant. (307).

Eodem

Digitized by Google

وفيها ملك الفرنج مدينة صور بعد حصار طويل وكانت للخلفاء العلويين اصحاب مصر وكان ملكها بالامان وخرج المسلمون منها في العشرين من جمادي الاولي بما قدروا علي حمله من اموالهم *

وفيها اجتمعت الفرنج وانضمّ اليهم دبيس بن صدقة وحصروا حلب واخذوا في بناء بيوت لهم بظاهرها ، فعظم الامر علي اهلها ولم ينجدهم صاحبها تمرتاش لا يثاره الرفاهة والدعة ، فكاتب اهل حلب اقسنقر البرسقي صاحب الموصل في تسليمها اليه ، فسار اليهم ، ولما قرب منها رحلت الفرنج عنها وسلّم اهل حلب المدينة والقلعة اليه واستقرت في ملك البرسقي مع الموصل وغيرها *

وفيها مات الحسن بن صباح مقدّم الاسماعيلية ، قال الشهرستاني واستظهر المذكور بالرجال وتحصّن بالقلاع وكان بدو صعوده علي قلعة الالموت في شعبان سنة ثلث وثمانين واربعماية ، وهو الذي دعي الناس الي تعيين امام صادق ومنع العوام من الخوض في العلوم وكذلك الخواص من مطالعة الكتب المتقدمة *

ثم دخلت سنة عشرين وخمسماية ، ذكر مقتل البرسقي ، في هذه السنة في ثامن ذي القعدة قتلت الباطنية قسيم الدولة اقسنقر صاحب الموصل يوم الجمعة في الجامع بالموصل وهو في الصلوة ، فوثب عليه منهم بضعة عشر نفسا ، وكان البرسقي مملوكا تركيا شجاعا دينا حسن السيرة من خيار الولاة رحمه الله تعالي ، وكان ابنه عز

q) اصالة cet. proprie *το ερριζωσθαι του δοκουντος αποκρυπτει εμε απο της ζαλης.* الخطل est fluctuatio, titubatio, praesertim in verbis, et eorum matribus, ideis. Hinc pro stoliditate, inscitia, plebeiismo, poni-

Eodem coibant Franci, iunctisque cum Dobaiſo, filio Sadacae, viribus obſidebant Halebum, et iam coeperant domos in ambitum exſtruere; [quo commodius obſidioni et obſeſſis invigilare poſſent]: audito tamen adventu Acſoncori Borſakenſis, cum trepidatione abibant. (308) Hunc enim, Mauſelae dominum, ad auxilium ferendum, urbe ſua in praemium propoſita, evocaverant Halebenſes, tam periculo tantorum moliminum moti, quam, idque maxime, deſerti a ſuo domino Timurtaſcho, qui Maredinae deſes omnia ſuo poſthabebat otio. Itaque nactus Halebum Borſakenſis a civibus ſponte dedentibus, tam arcem, quam urbem, ceteris eam ſuis provinciis adiiciebat.

فلما خرج من باب الدار رفصه الحصان المذكور فقتله، وتسلم نور الدين القلعة والمدينة *

ذكر وفاة السلطان سنجر، في هذه السنة في ربيع الاول توفي السلطان سنجر بن ملكشاه بن الب ارسلان بن داود بن ميكايل بن سلجوق، اصابه قولنج ثم اسهال، ومولده بسنجار في سنة تسع وسبعين واربعماية، واستوطن مدينة مرو من خراسان وقدم الي بغداد مع اخيه السلطان محمد واجتمع معه بالخليفة المستظهر، فلما مات محمد خوطب سنجر بالسلطان واستقام امره واطاعته السلاطين وخطب له علي اكثر منابر الاسلام بالسلطنة نحو اربعين سنة وكان قبلها يخاطب بالملك نحو عشرين سنة ولم يزل امره عاليا الي ان اسره الغز، ولما خلص من اسرهم وكاد ان يعود اليه ملكه ادركه اجله، وكان مهيبا كريما، وكانت البلاد في زمانه امنة، ولما وصل خبر موته b الي بغداد قطعت خطبته، ولما حضر سنجر الوفاة استخلف علي خراسان الملك محمود بن محمد بن بغراخان وهو ابن اخت سنجر، فاقام خايفا من الغز *

وفيها استولي ابو سعيد بن عبد المومن علي غرناطة من الاندلس واخذها من الملثمين وانقرضت دولة الملثمين ولم يبق لهم غير جزيرة ميورقة، ثم سار ابو سعيد في جزيرة الاندلس وفتح المرية، وكانت بيد الفرنج عشرين سنة *

وفيها ملك نور الدين بعلبك واخذها من انسان كان استولي عليها من اهل البقاع يقال له ضحاك البقاعي كان قد ولاه صاحب دمشق عليها، فلما ملك نور الدين

دمشق

evaſorem. Sic itaque narravimus, qua ratione Nur-ed-din Schaizarae urbemque et arcem acceperit.

Hoc anno decedebat Sultan Sangar, filius Malicſchahi, filii Alp-Arſlani, filii Davudi, filii Michaëlis, filii Selguki, ex colica paſſione et inde ſecuta dyſenteria. Supra diximus ad annum CCCCLXXIX illum Sangarae natum fuiſſe. Regia eius ſedes erat Marva Chorasanica. Bagdadum olim aliquando venerat cum fratre, Sultano Muhammede, ibique Chalifam Moſtadharum convenerant. Per viginti propemodum primos annos Mâlec tantum ſalutabatur; at poſt Muhammedis obitum adipiſcebatur Sultani titulum, quem per quadraginta fere annos magna cum auctoritate ſuſtinuit, ut ceteri Selgukidae Sultani ipſi parerent, aliique principes per ſacros ſuggeſtus Muſlemicae ditionis longe plurimos pro eius ſalute vota facerent. Creſcebant indies vires atque ſplendor eius, donec eum Gazi captivum acciperent. Quorum e cuſtodia quum tandem evaderet, fereque iam in eo eſſet, ut diſcerptum imperium rurſus corrotundaret, ſuccumbebat fato, princeps generoſus, et maieſtate conſpicuus, qua vias publicas, urbesque quoad vixit, a vi atque latrociniis tutas praeſtitit. Accepta Bagdadici mortis eius fama ſtatim deſinebant ei porro Chotbam facere. Morti proximus legabat Choraſanam Maleco Mahmudo, filio Muhammedis, filii Bagra Chani, ſuo ex ſorore nepoti: qui regnum capeſſens non parum metuebat Gazos. (406)

Eodem occupabat Abu-Said, filius Abd-el-Mumeni, Garnatam, regnum Andaluſicum, ademptum Molattaminis; quorum dynaſtia ſic exciſa fuit. Nihil enim ipſis de priſtinis opibus et gloria omne ſuperſtes manebat, quam inſula Maiorica. Perſecutus porro Said ſuam in Hiſpania fortunam expugnabat Mariam [Almeriam], per viginti annos a Francis inſeſſam.

Eodem occupabat Nur-ed-din Balabacum, ademtam alicui Dahhaco Bacaïtae. (407) Damaſci dominus eum olim illi urbi ſuo nomine praefecerat. Quum autem Damaſcus ad Nur-

ed-

Digitized by Google

دمشق استولي ضحاك المذكور علي بعلبك *

وفيها قلع المقتفي الخليفة باب الكعبة وعمل عوضه بابا مصفحا بالفضة المذهبة وعمل لنفسه من الباب الاول تابوتا يدفن فية *

وفيها مات محمد بن عبد اللطيف بن محمد الخجندي رييس اصحاب الشافعي باصفهان ، وكان صدرا مقدّما عند السلاطين *

ثم دخلت سنة ثلث وخمسين وخمسماية ، فيها قصد ملكشاه بن السلطان محمود السلجوقي قم وقاشان ونهبهما ، وكان اخوه السلطان محمود بن محمود بعد رحيله عن حصار بغداد قد مرض ، فطال مرضه وارسل الي اخيه ملكشاه ان يكفّ عن النهب ويجعله وليّ عهده ، فلم يقبل ملكشاه ذلك ، ثم سار ملكشاه الي خوزستان واستولي عليها واخذها من صاحبها شملة c التركماني *

وفيها توفي يحيي بن سلامة بن الحسن بميافارقين الحصاني d الشاعر ، وكان يتشيع ، ومن شعره ،

وخليع بتّ اعذله ويري عذلي من العبث ،

قلت ان الخمر مخبثة ، قال حاشاها من الخبث ،

قلت

Conf. XV. haud procul initio; qui locus nostro praesenti geminus est. دخل شيخ قد حني الدهر صعدته "intrabat senex, cuius hastam incurvaverat tempus;" ubi schol. يريد ، الصعدة الرمح الطويل قامته. Ita in proximo est صارم *secans*, vel *gladius*, pro *penetrante vigore spiritus, et audaciae.*

a) جفوة *abhorrentia*, proprie *resultus* ab aliqua re. جفي est *resilire*, *sese abducere ab aliqua re.* Conf. Sura XXXII. 16. تتجا في جنوبهم عن المضاجع "sese sensim atque sensim sursum abducunt ipsorum latera a cubilibus."

Digitized by Google

ed-dinum perveniret, affectabat iſte Dahhac imperium in urbem fidei ſuae commiſſam.

Eodem curabat Moctafi Chalifa portam Caabae [ſeu templi Meccani] evelli, cui aliam ſubſtituebat argentea deaurata lamina incruſtatam. De fragmentis autem antiquae curabat ſibi ſarcophagum fieri, in quo ſepeliretur.

Eodem obiit Muhammed, filius Abd-el-Latifi, filii Muhammedis, Chogendicus, Raiis [ſeu generalis] Schafeïticorum Isfahanae, vir maximo in honore a Sultanis habitus, et Sadr [ſeu qui primarium locum in conſeſſibus occupabat]. (408)

Anno DLIII [qui Cal. Febr. A. C. 1158 coepit] contendebat Malicſchah, filius Sultani Mahmudi, Selgukida, adverſus Comm et Caſchan, easque depraedabatur. Cui quum obicem ponere nequiret frater eius Sultan Muhammed, ob morbum diuturnum, quo ex eo inde tempore laborabat, quo Bagdadi obſidionem omiſerat, ſtudebat eum ſaltim blanditiis a graſſatione avocare, promittens, ſi abſtineret violentiam a ſuis terris, velle ſe ipſum futurum poſt fata ſua Sultanatus haeredem renunciare. Verum Malicſchah tam parum curabat hos pollicitationes, ut potius Chureſtanam invaderet, et Schamalam Turcomanum, eius provinciae [nomine et loco Muhammedis] dominum eiiceret.

Eodem obiit Maiiafarekinae Iahia, filius Salamae, filii Haſani, Chaſſaficus [vel ſutorius, ſic dictus] poëta, Schiitis addictus. En ſpecimen poëſeos ipſius [epigramma in laudem vini]:

Quam ſaepe vidi hominem admonitionis impatientem et indulgentem genio ſuo, qui, utcunque a me caſtigatus et abſterritus, omnia tamen mea monita iocum reputabat.

Quando dicerem ipſi: Corrumpit vinum et ſceleratos efficit, Bona verba, quaeſo, aiebat, mi homo; foedum aliquid in vinum non cadit.

قلت فالارفات يتبعها ، قال طيب العيش في الرفث ،
قلت منها الغشي ، قال اجل شرّفت مخرج الخبث ،
وساسلوها ، قلت مني قال عند الكون في الحدث ❁

ثم دخلت سنة اربع وخمسين وخمسماية ، ذكر فتح المهدية ، في اواخر هذه السنة نزل عبد الموس علي مدينة المهدية واخذها من الفرنج يوم عاشورا سنة خمس وخمسين وخمسماية ، وملك جميع افريقية ، وكان قد ملك الفرنج المهدية في سنة ثلث واربعين وخمسماية واخذوها من صاحبها الحسن بن علي بن يحيي بن تميم الصنهاجي وبقيت في ايديهم الي هذه السنة ، ففتحها عبد الموس ، فكان ملك الفرنج المهدية اثني عشر سنة تقريبا ، ولما ملكها عبد الموس اصلح احوالها واستعمل عليها بعض اصحابه وجعل معه الحسن بن علي الصنهاجي الذي كان صاحبها ، وكان قد سار الي بني حماد ملوك بجاية ، ثم اتصل بعبد الموس حسبما تقدّم ذكره ، فاقام عنده مكرما الي هذه السنة ، فاعاده عبد الموس الي المهدية واعطاه بها دورا نفيسة واقطاعا ، ثم رحل عنها الي الغرب ❁

ذكر وفاة السلطان محمد ، وفيها توفي السلطان محمد بن محمود بن محمد بن ملكشاه السلجوقي في ذي الحجة وهو الذي حاصر بغداد ، ولما عاد عنها لحقه سلّ وطال به فمات بباب همذان ، وكان مولده في ربيع الاخر سنة اثنين وعشرين وخمسماية ، وكان كريما عاقلا ، وخلف ولدا صغيرا ، ولما حضره الموت سلّم ولده الي اقسنقر الاحمديلي وقال

Quum porro instarem: Bacchum solet Venus sequi. Quid tum? respondebat: dulcedo vitae est in Venere.

Tandem dicebam: A vino est crapula. Verum ais, respondebat: admodum nobilem designas locum modumque quo foedum et noxium vini expellitur.

Omittam aliquando illud potare. Interrogabam: Quandonam? Respondebat: Quum in sepulcro ero.

Anno DLIV [qui coepit Ianuar. d. 22. A.C. 1159] exeunte invadebat Abd-el-Mumen Mahdiam (409), et expugnabat eam die decimo primi mensis anni proximi DLV expulsis Francis, qui eam anno DXLIII occupaverant, adeoque per duodecim ferme annos tenuerant. (410). Nactus hanc urbem, et simul totam Africam, reparabat Abd-el-Mumen, quae Franci corruperant, et redigebat eam in ordinem, et imponebat ipsi suorum aliquem familiarium, qui curaret simul et observaret antiquum urbis, a Francis olim eiectum, dominum, Hasanum, filium Iahiae, filii Tamimi, Sanhagitam, quem reducebat in pristinas sedes, aedibusque et praediis, quae necessarios sumtus sufficerent, donabat. Recente nimirum, nisi fallimur, in memoria erit lectori, quod supra dicebamus, istum Hasanum relicta ob Francorum invasionem urbe sua ad Hammuditas perfugisse, et ab illis satis contemptim habitum fuisse; ut vero deinceps Abd-el-Mumen istorum dynastiae finem faciebat, ab eodem benigne honesteque tractatum fuisse, donec ille Africae Hispaniaeque domitor eum, quod modo dicebamus, circa haec tempora reduceret. Rebus in Africa constitutis redibat Abd-el-Mumen in Mauritaniam.

Eiusdem anni DLIV mense ultimo vivis excessit Sultan Muhammed, Mahmudi filius, nepos Muhammedis, pronepos Malicschahi, in agro Hamadanense, e phthisi, quae ipsum ab obsidione Bagdadica redeuntem invaserat, vir sapiens, et nobilis. Natus fuerat quarto mense, anni DXXII. Relinquebat puerum, quam fini proximus Acsoncoro Ahmadilico commmendabat his

وقال انا اعلم ان العساكر لا تطيع مثل هذا الطفل، فهو وديعة عندك، فارحل به الي بلادك، فرحل به اقسنقر الي بلدة مراغة، ولما مات السلطان محمد اختلف الامراء، فطايفة طلبوا اخاه ملكشاه وطايفة طلبوا سليمانشاه بن محمد بن ملكشاه بن الب ارسلان الذي كان قد اعتقل بالموصل وهم الاكثر، منهم من طلب ارسلان بن طغريل الذي كان e مع الدكز، وبعد موت محمد سار اخوه ملكشاه الي اصفهان فملكها *

ذكر مرض نور الدين، وفيها مرض نور الدين بن زنكي مرضا شديدا ارجف بموته بقلعة حلب، فجمع اخوه امير ميران بن زنكي جمعا وحصر قلعة حلب، وكان شيركوه بحمص وهو من اكبر امراء نور الدين، فسار الي دمشق ليستولي عليها، وبها اخوه نجم الدين ايوب، فانكر ايوب عليه ذلك فقال اهلكتنا والمصلحة ان تعود الي حلب، فان كان نور الدين حيا خدمته في هذا الوقت، وان

b) موته Forte اسره *Mortuo* principe femper definunt pro eo Chotbam facere, neqne hoc memoria dignum foret.

c) شملة Sic eft deinceps. Hoc loco erat سملة

d) الخصافي C. L. الحصلفي Conf. tamen Herbelot voce *Haffaf*.

e) كان decrat in cod. L.

Digitized by Google

cum verbis: Scio tali puerulo milites obſecuturos non eſſe. Tibi ergo eum, ceu pretioſum depoſitum, ad tempus ſuum committo aſſervandum. Abi cum eo tuam in provinciam. Parebat Acſoncor, et parvulum ſecum Marragam ſumebat. Quum itaque neque deſignaſſet Muhammed, neque reliquiſſet de ſua ſtirpe, idoneum Sultanatus haeredem, multum contendebant Selgukidae de ſucceſſione. Commendabant aliqui defuncti fratrem Malicſchahum; plurimi poſcebant patruum, Solimanſchahum, filium Muhammedis, filii Malicſchahi, filii Alp-Arſlani; illum quem ſupra diximus in arcem Muſelenſem cuſtodiae cauſſa deportatum fuiſſe. Aliqui propendebant in Arſlanum, filium Togrili, qui ſub inſpectione Ildukuzi haerebat. Interim occupabat Malicſchah Isfahanam poſt fratris obitum.

Eodem anno conflictabatur Nur-ed-din tam gravi morbo in arce Halebenſe, ut rumor increbreſceret ipſum obiiſſe. Quae res parum aberat, quin eum, opibus everſum omnibus, peſſumdaret. Nam frater quidem eius, Mir Miran, contracta factione, aegrotantem ſua in arce obſidebat: Schirkuh autem, filius Schadi, inter maximos Nur-ed-dini Emiros non infimus, Damaſcum raptum tendebat, id conſilium eo felicius faciliusque ſibi ceſſurum credens, quod frater eius natu maior, Nagm-ed-din Eiub, ibi ſedes fixerat. Sed ut illam quidem tempeſtatem Halebenſem ipſe Nur-ed-din eo diſcutiebat, quod ex feneſtra quadam arcis Halebenſis vivum ſe monſtrabat illis, qui mortuum credebant, ſuoque adſpectu rumores falſos confutabat, et aeſtus componebat ſeditioſorum, et Mir Mirani factionem diſſipabat: ita et deſciſcentem Schiracuhum reducebat ad officium frater eius, Eiub, his eum verbis aggreſſus: Perdidiſti nos frater, facinus auſus, quod tibi totique genti noſtrae poterit exitioſum eſſe. Nihil itaque video magis conducere praeſentibus rebus, quam ut Halebum e veſtigio redeas; et, ſi quidem Nur-ed-dinum adhuc in vivis deprehendas, ſervias ipſi porro, ut ante, tempore



Digitized by Google

وان كان قد مات فانا بدمشق افعل *f* ما تريد من ملكها ، فعاد شيركوه الي حلب ، وجلس نور الدين في شباك *g* يراه الناس ، فلما راوه حيّا تفرّقوا عن اخيه امير ميران واستقامت الاحوال *

ذكر اخبار اليمن ، (من تاريخ اليمن لعمارة) ، في هذه السنة استقر في ملك اليمن علي بن مهدي *h* وازال ملك بني نجاح علي ما قدّمنا ذكره في سنة اثنتي عشرة واربعماية ، وعلي بن مهدي المذكور من حمير من قرية يقال لها العنبرة من سواحل زبيد ، كان ابوه المهدي المذكور رجلا صالحا ، ونشي ابنه علي طريق ابيه في العزلة التمسّك والصلاح ، ثم حج واجتمع بالعراقيين وتضلّع في معارفهم ، ثم صار علي بن مهدي المذكور واعظا ، وكان فصيحا صبيحا حسن الصورة عالما بالتفسير غزير المحفوظات وكان يتحدّث في شي من احوال المستقبلات فيصدق ، فمالت اليه القلوب واستفحل امره وصارت له جموع ، فقصد الجبال واقام بها الي سنة احدي واربعين وخمسماية ، ثم عاد الي املاكه ، وكان يقول في وعظه ايها الناس دنا الوقت ازف الامر ، كانّكم بما اقول لكم وقد رايتموه عيانا ، ثم عاد الي الجبال الي حصن يقال له الشرف وهو لبطن من خولان ، فاطاعوه ، وسمّاهم الانصار وسمي كل من صعد معه من تهامة المهاجرين ، واقام

*f*) افعل C. L. فقعل

*g*) Post شباك forte deest حتي

*h*) مهدي Statim est المهدي

Digitized by Google

tam ancipite. At ſi iam obierit, res noſtra nihilominus adhuc eſt in integro; quandoquidem ego Damaſci ſum (411), ubi tuis commodis invigilabo. Quibus ſermonibus Eiub fratri, ut Halebum rediret, perſuadebat. Et ſic redibant omnia priſtinum ad ordinem.

Eodem occupabat Ali, filius Mahdii, regnum Iemanicum [ſeu Arabiae felicis], deſtructa Naggahidarum potentia. Quam rem anno CCCCXII iam attigimus; nunc autem ut fuſius exponamus neceſſe eſt. Erat ille Ali ex pago quodam Iemanae in litore Zabidae, Anbara dicto, et e tribu Homair oriundus, patre natus probo atque pio, cuius veſtigia premens ipſe adoleverat in pietate, mundi contemptu et turbarum fuga. Deinde Meccae verſans religionis cauſſa, contraxerat cum Iracanis familiaritatem et probe imbutus eorum artibus deinde Vaët [ſeu paraenetes] evaſerat, multis nominibus commendabilis, ut ab eloquentia et ſermonis puritate, ab elegantia vultus et habitus reliqui, a peritia Coranum interpretandi, et ab uberrima traditionum prophetae memoria. Nonnulla quoque de futuris ſuis rebus praedixerat, quorum veritatem eventus comprobabat. Quae dotes ipſi adeo conciliaverant vulgi animos, ut de inſtituenda dynaſtia cogitaret, viresque nactus et copias ingentes occuparet montes [Iemanae], in quibus ad an. DXLI haerebat. Tum redibat ad ſuas poſſeſſiones (412), et admonebat in ſuis adhortationibus auditores, iam inſtare tempus, quo debeant praedictiones ſuae in effectum ire: ipſos in ipſo illo temporum rerumque momento tantum non iam conſtitutos eſſe. Nullum ineſſe dubium ſuis praeſagiis, quum ea iam quaſi coram oculis cernant. Deinde redibat in montes ad arcem Scharaf dictam; quam familia quaedam Chaulanitica tenebat. Illos Chaulanitas ad eundem modum appellabat Anſaros [ſeu adiutores], quo Muhammed olim Medinenſes, ad quos ſe receperat ex patria exactus. Et ut ille Meccanos emigrationis ſuae comites Mohagerin appellaverat

[h. e.

Digitized by Google

واقام علي خولان رجلا اسمه سبا وعلي المهاجرين رجلا اسمه التويني، وسمي كلا من الرجلين شيخ الاسلام وجعلهما نقيبين علي الطايفتين فلا يخاطبه غيرهما احد وهما يوصلان كلامه الي الطايفتين وكلام الطايفتين وحوايجهما اليه، واخذ يغادي الغارات ويراوحها علي النهايم حتي اخلي *i* البوادي وقطع الحجرت *k* والقوافل، ثم انه حاصر زبيد واستمر مقيما عليها حتي قتل فاتك بن محمد اخر ملوك بني نجاح قتله عبيده، وجري بين ابن مهدي وعبيد فاتك حروب كثيرة واخرها ان ابن مهدي انتصر عليهم وملك زبيد واستقر في دار الملك يوم الجمعة رابع عشر رجب من هذه السنة (اعني سنة اربع وخمسين وخمسماية)، وبقي ابن مهدي في الملك شهرين واحد عشرين يوما، ومات علي بن مهدي المذكور في هذه السنة التي ملك فيها في شوال، ثم ملك اليمن بعده ولده مهدي بن علي بن مهدي، ولم يقع تاريخ وفاته، ثم ملك بعده ولده عبد النبي، ثم خرجت المملكة عن عبد النبي المذكور الي اخيه عبد الله، ثم عادت الي عبد النبي المذكور واستقر في ملك اليمن حتي سار اليه تورانشاه بن ايوب من مصر في سنة تسع وستين وخمسماية فغتح اليمن واسر عبد النبي المذكور، وهو عبد النبي بن مهدي بن علي بن مهدي الحميري وهو اخر من ملك اليمن من بني حمير، وكان مذهب علي بن مهدي التكفير

*i*) اخلي Forte اجلي

*k*) الخرت C. L. الحرت Est الخرت pluralis a singulari خريت *viae peritus, hodegeta.* Eo sensu habet Haririus initio statim Conf. LXIII. هغي

Digitized by Google

[h. e. exſilii participes] ita quoque Ibn Mahdi, novus ille antipropheta, id ipſum nomen imponebat illis, qui e Tahama [ſeu tractu maritimo] ſecum dictam ad arcem aſcenderant. Chaulanitis, ſive Anſariis, praeficiebat aliquem, cui nomen erat Saba: ceteris, hoc eſt Mohagerinis, aliquem, cui nomen Tavinenſis; ambobus titulum Schaich el-Iſlam, et dignitatem Nakibi [ſeu capitanei] ſuae tribus cuique, attribuebat. Praeter hos duos nemini fas erat Alin alloqui. Hi duo de ipſius voluntate decretisque ad ſuam quisque tribum renunciabant, et viciſſim ad illum de ſuarum tribuum voluntate et neceſſitatibus. Hoc apparatu mane pariter atque veſpere ſubiectam in Tahamam excurrebat, eo ſucceſſu, ut ſcenitas Arabes inde diſcuteret, et itineratorum catervas earumque duces, viae monſtratores, interciperet. Tempore poſt ipſam obſidebat Zabidam, cinctamque tenebat, donec Fatec, filius Muhammedis, Naggahidarum regum ultimus, a ſuis ſervis [vel praetorianis aut militibus] occumberet; et Ibn Mahdii poſt commiſſa cum iisdem militibus plura praelia tandem victor Zabidam et regium, quod ibi erat, palatium occuparet, die Veneris, decimo quarto ſeptimi menſis huius anni DLIV. Sed parum diu gaviſus poteſtate ſuprema, poſt duos ab ea victoria menſes et unum atque viginti dies, oppetebat fato ſuo. Succedebat ipſi filius, Mahdi; qui quo anno mortuus ſit, neſcio (verba ſunt Ibn-Omarae, cuius e Chronico Iemanenſe tranſtulimus haec omnia). Huic ſubibat filius, Abd en-Nabi, a quo regnum Iemanicum tranſibat ad eius fratrem, Abdallam, per tempus aliquod. Inde redibat ad eundem Abd en-Nabium, qui tenuit, donec Turanſchah, filius Eiubi, ex Aegypto adortus Iemanam ſui iuris faceret anno DLXIX, et captivum abduceret iſtum Abd en-Nabium, filium Mahdii, filii Alii, filii Mahdii, Homairitam, ultimum ſuae gentis principem brevisque illius dynaſtiae, quam avus eius, Ibn-Mahdi, fundaverat. Cuius viri peculiares inter ſententias erant hae. Qui peccatum aliquod maius data



Digitized by Google

التكفير بالمعاصي وقتل من خالف اعتقاده من اهل القبلة واستباحته وطيّ *l* سباياهم واسترقاق ذراريهم ، وكان حنفي الفروع وكان اصحابه يعتقدون فيه فوق ما يعتقد الناس في الانبياء عليهم السلام ، ومن سيرته قتل من شرب الخمر وسمع الغناء ✡

ثم دخلت سنة خمس وخمسين وخمسماية ، ذكر مسير سليمان شاه الي همذان وما كان منه الي ان قتل ، لما مات محمد بن محمود بن محمد بن ملكشاه بن الب ارسلان ارسلت الامراء وطلبوا عمه سليمانشاه بن محمد بن ملكشاه ليولّوه السلطنة ، وكان قد اعتقل بالموصل مكرما ، فجهّزه قطب الدين مودود بن زنكي صاحب الموصل بشي كثير وجهاز يليق بالسلطنة ، وسار معه زين الدين علي كجك *m* بعسكر الموصل الي همذان ، واقبلت العساكير اليهم كل يوم يلقاه طايفة وامير ، ثم تسلّطت العساكير عليه ولم يبق له حكم ، وكان سليمان به تهوّر *n* وخرق وكان

هغي بي البين المطوح والسير الممرح الي ارض يضلّ بها الخريت وتغرق بها المصاليت "Ruebat mecum peregrinatio iactans et iter affligens ad terram in qua erraret viae peritus, et trepidarent audacissimi." Ibi Scholiastes explicat الدليل الحاذق "viae ductor penetrans." Et sane est proprie penetrans, acutus, et de aliis quoque praeter hodegetam dicitur. Ita usurpavit Ibn-Arabscha de medico sagace, perito suae artis p. 282. 9. Proprie خرت de acu dicitur, *penetrante, perforante;* et خُرْت est *foramen* acus; apud Abulolam. Consentit paene cum nostra etymologia Ibn-Doreid. Conf. Schol. ad Tarafae Moallac. v. 38. p. 19.

*l*) وطيّ Non memini uspiam legisse طوي امراة *complicuit feminam* pro

Digitized by Google

committeret opera, eum excludebat Muſlemorum numero, et accenſebat Caferis [ſeu infidelibus]. Quicunque ſuae ſectae atque doctrinae adverſarentur, etiamſi gens Keblae h. e. Muſlemi eſſent, eorum vitas permittebat ſuo gladio, uxores ſuae libidini atque opes ſuis rapinis, liberos mancipatui, haud ſecus ac ſi prorſus alieni a vera fide eſſent. Tollebat etiam quem aut potare vinum, aut audire muſicen, norat. In Foru [ſeu articulis fidei minutioribus] ſequebatur Abu-Honaifam. Sectatores eius maiora ſibi de illo perſuadebant, quam alii de ſanctiſſimis prophetis.

Anno DLV [qui die 11 Ianuar. A. C. 1160 coepit] contendebant Selgukidae de Sultanatu. Quas res, quamvis et ſequentis anni partem occupent, maluimus tamen, quo integrius uno quaſi conſpectu comprehendantur, ſimul referre, contra quam fecit Ibn-el-Atir, qui duos in annos, hunc et proxime ſequentem, diſcerpſit. Mortuo nempe Muhammede, filio Mahmudi, filii Muhammedis, filii Malicſchahi, filii Alp-Arſlani, repetebant Emiri eius a Mauſelenſe ſollemne legatione ſibi Sultanum, defuncti patruum, illum Solimanſchahum, filium Muhammedis, filii Malicſchahi, quem ſupra dicebamus a duce Mauſelenſe interceptum, et in eius arcem deportatum fuiſſe, ubi hactenus in cuſtodia, ſed ea tamen lauta et honeſta, detentus fuerat. Poſtulantibus itaque ducibus illum dedebat, qui dominus Mauſelae tum erat, Cotb-ed-din Maudud, filius Zenkii, magnoque cum apparatu, et qui Sultanum deceret, expedito addebat copias Mauſelenſes et earum ducem, illum eundem Zain-ed-dinum Cugucum, qui eum olim interceperat. Cum his ibat Soliman Hamadanam; eodemque confluebant ad ipſos indies plures et plures undecunque Emiri et legiones. Paullo poſt tamen, ut indolem Sultani ſui penitus cognoverant, vilipendebant eum, et nullam imperiorum eius habebant rationem. Et erat profecto Solimanſchah homo ſpirituum vilis, ingenii ſtupidus, et contemptibilis,



Digitized by Google

وكان يدمن شرب الخمر حتي انه شرب في رمضان نهارا ، وكان يجمع عنده المساخر ولا يلتفت الي الامراء ، فاهمل العسكر امره وصاروا لا يحضرون بابه ، وكان قد ردّ جميع الامور الي شرف الدين كردبازو الخادم وهو من مشايخ الخدم السلجوقية يرجع ° الي دين وحسن تدبير ، فاتفق يوما ان سليمان شرب بظاهر همذان بالكشك p ، فحضر اليه كردبازو ولامه ، فامر سليمان من عنده من المساخر فعبثوا بكردبازو حتي ان بعضهم كشف له سوته ، فاتفق كردبازو مع الأمراء علي قبضه ، فعمل كردبازو دعوة عظيمة ، فلما حضرها الملك سليمان في داره قبض عليه كردبازو وحبسه وبقي في الحبس مدة ، ثم ارسل اليه من خنقه (وقيل سقاه سمّا) ، فمات في ربيع الاخر سنة ست وخمسين وخمساية ، فلما مات سار الدكز بعساكر تزيد علي عشرين الفا ومعه ارسلان شاه بن طغريل بن محمد بن ملكشاه بن الب ارسلان الي همذان ، فلقيه كردبازو وانزله في دار المملكة وخطب لارسلان شاه بالسلطنة ، وكان الدكز متزوّجا بام ارسلان شاه ، فولدت للدكز اولادا منهم البهلوان محمد وقزل ارسلان عثمان ابنا الدكز ، وبقي الدكز اتابك ارسلان وابنه البهلوان وهو اخو ارسلان لامّه حاجبه ،

pro *compressit eam.* Neque puto id Arabice dici. Sed وطي *emollivit eam* dicitur; quemadmodum pannus, tapes, corium, calcando, fricando, emollitur. Duplex inest vis verbo وطا vel وطو, transitiva *emolliendi calcando,* et intransitiva, *mollis existendi;* hinc وطيّ tanquam participium praeteritum فعيل esset, *emollitus, mollis.* Meidanius ad proverbium العجز وطي *imbellitas est* وطي *mollis,* sic ait: يقال وطو فهو وطي اي بين الوطاءة وفراش وطي اي وثير ، يضرب

tam parum religionis aut honeſtatis ſtudioſus, ut vinum, non tantum continuo, ſed etiam ipſo ſacro menſe Ramadano, idque de claro die, quum alii cibos vel attingere verecundantur, ingurgitaret. Ludionum et paraſitorum inter choros, neque duces, neque res ſuas curabat. Quo fiebat, ut duces copiaeque viciſſim eius ſtudere commodis negligerent, neque ad officium et praeſentiam pro more adeſſent, et ipſe in eius exitium cum illis coniuraret ille Scharf-ed-din Cordbazu, veterum eunuchorum Selgukenſium unus, vir ut a pietate, ſic et a praeclara gubernatione inſignis, cui ſocors et levis Soliman rerum omnium curam demandaverat. Nam fiebat aliquando, ut Cordbazu ille herum ſuum apud Laſchac, locum agri Hamadanenſis, in compotatione deprehendens, ideo graviter obiurgaret. At ille reprehenſionem floccipendens praeſentibus paraſitis imperabat, ut hominem probe vexarent. Haud impigre illi mandata exſequentes eo procedebant petulantiae, ut quidam eorum pudenda ipſi ſua monſtraret. Irritatus ea contumelia Cordbazu conſpirabat porro cum Emiris eo, ut ineptum imperatorem comprehenderent; ideoque inſtruebat domi ſuae magnificum convivium, quo quum Soliman conveniſſet, comprehenſus cuſtodiae mandabatur ab eunucho, qui tempore interiecto poſt carnificem ipſi cum nervo immittebat, aut veneficum certe, quod alii perhibent. Acciderunt haec anni DLVI menſe quarto. Sublato itaque Solimanſchaho, contendebat Hamadanam, cum copiis plus viginti millium capitum, Ilducuz, ſecum habens Arſlanſchahum, privignum ſuum, filium Togrili, fratris peremti Solimanſchahi, et filii Muhammedis, filii Malicſchahi, filii Alp-Arſlani. Hunc Arſlanſchahum excipiebat Cordbazu magno cum honore, obviam ipſi egreſſus, introducebat eum in regium palatium [quod Hamadanae erat] et vota ipſi fieri, tanquam Sultano, curabat. Vt idem quoque honor Bagdadi ei exhiberetur, cum Selgukidis exhibitus fuerit, rogabat Ilducuz Chalifam per legationem:



Digitized by Google

حاجبه ، وكان هذا الدكز احد مماليك السلطان مسعود اشتراه في اول امره ثم اقطعه اران وبعض بلاد اذربيجان ، فعظم شانه وقوي امره ، ولما خطب لارسلان شاه بالسلطنة في تلك البلاد ارسل الدكز الي بغداد يطلب الخطبة لارسلانشاه بالسلطنة علي عادة الملوك السلجوقية ، فلم يجب الي ذلك ، ونحن فقد قدّمنا ذكر موت سليمان وولاية ارسلان ليتصل ذكر الحادثة ، وهي في الكامل مذكورة في موضعين في سنة خمس وسنة ست وخمسين وخمساية *

ذكر وفاة الفايز وولاية العاضد العلويين ، في هذه السنة توفي الفايز بنصر الله ابو القاسم عيسي بن اسماعيل الظافر خليفة مصر ، وكانت خلافته ست سنين ونحو شهرين ، وكان عمره لما ولي خمس سنين ، ولما مات دخل الصالح بن رزيك القصر وسال عمن يصلح ، فاحضر له منهم انسان كبير السن ، فقال بعض اصحاب الصالح له سرّا لا يكون عباس احزم منك حيث اختار صغيرا ، فاعاد الصالح الرجل الي موضعه وامر باحضار العاضد لدين الله ابي محمد عبد الله بن الامير يوسف بن الحافظ ، ولم يكن ابوه خليفة ، وكان العاضد ذلك الوقت مراهقا q ، فبايعه بالخلافة وزوّجه الصالح بابنته ونقل معها من الجهاز ما لا يسع مثله *

ذكر

يضرب لمن استوطا مركب العجز وقعد عن طلب المكاسب والمحامد ولمن ترك حقه مخافة الخصومة" Dicitur وطو [mollis est] et homo وطي in quo conspicua est, الوطاءة [mollities] et stratum وطي seu emollitum, conculcatum. Proverbium de illo usurpatur, qui molle reputat et sentit iumentum [vel insessabulum] imbecillitatis, et desidet piger, neque quaerit victum aut honores, et qui omittit ius suum persequi, metu rixationis."

Digitized by Google

verum Chalifa nolebat Arſlanſchahum pro Sultano agnoſcere. Ilducuz ille origine mancipium erat Sultani Maſudi, qui eum ſub imperii ſui exordium emerat. Succedente tempore ſummas ad dignitates ab eodem evectus et Arranam et Aderbiganae partem gubernandam, ſimulque magnas vires et auctoritatem nactus, tandem accepit huius Arſlanſchahi matrem in matrimonium, e qua ſuſcepit Bahlavanum Muhammedem, et Kuzul Arſlanum Otmanum; ſimulque ſibi eiusdem Arſlanſchahi Atabecatum [ſeu tutelam], filioque ſuo Bahlavano munus Hagebi [ſeu cubicularii] apud eundem Arſlanſchahum, eius ex matre fratrem, conferebat. Horum occurret deinceps frequentior mentio.*

Eodem anno DLV obiit Faiez benaſr allah Abu'l-Caſem Iſa, filius Iſmaëli Daferi, Alida, Chalifa Miſrenſis, poſt quam ſex fere annos et duo menſes in ſumma dignitate exegiſſet, quinquennis tum puer, quum Chalifa nuncuparetur. Eo defuncto veniebat in aulam Malec es-Saleh Ibn-Razik (413) Vezirus, et inquirebat in aptum dignumque imperii candidatum. Laudabant ipſi tum Alidam aliquem, aetate iam provectum. Quem quominus imperio admoveret Saleh, efficiebat aliquis familiarium eius aſſurgens et deliberanti clam in aures inſuſurrans haec verba: Cura ne prudentia te vincat Abbas (414), qui principem minorem annis praetulit [quia iuvenes facile reguntur et ductitantur, ſeniores frenum detrectant]. Iubebat igitur Saleh Alidam illum, iam coram in concilium productum, eo reduci, unde arceſſitus fuerat, et arceſſebat viciſſim Abu-Muhammedem Abdallam, illum, qui poſtea ſub titulo Adedi ledin allah [ſeu ſuffulcientis et ſuſtinentis religionem divinam] inclaruit, filium Emiri Ioſephi (hic enim Chalifa non fuerat) filii Hafeti Chalifae. Huic Adedo praeſtabat Saleh fidem, filiamque ſuam elocabat in matrimonium, ut iuveni pubertatis annos ingreſſo, dotemque addebat tam ſplendidam, quam vix unquam antea alia alterius fuerat audita.

Eiusdem

* Arabica alio hoc loco ordine diſpoſita ſunt, ut ſaepius.

Digitized by Google

ذكر وفاة المقتفي لامر الله ، في هذه السنة ثاني ربيع الاول توفي الخليفة المقتفي لامر الله ابو عبد الله محمد بن المستظهر ابي العباس احمد بعلّة التراقي ، وكان مولده ثاني ربيع الاخر سنة تسع وثمانين واربعماية ، وامه ام ولد ، وكانت خلافته اربعا وعشرين سنة وثلثة اشهر وستة عشر يوما ، وكان حسن السيرة ، وهو اول من استبدّ بالعراق منفردا عن سلطان يكون معه ، وكان يبذل الاموال العظيمة لاصحاب الاخبار في جميع البلاد حتي لا يفوته منها شي *

ذكر خلافة المستنجد وهو ثاني ثلاثينهم ، ولما توفي المقتفي لامر الله محمد بويع ابنه يوسف ولقب المستنجد بالله ، وام المستنجد ام ولد تدعي طاووس ، ولما بويع المستنجد بالخلافة بايعه اهله واقاربه ، فمنهم عمه ابو طالب ثم اخوه ابو جعفر بن المقتفي (وكان اكبر من المستنجد) ، ثم بايعه الوزير بن هبيرة وقاضي القضاة وغيرهم *

ذكر وفاة صاحب غزنة ، في هذه السنة في رجب توفي السلطان خسروشاه بن بهرامشاه بن مسعود بن ابراهيم بن مسعود بن محمود بن سبكتكين صاحب غزنة ، وكان عادلا حسن السيرة ، وكانت ولايته في سنة ثمان واربعين وخمسماية ، ولما مات ملك بعده ابنه ملكشاه بن خسروشاه ، وقيل والده خسروشاه المذكور توفي في حبس غياث الدين الغوري وانه اخر ملوك بني سبكتكين حسبما تقدم ذكره في سنة سبع واربعين وخمسماية ، والله اعلم بالصواب *

ذكر وفاة ملكشاه السلجوقي ، في هذه السنة توفي السلطان ملكشاه بن محمود بن محمد بن ملكشاه بن الب ارسلان باصفهان مسموما *

وفيها

Digitized by Google

Eiusdem anni menſis tertii ſecundo die decedebat de vita Chalifa Bagdadicus, Moctafi leamr allah Abu-Abdalla Muhammed, filius Moſtadhari, Abu'l-Abbaſi Ahmedis, ex pleuritide.* Natus fuerat ſecundo die quarti menſis anni CCCCLXXXIX ex concubina. Chalifatum geſſerat quatuor et viginti per annos, tres menſes et ſedecim dies multa cum laude. Primus hic eſt, qui poſt longam ſuae gentis humilitatem denuo inſtituit ad primorum Chalifarum exemplum in Iraca ſolus regnare, et Sultanum unum alterumve, tortorem, aut cuſtodem ſaltim, non pati. Magno impendio alebat ubique terrarum exploratores, qui quidcunque tandem ageretur, ad ipſum referebant.

Succedebat ipſi filius, ex pellice Tavus [h. e. pavo] dicta, natus, Ioſef, cui per inaugurationem titulus Moſtangedi billah [ſeu eius, qui ſuppetias a deo implorat] attributus fuit, Chalifarum ſuae gentis trigeſimus et ſecundus. Primi ſacramentum ipſi dicebant gentiles Abbaſidae, ut patruelis, Abu-Taleb, tum frater, isque natu maior, Abu-Gafar, filius Moctafi; poſt hos Vezirus Ibn-Hobaira, denique ſupremus Cadi, et ceteri deinceps.

Menſe huius anni ſeptimo decedebat Gaznae dominus Sultan Choſruſchah, filius Baharamſchahi, filii Maſudi, filii Ibrahimi, filii Maſudi, filii Mahmudi, filii Soboctekini, princeps aequus, et laudabilis vitae, anno DXLVIII orſus imperium. Succedebat ei filius Malicſchah. Sunt tamen, qui Choſruſchahum perhibent, in carcere Gaiat-ed-dini Gorenſis exſtinctum Soboctekinidarum dynaſtiam clauſiſſe. Qua de re iam monuimus ad a. DXLVII. Deus optime norit, quod horum ſit rectius.

Eodem periit ex veneno apud Isfahanam Sultan Malicſchah, filius Mahmudi, filii Muhammedis, filii Malicſchahi, filii Alp-Arſlani.

Eodem

* Arab. *e morbo claviculorum.*



Digitized by Google

وفيها حج اسد الدين شيركوه بن شاذي مقدّم جيش نور الدين محمود بن زنكي ¤

ثم دخلت سنة ست وخمسين وخمسماية ، فيها في ربيع الاخر توفي الملك علاء الدين الحسين بن الحسين الغوري ملك الغور ، وكان عادلا حسن السيرة ولما مات ملك بعده ابن اخيه غياث الدين محمد ، وقد تقدم ذكر ذلك في سنة سبع واربعين وخمسماية ¤

ذكر نهب نيسابور وتخريبها وعمارة الشاذباخ m ، في هذه السنة تقدّم مويد الدين اي به بامساك اعيان نيسابور ، لانهم كانوا روساء للحرامية والمفسدين ، واخذ المويد بقتل المفسدين ، فخرّبت نيسابور ، وكان من جملة ما خرب مسجد عقيل ، وكان مجمعا لاهل العلم وكان فيه خزاين الكتب الموقوفة ، وخرب من مدارس الحنفية سبع عشرة مدرسة ، واحرق وخرب عدة من خزاين الكتب ، واما الشاذباخ فان عبد الله بن طاهر بن الحسين بناها لما كان اميرا علي خراسان للمامون وسكنها هو والجند ، ثم خرّبت بعد ذلك ، ثم جدّدت في ايام الب ارسلان السلجوقي ، ثم تشعّثت بعد ذلك ، فلما كان الان وخرّبت نيسابور امر المويّد اي به باصلاح سور الشاذباخ وسكنها هو والناس ، فخربت نيسابور كل الخراب ولم يبق بها احد ¤

ذكر قتل الصالح بن رزيك ، في هذه السنة في رمضان قتل الملك الصالح ابو الغارات طلايع بن رزيك الارمني وزير العاضد العلوي ، جهّزت

*m*) كنجك Cod. Leid. كنحل

*n*) تهوّر *incoafiderata irruptio in rem.* هار notat cum praecipitatione ruere, fubruere, uti magnus tumulus arenarum. Vid. Harir. Conf. IV. p. 58. lin. 1. edit. Schultenf.

Digitized by Google

Eodem perficiebat ſacrum iter Meccanum Aſad-ed-din Schiracuh, filius Schadii, praefectus copiarum Nur-ed-dini Mahmudi, filii Zenkii.

Anno DLVI [qui cal. Ian. A. C. 1161 coepit] idque menſe quarto decedebat Gorenſium rex, Ala-ed-din Hoſain, f. Hoſaini, Gorenſis, iuſtitiae adminiſtratae et praeclarae gubernationis laude celeber. Succedebat ipſi ex fratre nepos, Gaiat-ed-din Muhammed. Verum his de rebus iam ſupra diximus ad a. DXLVII.

Hoc anno concidit et deſolata fuit Niſabur, contra vero ſurrexit Schadiach [aliis Schadbach]. Nimirum colludebant proceres Niſaburenſes cum latronibus et graſſatoribus, et ipſi eorum duces erant. Movaiied-ed-din I beh ergo, [qui, ut ſupra vidimus, per captivitatem Sultani Sangari dynaſtiam in Choraſana inſtituerat] comprehendebat urbis proceres, et, quotquot poterat, graſſatores necabat. Per eos tumultus peribat antiquiſſima et nobiliſſima urbs; diruebatur, inter alia, Maſgad [ſeu oratorium] Ocaili, in quod eruditi viri hactenus convenire conſueverant, cum bibliotheca eo legata: ſeptendecim deſolabantur Hanafiticorum Medreſae [aut collegia]; plures bibliothecae flammis aliove furoris genere diſperibant. Verbo, tam everſa tum fuit Niſabura, et tam deſolata, ut vivus homo ibi non remaneret, quandoquidem Movaiied-ed-din I beh coloniam in Schadiach transferebat. Hanc olim Abdalla, filius Taheri, filii Hoſani, condiderat, quum Emirus Choraſanae, ex Mamuni auctoritate, eſſet; eamque cum praeſidiis ſuis incoluerat. Eam deinceps in ruinas prolapſam, renovabat Alp-Arſlan, Selgukida. Sed et haec ſecunda urbs aliquo tempore poſt ſecundum patiebatur a flammis excidium. Tandem reſtaurabat eam tertium modo dictus Movaiied-ed-din I beh, poſt deſtructam Niſaburam.

Eiusdem* anni nono menſe peremtus fuit Malec es-Saleh Abu'l-Garat Talaie Ibn-Razik, Armenus, Vezirus Adedi, Alidae,



* Hinc incipiunt Excerpta vitam Saladini ſpectantia, quae cel. Schultens edidit.

Digitized by Google

جهّزت عليه عمة العاضد من قتله (وهو داخل في القصر) بالسكاكين، ولم يمت في تلك الساعة بل حمل الي بيته، فارسل يعتب علي العاضد، فارسل العاضد الي طلايع المذكور يحلف له انه لم يرض ولا علم بذلك، وامسك العاضد عمته وارسلها الي طلايع، فقتلها وسال العاضد ان يولّي ابنه رزيك الوزارة ولقب ˢ العادل، ومات طلايع واستقرّ ابنه العادل رزيك في الوزارة، وكان للصالح طلايع شعر حسن، فمنه في الفخر،

ابي الله الاّ ᵗ ان يدين لنا الدهر ويخدمنا في ملكنا العزّ والنصر،
علمنا بان المال تفني الوفه ويبقي لنا من بعده الاجر والذكر،
خلطنا الندي بالباس حتي كانّنا سحاب لديه البرق والرعد والقطر *

ذكر ملك عيسي مكة حرسها الله، كان امير مكة قاسم بن ابي فليتة بن قاسم بن ابي هاشم العلوي الحسيني، فلما سمع بقرب الحاجّ من مكة صادر المجاورين واعيان مكة واخذ اموالهم وهرب الي البرية، فلما وصل الحاجّ الي مكة رتّب امير الحاجّ مكان قاسم عمه عيسي بن قاسم بن ابي هاشم، فبقي كذلك الي شهر رمضان، ثم

o) يرجح C. L. يرجع p) باللشك Num recte?

q) مراهق *pubeſcens*, propric *prope attingens*. Eſt nempe elliptica locutio pro مراهق الحلم, ſeu *prope attingens annos ſapientiae*. Integram phraſin habet Meidanius in iſto: ارضعته حتي فطم وادرك وراهق الحلم "lactabat ipſum donec ablactaretur; et dein attingebat annos pubertatis." Quale diſcrimen ſit inter ادرك et راهق الحلم non intelligo. In utroque ſubintelligitur الحلم

r) الشادباخ C. L. الشانياخ s) ولقب Forte ويلقبه

Digitized by Google

Chalifae Misrensis, a sicis percussorum, quos ipsi Chalifae patrua submiserat, ipso in augusto palatio. Non tamen ille statim ab isto vulnere exspirabat; sed deportatus domum suam, habebat otium et hostem ulscischendi, et res suas ex animi sententia ordinandi. Nam primum quidem Adedo facinoris indignitatem per legatum exprobrabat. Illo autem obtestante fidem omnem divinam humanamque, et asseverante, se neque conscium sceleris fuisse, neque id laudare, sed patruae suae totum id imputandum esse; simulque illam ad Ibn-Razicum permittente, quo magis ipsi suam declararet innocentiam: trucidabat eam sic nactus Ibn-Razik, et ultimum id ab Adedo rogabat, vellet filium suum, Razicum, cum titulo Malec el-Adel (415), suum in locum, hoc est, in Veziratum, subrogare. Neque deerat Aded moribundi soceri precibus. Erat Ibn-Razik elegans poëta (416), ut patet ex sequente specimine:

Voluit omnino sanxitque deus, ut fortuna nostro ex arbitrio pendeat, et ut maiestas atque victoria nobis in regno nostro serviat.

Novimus numorum millenarios perire: sed honoris praemium et grata memoria nobis permanent.

Miscuimus lenitatem cum severitate, ita ut evaserimus nubi similes, quae una atque eadem fulgur, tonitru et pluviam excutit.

Hoc anno turbatum fuit nonnihil apud Meccam, quam deus protegere velit. Tenebat eam urbem Emir Casem, filius Abu-Folaitae, filii Casemi, filii Abu-Haschemi, per Hosainum ab Alio deveniens. Ille Casem, quo tempore norat sacros peregrinatores haud procul ab urbe abesse, multabat aere urbis optimates, et qui alii peregrini ibi degebant, eorumque correptis opibus aufugiebat in desertum. Eius itaque in locum constituebat religiosae catervae dux Emirum, eius patruelem, Isam, filium Casemi, f. Abu-Haschemi. At proxime secuti anni mense nono

 repe-

Digitized by Google

ثم ان قاسم بن ابي فليتة جمع العرب وقصد عمه عيسي، فلما قارب مكة رحل عنها عيسي، فعاد قاسم وملكها، ولم يكن معه ما يرضي به العرب، فكاتبوا عمه عيسي وصاروا معه، فقدم عيسي اليهم، فهرب قاسم وصعد الي جبل ابي قبيس، فسقط عن فرسه واخذه اصحاب عمه عيسي فقتلوه، فغسله عمه عيسي ودفنه بالمعلّي عند ابنه ابي فليته، واستقرّت مكة لعيسي *

وفيها عبر عبد المومن المجاز الي الاندلس وبني علي جبل طارق من الاندلس مدينة حصينة واقام بها عدة اشهر، ثم عاد الي مرّاكش *

وفيها ملك قرا ارسلان صاحب حصن كيفا قلعة شاتان، وكانت لطايفة من الاكراد، ولما ملكها خرّبها واضاف اعمالها الي حصن طالب *

ثم دخلت سنة سبع وخمسين وخمسماية، فيها نازل نور الدين محمود قلعة حارم وهي للفرنج مدة، ثم رحل عنها ولم يملكها *

وفيها سارت الكرج في جمع عظيم ودخلوا بلاد الاسلام وملكوا مدينة دوين من اذربيجان ونهبوها، ثم جمع الدكز صاحب اذربيجان جمعا عظيما وغزي الكرج وانتصر عليهم *

وفيها حج الناس فوقع فتنة وقتال بين صاحب مكة وامير الحاجّ، فلم يقدر بعضهم علي الطواف بعد الوقف، قال ابن الاثير وكان ممن حج ولم يطف حدمة ام ابيه *v*، فوصلت الي بلدها وهي علي احرامها، فاستفتت

*v*) ابي الله الا ad verbum: *renuit*, *negat*, *deus* [omne aliud] *nisi ut* cet. hoc est ita sanxit et iussit deus cet. Non infrequens dictio. Habetur apud

repetebat Caſem, ille iunior, filius Abu-Folaitae, Meccam, cum Arabum magna manu; eoque cogebat patruelem excedere. Arabes autem ſpe ſua falſi, neque deprehendentes penes Caſemum, quod ipſis placere aut ſatisfacere avidis poſſet, revocabant Iſam. Quae res viciſſim Caſemum ad fugam capeſſendam impellebat. In montem Abu-Cobais (417) itaque tendebat ille ſe recipere. Verum dum aſcendere nititur, equo per trepidationem delapſus occupatur ab Iſae factione, adeoque perit. Iſa cadaver nactus, lotum ſuis manibus, apud Abu-Folaitam, fratrem ſuum, occiſi patrem, humabat in Moalla [publico ſepulcreto Meccano]; et Meccam deinceps quietam poſſidebat.

Eodem tranſibat Abd-el-Mumen, filius Alii, per fretum Gaditanum in Andaluſiam, ibique condebat fortiſſimam urbem ſuper Gibl Tarec [ſeu Gibraltar]; in qua poſtquam exegiſſet aliquot menſes, Marracaſcham redibat.

Eodem potiebatur Cara Arſlan, dominus Heſn Caifae, caſtello Schatan, quod antea Curdam ad aliquam tribum ſpectaverat; idque devaſtabat, qui autem vici oppidave ad eius ditionem pertinebant, ea Heſn Talebo attribuebat.

Anno DLVII [qui die 20 Decembr. A. C. 1161] urgebat quidem Nur-ed-din Mahmud obſidione aliquamdiu arcem Harem, quam Franci tum tenebant (418), deinde tamen opera in caſſum inſumta domum remeabat.

Eodem irruebant immane numero in Muſlemicam ditionem Corgi [ſeu Georgiani] urbemque Aderbiganicam, Dovain, depraedabantur. Sed eos coacta valida manu adortus Aderbiganae dominus, Ilducuz, retundebat.

Eodem incidebant differiae Meccanum inter Emirum, et Emir el-Hag [ſeu ducem catervae religioſorum itineratorum], propter quas dux catervae ſe retro recipiebat. Quo factum, ut quidam poſt ſacras in monte Arafat ſtationes circum Caabam obire, et integra religione ſic defungi, non potuerint, ſed nondum

per-

Digitized by Google

فاستفتت الشيخ ابا القاسم بن البرزي * ، فافتي انها اذا دامت علي ما بقي من احرامها الي قابل وطافت كمل حجها الاول ، ثم تفتدي وتحلّ ، ثم تحرم احراما ثانيا وتقف بعرفات وتكمل مناسك الحج ، فتصير لها حجة ثانية ، فبقيت علي احرامها الي القابل وفعلت كما قال ، فتمّ حجها الاول والثاني *

وفيها مات الكيا الصباحي صاحب الالموت مقدّم الاسماعيلية ، وقام ابنه مقامه واظهر التوبة *

وفيها في المحرم توفي الشيخ عدي بن مسافر الزاهد المقيم ببلد الهكارية من اعمال الموصل ، واصل الشيخ عدي من الشام من بلد بعلبك ، وانتقل الي الموصل واتّبعه اهل السواد والجبال بتلك النواحي واطاعوه واحسنوا الظنّ به *

ثم دخلت سنة ثمان وخمسين وخمسماية ، ذكر وزارة شاور ثم الضرغام ، في هذه السنة في صفر وزر شاور للعاضد لدين الله العلوي ، وكان شاور يخدم الصالح طلايع بن رزيك ، فولّاه الصعيد ، وكانت

apud Elmacinum p. 280. in fragmento, quod ibi laudatur, poëtae, de quo noster egit ad an. 468. Fragmentum illud, quia vitiose in Arabicis proditum et prorsus in Latinis omissum fuit, puto me operae pretium facturum, si totum, ut legi et accipi debet, huc apposuero.

ابا الله الا ان يكون لك السعد وليس لما تبغيه منع ولا رد ،
فضت حلب ميعادها بعد مطله وابيض وصل ما قبله صدّ ،
تهز لواء الوصل حولك عصبة اذا طلبوا نالوا وان عقدوا شدّوا ،
وخطية سمر وبيض صوارم وصافية رعف وصافنة جرد ،

"Voluit sanxitque deus, ut sit tibi felicitas, [tuum peculium] et ut ei, quod cupis, nullum impedimentum, mora nulla incidat.

Ab-

Digitized by Google

perfectis ritibus domum remigraverint. Hos interfuisse Hadamam, suam aviam, refert Ibn-el-Atir. Eam rediisse nondum deposito suo Ihram [seu Naziraeatu]; et consuluisse hoc de casu Schaichum Abu'l-Casemum Borzaiensem; qui hanc tulerit sententiam: si persisteret illa in eo, quod nondum absolutum de suo Ihram remanserit, usque ad annum proximum, eoque susciperet denuo sacrum iter, et obiret per templum Meccanum; tunc absolutum ipsi fore primum illud et interruptum sacrum iter. Si tunc data eleemosyna se redimeret, posse ipsam in Helal [seu statum profanum, non religiosum] transire, et ex eo protinus rursus Ihramum [seu Naziraeatum] secunda vice resumere, et in Arafat consistere, ceterasque peragere caerimonias. Id si fecerit, illam secunda vice confectum sacrum iter habituram hoc modo esse. Haec omnia refert laudatus auctor aviam suam exacte ad praescriptum directoris adimplevisse, et sic bis Meccanum iter peregisse.

Eodem obiit Coia Sabbahicus (419), dominus arcis Alamut, magister ordinis Ismaëlitarum. Qui ei succedebat, filius, commodum se gerebat, animumque prae se ferebat, ab istius ordinis nefandis opinionibus, institutis, latrociniis et parricidiis alienum.

Eiusdem anni primo mense obiit Schaich Adi, filius Mosaferi, vir sanctus, qui, Syrus Balabakensis origine, solebat tamen in tractu Mauselense in agro Curdorum Haccaritarum versari, ubi campestrium montiumque incolae ipsum assectabantur, et colebant, et obtemperabant ipsi, et magnifica quaeque de ipso censebant atque iactabant.

Anno DLVIII [qui die 9 Dec. A. C. 1162 coepit] raptabant aliqui Veziratum Misrensem, armisque eius caussa contendebant. Nimirum successerat in eam dignitatem suo patri, Ibn-Razico, Razik* el-Adel, ut antea vidimus. Hic orsus guberna-tionem

* Alii cum Schultensio legunt *Zarik*. Sed *Razik* rectius videtur.

وكانت ولاية الصعيد اكبر المناصب بعد الوزارة ، فلما جرح الصالح اوصي ابنه العادل ان لا يغيرّ علي شاور شيا لعلمه بقوّة شاور ، فلما تولي العادل ابن الصالح الوزارة كتب الي شاور بالعزل ، فجمع شاور جموعه وسار نحو العادل الي القاهرة ، فهرب العادل وطرد وراءه شاور وامسكه وقتله ، وهو العادل رزيك بن الصالح طلايع بن رزيك ، وانقرضت بمقتله دولة بني رزيك ، وفيهم يقول عمارة اليمني من ابيات طويلة x منها ،

ولت ليالي بني رزيك وانصرمت والمدح والشكر فيهم غير منصرم ،
كانّ صالحهم يوما وعادلهم في صدر ذا الدست لم يقعد ولم يقم *

واستقر شاور في الوزارة وتلقّب بامير الجيوش واخذ اموال بني رزيك وودايعهم ، ثم ان الضرغام جمع جمعا ونازع شاور في الوزارة في شهر رمضان وقوي علي شاور ، فانهزم شاور الي الشام مستنجدا بنور الدين ، فلما تمكّن ضرغام من الوزارة قتل كثيرا من الامراء المصريين لتخلو له البلاد ، فضعفت

Absolvit Haleb festum suum diem, diu promissum et exspectatum, et emicuit iunctio [amicitia, hilaritas omnis], quam quidquid antecessit temporis, id omne fuit fuga, [odium, omne ingratum et adversum].
Quatiunt circa te vexillum iunctionis grex hominum, qui quod quaerunt consequuntur, et quem faciunt nodum, [quam copulant amicitiam] eum valide constringunt [in servanda amicitia constantes sunt],
et hastae fuscae, et candidi secatores [gladii] et militares viri sanguine stillantes, et equi glabri."

v) ادبه Forte ادبي   x) المرزي C. L. الغرزي Alibi المرري

y) مناسك *sacri ritus.* Paene non dicitur nisi de sacris Meccanis. Etymologia videtur haec esse. نسك est proprie *effundere,* praecipue *sanguinem;*

tionem temerabat paternam constitutionem, et contra expressum, quod moribundus pater ipsi dederat, mandatum, imperabat Schavero (420), ut a praefectura Saïdi [seu Aegypti superioris] qua tunc ille ex indultu Talaieï fruebatur, decederet. Erat illa provincia post Veziratum lautissima et splendidissima, dederatque illam ipse Ibn-Razik isti Schavero, suo quondam mancipio, monueratque exspirans filium diligenter, ne illum sollicitet, bene gnarus, quam vir potens et metuendus sit. Schaver itaque irritatus ea revocatione, congregabat copias suas, et cum illis adversus Adelum, antiqui heri filium, contendebat Caheram. Fugiebat Adel, eum non sustinens. Schaver autem persecutus fugientem et nactus obtruncabat, eoque facto invadebat Veziratum mense huius anni secundo, titulus et officium Emir el-Goiusch [seu magistri militiae] sibi arrogabat, opesque omnes et deposita Razikidarum compilabat, et finem, ut brevibus enunciem, faciebat in Adelo genti et dynastiae Razikidarum, quos Omara Iemanicus [auctor Chronici Iemanici, ex quo paullo ante quaedum citabamus] longo laudavit carmine, cuius particula sunt sequentes versus:

Tergum quidem verterunt et abrupta sunt Razikidarum tempora; gloria tamen et laus eorum non est abrupta, neque abrumpetur.

Erant olim eorum Saleh et Adel, Sadri [seu primi in accubitu] in festivis conciliabulis, qui nullius in honorem assurgebant, neque iussi considebant.*

Sed Schavero novam dignitatem eripere nitebatur Dergam (421), mense huius anni nono, viribusque editior cogebat ipsum in Syriam evadere atque Nur-ed-dini opem implorare; ipse interea, tyrannide abutens, multos magnatum Misrensium de medio tollebat, cupiens regnum ab adversariis voluntatum suarum repurgare.



* Hoc est, non habebant opus exspectare donec iuberentur considere, sed auctoritate sua protinus ab ingressu considebant.

Digitized by Google

فضعفت الدولة لهذا السبب حتي خرجت البلاد من ايديهم *

ذكر وفاة عبد المومن ، في هذه السنة في العشرين من جمادي الاخرة توفي عبد المومن بن علي صاحب بلاد المغرب وافريقية والاندلس ، وكان قد سار من مراكش الي سلا فمرض بها ومات ، ولما حضره الموت جمع شيوخ الموحدين فقال لهم قد جربت ابني محمدا فلم يصلح لهذا الامر ، وانما يصلح له ابني يوسف ، فقدموه وبايعوه ودعي باميم المومنين ، واستقرت قواعد ملكه ، وكانت مدة ولاية عبد المومن ثلثا وثلثين سنة وشهورا ، وكان حازما شديد الراي حسن السياسة للامور كثير سفك الدماء علي الذنب الصغير ، وكان يعظم امر الدين ويقويه ويلزم الناس بالصلوة بحيث انه من راي وقت الصلوة غير مصل قتل ، وجمع الناس في المغرب علي مذهب مالك في الفروع وعلي مذهب ابي الحسن الاشعري في الاصول *

وفيها ملك المويد اي به قومس ، ولما ملكها ارسل اليه السلطان ارسلان بن طغريل *a* بن ملكشاه خلعة والوية وهدية جليلة ، ولبس المويد الخلع وخطب له في بلاده *

وفيها كبس الفرنج نور الدين محمود وهو نازل بعسكره في البقيعة تحت حصن الاكراد ، فلم يشعر نور الدين وعسكره الا وقد ظلت عليهم صلبان الفرنج فقصدوا خيمة نور الدين ، فلسرعة ذلك ركب نور الدين فرسه وفي رجله السنجة *b* ، فنزل انسان كردي فقطعها ،

*nem;* ut Hebraeum נסך. Hinc est منسك *locus ubi sanguis effunditur;* et *actio ipsa fundendi sanguinis* cum ritibus eo spectantibus. Hinc in plurali مناسك *ritus in mactatione victimarum usitati.* Et quia sacro-

Digitized by Google

gare. Sed hac ipſa ratione tam ſuccidebat Aegypti nervus, ut illa, tueri ſe impos, in praedam peregrinis cederet.

Hoc anno, die vigeſimo ſexti menſis obiit Abd-el-Mumen, filius Alii, Mauritaniae, Africae et Andaluſiae dominus, poſt regnum triginta trium annorum et aliquot menſium, Salae, morbo ibi ultimo correptus. Fini ſuo proximus ſignificabat convocatis ad ſe proceribus Movahhedinorum, ſe uſu deprehendiſſe filium ſuum Muhammedem, [quem regni haeredem declaraverat, ut ſupra vidimus] adminiſtrando regno ineptum, Ioſephum contra, fratrem eius, idoneum eſſe. Ad hanc commendationem praelatus fratri fuit Ioſephus, et dominus atque princeps fidelium ſalutatus. Erat Abd-el-Mumen princeps fortis et prudens, acute cernens in rebus, easque doctus egregie conducere, ſed tam in caedes pronus, ut commiſſum etiamſi leve crimen morte puniret. Pietatem et eius exercitium magni faciebat, ſuosque tanta ſeveritate adigebat ad preces, ut, ſi quis ei non orans precum tempore conſpiceretur, id e veſtigio capite lueret. Introducebat in Mauritaniam ſectam Maleki, ut nempe ſecundum eam pronunciaretur et ageretur in Foru [ſeu argumentis fidei minutioribus]. At ſectam Abu'l-Haſani Aſcharitae volebat in Oſul [ſeu fundamentalibus articulis] obtinere.

Eodem occupabat Movaiied-ed-din I beh Cumaſum: quo facto mittebat ipſi Sultan Arſlan, filius Togrili, Selgukides, trabeam, et vexilla, et dona pretioſa. Accipiebat ea Movaiied, induebat trabeam, et profitebatur Arſlano clientelam per iſtas ſuas terras.

Eodem obruebant Franci derepente Nur-ed-dinum, in caſtris ſuis, in parva illa planitie ſub Heſn el-Acrad (422) ſecurum haerentem. Iam imminentia conſpiciebantur et volitabant ſuper fidelium capitibus infidelium vexilla cruciata; iam ruebant Franci ad imperatoris tentorium, et per parum aberat, quin eum caperent; et cepiſſent profecto, niſi Curdus aliquis interceſſiſſet, qui

 equo

Digitized by Google

قطعها ، فنجي نور الدين وقتل الكردي ، واحسن نور الدين الي مخلّفيه ووقف عليهم الوقوف ، وسار نور الدين الي بحيرة حمص ونزل عليها وتلاحق به من سلم من المسلمين ❊

وفيها امر الخليفة المستنجد باجلاء بني اسد وهم اهل الحلة المزيدية ، فقتل منها جماعة وهرب الباقون وتشتّتوا في البلاد ، وذلك لفسادهم في البلاد ، وسلّمت بطايحهم وبلادهم الي رجل يقال له ابن معروف ❊

وفيها توفي سديد الدولة محمد بن عبد الكريم بن ابراهيم المعروف بابن الانباري كاتب الانشاء بدار الخلافة ، وكان فاضلا اديبا ، وكان عمره قريب تسعين سنة ❊

ثم دخلت سنة تسع وخمسين وخمسماية ، فيها سيّر نور الدين محمود بن زنكي عسكرا مقدّمهم اسد الدين شيركوه بن شاذي الي الديار المصرية ومعهم شاور ، وكان قد سار من مصر هاربا من ضرغام الوزير فلحق شاور بنور الدين واستنجده وبذل له ثلث اموال مصر بعد رزق جندها ان اعاده الي الوزارة ، فارسل نور الدين شيركوه الي مصر ، فوصل اليها وهزم عسكر ضرغام عند قبر السيّدة نفيسة واعاد شاور الي الوزارة للعاضد العلوي ، وكان مسير اسد الدين في جمادي الاولي من هذه السنة ، ثم غدر شاور بنور الدين ولم يف له بشي مما شرط ،

فسار

sacrorum Meccanorum non minima pars est camelorum mactatio, hinc tota religio Meccana ab eius paene praecipua parte نسك *effusio sanguinis* et مناسك *effusiones sanguinum* dicta fuit. Notio mactandi, sacrificandi, et quidem camelos illos, qui in valle Mena apud Meccam cadere solent, habetur in illo Divani Hudeilici:

اخالكم

Digitized by Google

equo ſuo celerrime delapſus, lorum abſcindebat, quo ille religatus tenebatur equus, in quem Nur-ed-din ſe per trepidationem coniecerat. Quo fiebat, ut ipſe quidem imperator evaderet; Curdus autem in fidelitatis praemium ab irruente hoſte trucidaretur. Nur-ed-din ergo haeredibus Curdi compenſabat, quod ipſi non poterat, beneficium, et largos illis aſſignabat annuos reditus; caſtraque porro transferebat ad lacum Emeſſenum, ubi recipiebat ſuorum quotquot ab iſta clade et diſſipatione ſalvi evaſerant.

Eodem iubebat Chalifa, Moſtanged, Arabes Aſaditas, Maziadi poſteros, Hellae dominos, profligari et a ſedibus ſuis velut abradi, propter enormem graſſationem et devaſtationem, quam ſecum, quaqua venirent, importabant. Multi ergo eorum gladio tum periere; reliqui diſſipati fugerunt per provincias paſſim. Lacus et urbes terraeque ipſorum ceterae committebantur alicui Ibn-Marufo.

Eodem obibat propemodum nonagenarius Sadid-ed-daula Muhammed, filius Abd-el-Carimi, filii Ibrahimi, vulgo ſub Ibn-el-Anbari nomine notior, Cateb el-Inſcha [ſeu ab epiſtolis ad exteros principes exarandis] Bagdadi, in auguſto Chalifarum palatio, politi vir ingenii et humanioribus litteris excultus.

Anno DLIX [qui die 29 Nov. A. Chr. 1163 coepit] menſe fere quinto, mittebat Nur-ed-din Mahmud, filius Zenkii, exercitum in Aegyptum, ſub ducatu Aſad-ed-dini Schircuhi (423), filii Schadii, eo fine, ut illum Schaverum reduceret, eique ſuam dignitatem redderet, quem paullo ante dicebamus, a Dargamo depulſum Veziratu Miſrenſe, ad Nur-ed-dinum in Syriam ſupplicem confugiſſe. Et ſane profligabat Schircuh Dargamum (424) commiſſo praelio apud ſepulcrum Saiiedae Nafiſae (425), et reducebat Schaverum in Veziratum apud Adedum Alidam. At Schaver, ut votis damnatum ſe videbat, non tantum nihil praeſtabat promiſſorum et pactorum: (promiſerat autem Nur-ed-dino unum redituum totius Aegypti trientem, eorum ſcilicet, qui poſt

ſub-

Digitized by Google

فسار اسد الدين واستولي علي بلبيس والشرقية ، فارسل شاور يستنجد الفرنج علي اخراج اسد الدين شيركوه من البلاد ، فسار الفرنج واجتمع معهم شاور بعسكر مصر وحصروا شيركوه ببلبيس ، ودام الحصار ثلثة اشهر ، وبلغ الفرنج حركة نور الدين واخذه حارم ، فراسلوا شيركوه في الصلح وفتحوا له ، فخرج من بلبيس بمن معه من العسكر وسار بهم ووصلوا الي الشام سالمين *

وفيها في رمضان فتح نور الدين محمود حارم واخذها من الفرنج بعد مصاف جري بين نور الدين والفرنج انتصر فيه نور الدين واسر وقتل من الفرنج عالما كثيرا ، وكان من جملة الاسري البرنس صاحب انطاكيه والقومص صاحب طرابلس ، وغنم منهم المسلمون شيا كثيرا *

وفي هذه السنة ايضا في ذي الحجة سار نور الدين الي بانياس وفتحها ، وكانت بيد الفرنج من سنة ثلث واربعين وخمساية الي هذه السنة *

وفيها توفي جمال الدين ابو جعفر محمد بن علي بن ابي منصور الاصفهاني وزير قطب الدين مودود بن زنكي صاحب الموصل في شعبان مقبوضا عليه ، وكان قد قبض عليه قطب الدين في سنة ثمان وخمسين وخمساية ، وكان قد تعاهد جمال الدين المذكور واسد الدين شيركوه انهما من مات منهما قبل الاخر ينقله الاخر الي مدينة الرسول فيدفنه فيها ، فنقله شيركوه واكتري له a من يقرا القران عند شيله وحطه ، وكان

ſubtracta copiarum ſtipendia ſuperaturi eſſent:) ſed etiam, quum Schircuh Belbaiſam et Scharakiam occuparet, quaſi coacturus ea ratione perfidum ad conditiones adimplendas, implorabat iſte verſipellis Francorum opem, quo Schircuhum e territorio ſuo, hoc eſt, Aegypto, exigerent. Aderant Franci, iunctique cum Aegyptiis obſidebant Schircuhum per tres menſes in Belbaiſo. Verum fama docti, Nur-ed-dinum nova res moliri, Haremumque arcem ſuis gentilibus eripuiſſe, tranſigebant cum Schircuho, laxatisque viis permittebant ipſi cum ſuis omnibus Belbaiſo in Syriam ſalvis evadere.

Quod autem modo dicebamus de arce Harem, ſic ſe habet. Nur-ed-din, poſt commiſſum cum Francis praelium, his valde calamitoſum, expugnabat dictam arcem (426) nono menſe huius anni. Magnam eo tempore iacturam patiebantur hoſtes; nam praeter praedam ditiſſimam, in vincula ibant Princeps, Antiochiae dominus, et Comes, dominus Tripoleos. (427)

Eiusdem anni menſe duodecimo expugnabat idem Nur-ed-din Banias [Paniadem], quam Franci ab anno DXLIII inde tenuerant. (428)

Eiusdem octavo menſe obiit Gemal-ed-din Abu-Gafar Muhammed, filius Alii, filii Abu-Manſuri, Isfahanenſis, Vezirus Cotb-ed-dini Maududi, filii Zenkii, domini Mauſelae, in cuſtodia, cui eum idem Maudud anno ſuperiore DLVIII adſtrixerat. Curabat paullo ante laudatus Aſad-ed-din Schircuh cadaver eius [Mauſela] Medinam transferri, ibique ſepeliri, idque ex officio et pacto. Pepigerant enim olim Gemal-ed-din et Schircuh, quisquis amborum alterum vivendo ſuperaret, ut is alterum ubicunque tandem locorum mortuum in urbe prophetae deponeret. Et ſane ſatis magnifice praeſtabat Schircuh datam fidem. Conducti fuere Carraei [ſeu lectores] qui quavis in ſtatione, quoties cadaver aut detrahendum camelis aut imponendum eſſet, particulam Corani praelegerent. Quamcunque veni-



Digitized by Google

وكان ينادي في كل بلد ينزلونه به بالصلوة عليه ، ولما ارادوا الصلوة عليه بالحلة صعد شاب علي موضع مرتفع وانشد ،

سري نعشه فوق الرقاب وطالما سري جوده علي الركاب ونايله *e* ،

يمر علي الوادي فتبكي رماله عليه وبالنادي *f* فتثني ارامله *

وطيف به بالكعبة ودفن بالمدينة في رباط بناه لنفسه وبينه وبين قبر النبي نحو خمسة عشر ذراعا ، وهذا جمال الدين هو الذي جدد *g* مسجد الخيف بمني وبني الحجر بجانب الكعبة وزخرف الكعبة وغرم جملة طايلة لصاحب مكة وللمقتفي حتي مكناه من ذلك ، وهو الذي بني المسجد علي جبل عرفات وعمل الدرج اليه وعمل بعرفات مصانع الماء وبني سورا علي مدينة النبي وبني علي دجلة جسرا عند جزيرة ابن عمر بالحجر المنحوت والحديد والرصاص ، فقبض قبل ان يفرغ ،

وبني

اخالكم من اسرة قمعية اذا نسكوا لم يشهدون المعرفا ،

"Puto vos esse de gente Camaïtica, qui quando sacra faciunt [in valle Mena] non adesse solent sacris quae in monte Arafat fiunt."

ubi Scholiastes نسكوا exponit per ذبحوا *mactant*, *sacrificant*. Ab hoc particulare dei cultu translata deinceps vox fuit ad universalem; et notat النسك omne quo quis ad deum studet appropinquare, eumque sibi conciliare. النسك كل ما يتقرب به الي الله تعالي ait Scholiastes Haririi Conf. XLIX.

z) طويلة Dubium, an de numero versuum, an de longitudine metri intelligi debeat. *a*) Post طغريل deest بن محمد

*b*) السنجة Num recte? *c*) الشرقية Num recte?

*d*) اكتري له *sibi mercede sua conduxit istius causa*. In IV et III اكري et كاري elocavit alteri suam rem in usum ipsius. Inde participium istius

Digitized by Google

retur in urbem, ubi paulisper morandam et requiescendum erat, convocabantur cives a sacris praeconibus extra ordinem ad preces pro defuncto faciendas. Quum tales preces Hellae indicendae essent, ascendebat ibi robustus aliquis iuvenis in locum editiorem, indeque distichon hoc proclamabat:

Nunc it feretrum eius super cervicibus hominum portantium, quum olim longo ex tempore generosa eius munificentia super camelorum tergoribus longe lateque migraret et differretur.

Si quam per vallem transit, plorant ipsum eius glareae,* at si transit per hominum coetum, effunduntur eius viduae** in amplissimas viri laudes.

Ab Hella deportabatur cadaver recto itinere Meccam, ubi quum circumlatum circum Caabam fuisset, deferebatur tandem Medinam, et humabatur in aliquo Ribat [seu sacello***], quod ipse vivus adhuc sibi fieri curaverat, quindecim fere ulnis a prophetae sepulcro distans. Hic est Gemal-ed-din ille a pluribus aedificiis, in usum et decus Islamismi erectis, celeber. Reparavit Masgad Chaifi in valle Mena. Condidit quoque Hegrum [seu septum in aedis Meccanae plaga boreale] et universum Caabam compsit [auro et marmore], cuius rei veniam a Chalifa et Emiro Meccano, ingente vi aeris redemit. Idem condidit, et gradibus instruxit, oratorium, quod est super monte Arafat, et cisternas ibidem curavit. Idem Medinam muro vestivit. Tigridem quoque instituerat apud Gezirat Ebn-Omar [urbem sic dictam], ponte saxeo iungere, cuius saxa, viva de rupe excisa, ferreis uncis et liquido plumbo conferruminabantur: verum id opus perfectum



* Hoc est: fundunt recentes et limpidas aquas in usum camelorum eum devehentium, et hominum eum deducentium.

** Memores beneficiorum olim ab ipso acceptorum.

*** Ribat, et in plurali Robot sunt aediculae, in quibus aluntur religiosi qui lampades noctu diuque alunt, et Coranum recitant.

Digitized by Google

وبنى الربط وغيرها *

وفيها توفي نصر بن خلف ملك سجستان وعمره اكثر من
ماية سنة ومدة ملكه ثمانون سنة ، وملك بعده ابنه ابو الفتح
احمد بن نصر *

وفيها توفي الامام عمر الخوارزمي خطيب بلخ ومفتيها ،
والقاضي ابو بكر المحمودي صاحب التصانيف والاشعار، وله مقامات
بالفارسية علي نمط مقامات الحريري *

ثم دخلت سنة ستين وخمسماية ، فيها في ربيع الاول توفي شاه
مازندران رستم بن علي بن شهريار بن قارن وملك بعده ابنه
علاء الدين الحسن *

وفيها ملك المويد اي به مدينة هراة *

وفيها كان بين قليج ارسلان بن مسعود بن قليج ارسلان صاحب
قونية وما جاورها من بلاد الروم وبين ياغي ارسلان بن الدانشمند
صاحب ملطية وما جاورها من بلاد الروم حروب شديدة ، فانهزم
فيها قليج ارسلان ، واتفق موت ياغي ارسلان صاحب ملطية في تلك
المدة ، وملك بعده ابن اخيه ابراهيم بن محمد ابن الدانشمند
واستولي ذو النون بن محمد بن الدانشمند علي قيسارية وملك
شاهنشاه بن مسعود اخو قليج ارسلان مدينة انكورية ، واصطلح
المذكورون علي ذلك واستقرت بينهم القواعد واتفقوا *

وفيها توفي عون الدين الوزير ابن هبيرة واسمه يحيي
بن محمد بن المظفر، وكان موته في جمادي الاولي ،
ومولده سنة سبعين واربعماية ودفن بالمدرسة التي بناها
الحنابلة

Digitized by Google

fectum non fuit; auctor enim eius comprehendebatur, antequam abſolutum eſſet. Plura pietati deſtinata ſacella aliaque aedificia eidem ſuam debent originem.

Eodem obiit centenario maior Naſr, filius Chalafi (429), Segeſtanae octoginta per annos dominus. Succedebat ipſi filius Abu'l-Fath Ahmed.

Item Imam Omar Chovarezmicus, Balchae concionator idem et Mufti.

Item Cadi Abu-Becr Mahmudicus auctor multorum, utroque ſermonis genere, proſo et verſo, ſcriptorum. Inter alia condidit Macamat [ſeu diſſertationes] ad exemplar Hariricarum, ſed Perſico idiomate.

Anno DLX [qui die 17 Novemb. A.C. 1164 coepit] obiit menſe tertio Roſtam, Mazenderanae dominus, filius Alii, filii Scheheriiari, filii Cazeri. Succedebat ipſi filius, Ala-ed-din Haſan.

Eodem potiebatur Movaiied-ed-din I beh urbe Harata.

Eodem colliſi fuerunt Kilig Arſlan, filius Maſudi, filii Kilig Arſlani, Selgukida, dominus Iconii vicinorumque Romaniae tractuum, et Bagi Arſlan (430), Ibn-ed-Daniſchmend, dominus Malatiae, contiguaeque ditionis Romanae, gravibus bellis, quibus ille, Selgukida, victus fuit. Sed victor circa haec ipſa tempora fato ſuo conceſſit. Huius ex fratre nepotum unus quidam, Ibrahim, filius Muhammedis Ibn-ed-Daniſchmend, Malatiam obtinebat, alter autem, iſtius frater, Du'n-Nun, Caeſaream. Schahinſchah denique, Maſudi filius, Kilig Arſlani frater, Ancuriam [ſeu Ancyram]. In has leges ut conſenſere bellantes principes, unoquoque occupata retinente, conſtituta fuit pax, et directi ditionum limites.

Eodem obiit, menſe quinto, Aun-ed-din Iahia, Vezirus, filius Muhammedis, filii Modafferi, Ibn-Hobaira. Natus fuerat anno CCCCLXX: conditus fuit in collegio, quod ipſe in uſum



Digitized by Google

الحنابلة بباب البصرة ، وكان حنبلي المذهب ، ونفق علي المقتفي نفاقا عظيما حتي ان المقتفي كان يقول لم يتوزر لبني العباس مثله ، ولما مات قبض علي اهله واولاده *

وفيها توفي الشيخ الامام ابو القاسم عمر بن عكرمة بن البرزي *h* الفقيه الشافعي تفقّه علي الكيا الهراسي ، وكان اوحد وقته في الفقه وهو من جزيرة بن عمر *

وفيها توفي ابو الحسن هبة الله بن صاعد بن هبة الله المعروف بامين الدولة ابن التلميذ وقد ناهز المائة من عمره ، وكان طبيب دار الخلافة ببغداد ومحظيا عند المقتفي ، وكان حاذقا فاضلا ظريف الشخص عالي الهمّة مصيب الفكر شيخ *i* النصاري وقسيسهم وكانت له في الادب يد طولي متفنّنا في العلوم ، وكان فضلاء عصره يتعجبون كيف حرّم الاسلام مع كمال فهمه وغزارة علمه ، والله يهدي من يشاء بفضله ويضلّ من يشاء بحكمه * وكان اوحد الزمان ابو البركات هبة الله بن ملكان الحكيم المشهور صاحب كتاب المعتبر في الحكمة معاصر لابن التلميذ المذكور ، وكان بينهما تنافس كما يقع كثيرا بين اهل كل فضيلة وصنعة ، وكان

istius *Mocri* مكري et مكاري vel مكار, est ille qui alteri operam aut opes suas elocat. *Mocri*, vel *Mucari* appellantur in oriente qui camelos, equos, mulos, asinos, ad vecturam aliis elocant. Et quia Christianis in oriente non licet aliis iumentis, nisi asinis mulisve, vehi, hinc perhibent nostri Itineratores, vocem significare *agasonem asinarium*.

*e*) نايله domum eius. Potest duplici aspectu considerari, vel ut *donatio* dantis, vel *apprehensio* accipientis. Videtur varia et non optima scriptio esse

Hanbaliticorum, quorum ſectae addictus erat, apud portam Baſrenſem [id nomen portae et vici apud Bagdadum eſt] exſtruxerat. Tam large pecuniam ille ſuppeditaverat Moctafio, ut hic ipſe profeſſus fuerit, Abbaſidas Chalifas tam egregio Veziro, atque ſit ille Ibn-Hobaira, nunquam uſos fuiſſe. Et nihilominus tamen comprehendebantur poſt eius exceſſum eius liberi ceterique neceſſarii.

Eodem obiit Schaich el-Imam Abu'l-Caſem Omar, filius Ecrenae, Ibn-el-Borza, fakihus Schafeïticus. Operam dederat fikhae ſub Coia Harraſico. Saeculi ſui phoenix erat: originem trahebat ex urbe Gezirat Ebn-Omar.

Eodem obiit Bagdadi, centenario haud multo minor, Abu'l-Haſan Hebat allah, filius Saëdi, filii Hebat allah, vulgo ſub nomine Amin-ed-daulae Ibn-et-Talmid (431), celeber [quorum illud eum notat, cuius fidei tota dynaſtia commiſſa eſt; alterum vero filium diſcipuli]. Medicus erat auguſti palatii Chalifarum Bagdadicorum, magnaque in gratia et honore apud Moctafium. Sagax erat et bene nato ingenio, corpore comtus et venuſtus, alta ſpirabat, feliciter coniectabat. Simul erat Schaich [ſeu praetor] et Caſis [vel epiſcopus aut presbyter] Chriſtianorum. Excellentes fecerat in humanioribus litteris progreſſus, variasque callebat ſcientias, adeo, ut eruditi, eius aequales, ſtuperent, quomodo vir tam perfecto praeditus intellectu et ſcientia tam abundante, beatus tamen Iſlamiſmo non fuerit. Vnde patet, verum eſſe, quod Coranus docet: deum eos tantum in veram viam deducere, quos peculiare favore, cuius nemini rationem dat, eo deſtinavit. Contra errori eos permittere, quos iuſto iudicio eo condemnavit. Aequalis erat ipſi Auhad ez-Zaman Abu'l-Baracat Hebat allah Ibn-Melcan el-Hakim, celeber ille auctor libri philoſophici, Motabar [ſeu Conſiderator, vel meditator] inſcriptus. Sed aemulatio ambos intercedebat, morbus, qui homines frequentiſſime tentat omnibus praeclaris animi dotibus

et

Digitized by Google

وكان ابو البركات المذكور يهوديا ثم اسلم في اخر عمره واصابه الجذام وتداوي وبري منه وذهب بصره ودام اعمي ، وكان متكبّرا وكان ابن التلميذ متواضعا ، فعمل ابن التلميذ المذكور في ابي البركات المذكور ،

لنا صديق يهودي حماقته اذا تكلّم تبدو فيه من فيه ،
يتيه والكلب اعلي منه منزلة كانّه بعد لم يخرج من التيه *

ولابن التلميذ ايضا ،

يا من رماني عن قوس فرقته بسهم هجر علي تلاقيه ،
ارض لمن غاب عنك غيبته ، فذاك ذنب عقابه فيه ،

وله تصانيف حسنة ومنها كتاب اقرابادين ، وله كليات القانون حواشي ، وكتاب اقرابادين ابن التلميذ المذكور هو المعتمد عليه عند الاطبّاء ، وكان شيخه في الطب ابو الحسن هبة الله بن سعيد صاحب المغني في الطب ، ولابن سعيد المذكور ايضا الاقناع في الطبّ وهو كتاب جيّد في اربعة اجزاء *

ثم دخلت سنة احدي وستين وخمساية ، فيها فتح نور الدين محمود حصن المنيطرة من الشام وكان بيد الفرنج *

وفيها

esse vocis نَيْل *donum*, vel *apprehensio*, nisi velis ad illum canonem grammaticum provocare, participium praesentis activi نايل significationem habere passivi منوول

*f*) وبالنادي *et concilio*, conventui virorum, praecipue honoratiorum. Posset hic iterum نادي *convocans*, esse pro ندىّ vel مندي *convocato*, ut supra نايل *dans*, pro منوول dato.

*g*) جدّن Sic legendum pro جرن quod est in cod. L. vel etiam جدّم, ut in versione expressi.

*h*) البرزي Cod. Leid. البرري

Digitized by Google

et omni dexteritate aequaliter inſtructos. Abu'l-Baracat ille Ibn-Melcan Iudaeus olim erat, ſed ſub vitae finem Iſlamiſmo ſe addixerat, et elephantiaſi corripiebatur, quam medicamentis quidem expugnabat, ſed [materia prava ex artubus in caput retropulſa] viſum amittebat, ut nunquam deinceps recuperaret. Valde ſuperbiebat ille Iudaeus: modeſte contra de ſe ſentiebat Ibn-et-Talmid, et condebat in adverſarium ſequens diſtichon:

Habemus familiarem Iudaeum, cuius ſtultitia, quoties os aperit, emicat.

Superbe incedit, quamvis tam vilis homo ſit, ut canis ipſo plus valeat, quaſi nunquam ex deſerto rediiſſet, in quo maiores eius quadraginta per annos aberrarunt.

Eiusdem Ibn-Talmid etiam hoc eſt:

O qui ab arcu ſui verticis emiſſa me feriit ſagitta fugae apud occurſum ſuum.

Ignoſcas eius abſentiae, qui tibi adeſſe nequit [vel, qui tibi ſe ſubtrahit]. Eſt id crimen, in quo ſimul eius poena eſt.

Scripta compoſuit egregia, ut librum Acrabadin,* qui medicis quaſi ſymbolicus aliquis liber eſt, quem conſulunt et ſequuntur ubique. Edidit quoque Colliiat el-Canun [ſeu marginalia et argumenta Canonis Avicennae]. Magiſtro in arte medica fuerat uſus Abu'l-Haſano Hebat allah, filio Saïdi (432), auctore libri, Mogni fi't-Tebb [ſeu ſufficientis in medicina], item Icna fi't-Tebb, alterius, eiusdem generis, excellentis libri, quatuor volumina implentis.

Anno DLXI [qui die 6 Nov. A. C. 1165 coepit] extorquebat Nur-ed-din Mahmud Francis Heſn el-Monaitara, Syriacam arcem.

Eiusdem

* Sic appellant Arabici ſcriptores diſpenſatoria medica. Peregrina vox eſt.



Digitized by Google

وفيها في ربيع الاخر توفي الشيخ عبد القادر بن ابي صالح الجيلي *k* وكنيته ابو محمد، وكان مقيما ببغداد، ومولده سنة سبعين واربعماية، قال ابن الاثير كان من الصلاح علي حال عظيم، وهو حنبلي المذهب ومدرسته ورباطه مشهوران ببغداد ۞

ثم دخلت سنة اثنين وستين وخمسماية، فيها عاد اسد الدين شيركوه الي الديار المصرية وجهزه نور الدين بعسكر جيد عدتهم الفا فارس، فوصل الي ديار مصر واستولي علي الجيزة، وارسل شاور الي الفرنج واستنجدهم وجمعهم وساروا في اثر شيركوه الي جهة الصعيد والتقوا علي بلد يقال له الابوان، فانهزم الفرنج والمصريون واستولي اسد الدين شيركوه علي بلاد الصعيد *l* واشغلها *m*، ثم سار الي الاسكندرية وملكها وجعل فيها ابن اخيه صلاح الدين يوسف بن ايوب، وعاد شيركوه الي جهة الصعيد، واجتمع عسكر مصر والفرنج وحصروا صلاح الدين بالاسكندرية مدة ثلاثة اشهر، فسار شيركوه اليهم واتفقوا علي الصلح *n* علي مال يحملونه الي شيركوه ويسلم اليهم الاسكندرية ويعود الي الشام، فتسلم المصريون الاسكندرية في منتصف شوال من هذه السنة، وسار شيركوه الي الشام فوصل الي دمشق في ثامن عشر ذي القعدة واستقر الصلح بين الفرنج والمصريين علي ان يكون للفرنج بالقاهرة شحنة وتكون ابوابها بيد فرسانهم ويكون لهم من دخل مصر كل سنة ماية الف دينار ۞

وفيها فتح نور الدين صافيثا والعريمة ۞

وفيها عصي غازي بن حسان صاحب منبج علي نور الدين بمنبج، فسير اليه نور الدين عسكرا اخذوا منه منبج، ثم اقطع نور الدين منبج قطب

Eiusdem anni quarto menſe Bagdadi obiit Schaich Abu-Muhammed Abd-el-Cader, filius Abu-Salehi, Gilenſis (433), anno CCCCLXX natus, quem ſingularis pietatis virum fuiſſe refert Ibn-el-Atir, ſecta Hanbaliticum, cuius Madraſa [ſeu collegium] et Ribât [ſeu ſacellum] Bagdadi celebrentur.

Anno DLXII [qui die 27 Octobr. A. C. 1166 coepit] repetebat Aſad-ed-din Schircuh Aegyptum, egregio cum exercitu mille equitum, a Nur-ed-dino expeditus; primamque occupabat Gizam; et Schaverum, Francicaque, quae ille coëgerat, auxilia, et qui eum e veſtigio in Saïdum [ſeu Thebaidem] perſecuti fuerant, adortus apud Abvarſam, commiſſo praelio diſcutiebat; quo facto toti provinciae ſuperioris Aegypti iam absque controverſia dominabatur, et flammis eam devaſtabat. Alexandriam porro ſui iuris faciebat, et poſtquam ipſi ſuum ex fratre nepotem, Salah-ed-dinum rectorem impoſuiſſet, Thebaidem verſus redibat. At Franci, per eius abſentiam, cum Aegyptiis iuncti ea in urbe Salah-ed-dinum per tres menſes obſidebant. Cui quidem opitulatum accurrebat Aſad-ed-din, res tamen ad praelium non deveniebat, ſed ita tranſigebatur, ut Aegyptii certum aes Aſad-ed-dino ſolverent, at ille viciſſim ipſis Alexandriam redderet, et, in Syriam regreſſus, Aegyptum vacuaret. Recipiebant itaque Aegyptii Alexandriam, medio menſe decimo huius anni, et Schircuh Damaſcum redibat die decimo octavo undecimi menſis. Aegyptii porro et Franci hunc in modum paciſcebantur, ut hi Schehnam [ſeu Bagulum vel Conſulem] apud Caheram haberent, eorumque equites in portis urbis excubarent, et de reditibus Aegypti quotannis centies mille aureos acciperent.

Eodem capiebat Nur-ed-din Safitam et Oraibam.

Eodem rebellabat Manbegae adverſus Nur-ed-dinum, eiusdem urbis dominus, Gazi, filius Haſſani. (434) Sed immiſſae quaedam iſtius copiae hunc facile negotio eiiciebant. Quo facto Nur-ed-din dictam urbem Gazii fratri aſſignabat, Cotb-ed-dino



Digitized by Google

قطب الدين ينال بن حسان اخا غازي المذكور، فبقي فيها الي ان اخذها منه صلاح الدين يوسف بن ايوب سنة اثنين وسبعين وخمسماية *

وفيها توفي فخر الدين قرا ارسلان بن داود بن سقمان بن ارتق صاحب حصن كيفا وملك ولده نور الدين محمود بن قرا ارسلان بن داود *

ثم دخلت سنة ثلاث وستين وخمسماية، فيها فارق زين الدين علي كجك بن بكتكين نايب قطب الدين مودود بن زنكي صاحب الموصل خدمة قطب الدين واستقر باربل، وكانت في اقطاع زين الدين المذكور، وكانت له اربل مع غيرها، فاقتصر علي اربل وسكنها وسلّم ما كان بيده من البلاد الي قطب الدين مودود، وكان زين الدين المذكور قد عمي وطرش *

وفيها توفي عبد الكريم ابو سعيد بن محمد بن منصور بن ابي بكر المظفر السمعاني المروزي الفقيه الشافعي، كان مكثرا من سماع الحديث سافر في طلبه الي ما ورا النهر وسمع منه ما لا يسمعه غيره، وله التصانيف المشهورة الحسنة منها ذيل تاريخ بغداد وتاريخ مدينة مرو وكتاب الانساب في ثمان مجلدات، وقد اختصر كتاب الانساب المذكور الشيخ عز الدين علي بن الاثير في ثلثة مجلدات، والمختصر المذكور هو الموجود في ايدي الناس والاصل قليل الوجود، وله غير ذلك، وقد جمع مشيخته فزادت عدّتهم علي اربعة الاف شيخ، وقد ذكره ابو الفرج بن الجوزي فقطّعه، ومن جملة قوله فيه انه كان ياخذ الشيخ ببغداد ويعبر به الي فوق نهر عيسي ويقول حدّثني فلان بما

Inalo, filio Hăſſani; qui eam quoque tenuit usque ad annum DLXXII, quo Salah-ed-din eam ipſi eripuit.

Eodem obiit Fachr-ed-din Cara Arſlan, filius Davudi, filii Socmani, f. Ortoki, dominus Heſn Caifae; cui ſuccedebat filius, Cotb-ed-din Mahmud.

Anno DLXIII qui die 16 Octobr. A. C. 1167 coepit] excedebat Zain-ed-din Ali Cuguc, Naieb [ſeu locum tenens] Cotb-ed-dini Maududi, filii Zenkii, domini Mauſelae, e ſervitio ſui principis, poſtquam coecus et ſurdus per aetatem evaſiſſet; Arbelamque concedebat habitatum, qua ſola contentus, ceteras, quas tenuerat hactenus, praeturas omnes domino reſignabat et reddebat.

Eodem obiit Abu-Saïd Abd-el-Carim, filius Muhammedis, filii Manſuri, filii Abu-Becri Modafferi, Samanida (435), Marvenſis, fakihus Schafeïticus, qui permulta traditionum audiverat et norat, quandoquidem earum ſtudio iter in Tranſoxanam ſuſcepit, ubi et tot audivit magiſtros, quot vix ullus alius. Ipſe profecto indicem conficiens doctorum ſuorum, plus quatuor mille cogebat. Libros edidit complures, optimae notae [hiſtorici potiſſimum argumenti], ut Dail Tarich Bagdad [ſeu appendicem ad Chronicon Bagdadi]; item Chronicon Marvenſe, porro Kitab el-Anſab [ſeu genealogias] octo voluminibus, quae Schaich Azz-ed-din Ali, Ibn-el-Atiri, ad trium voluminum redegit compendium. Quo factum, ut compendium quidem verſetur in hominum manibus, ipſum autem grande opus quam rariſſime occurrat. Mentionem noſtri facit Abul-Farag Ibn-el-Guzi, non valde honorificam. Verba, vel calumniae potius, quibus eum proſcindit, inter alia haec ſunt: Sumebat, ait, Samanita Bagdadicum aliquem Schaichum ſecum ultra Nahr Iſa [ramum Tigridis arte factum, haud procul ab auguſta urbe diſſitum, cum oppido cognomine]. Dein dicebat protinus in ſcriptis homo iactabundus et impoſtor: Narravit mihi hanc vel illam traditionem



Digitized by Google

بما وراء النهر، وهذا بارد جدًا، لان السمعاني المذكور سافر الي ما وراء النهر حقًا، فايّ حاجة له الي هذا التلبيس وانما ذنبه عند ابن الجوزي انه شافعي، وله اسوة بغيره، فان ابن الجوزي لم يبق علي احد غير الحنابلة، وكانت ولادة ابي سعيد السمعاني المذكور في سنة ست وخمسماية، وكان ابوه وجدّه فاضلين، والسمعاني منسوب الي سمعان وهو بطن من تميم ۞

ثم دخلت سنة اربع وستين وخمسماية، ذكر ملك نور الدين قلعة جعبر، في هذه السنة ملك نور الدين محمود قلعة جعبر واخذها من صاحبها. شهاب الدين ملك بن علي بن مالك *p* بن سالم بن ملك بن بدران بن المقلد بن المسيب العقيلي، وكانت بايديهم من ايام السلطان ملكشاه، ولم يقدر نور الدين علي اخذها الّا بعد ان اسر صاحبها مالكا المذكور بنو كلاب واحضروه الي نور الدين محمود واجتهد به علي تسليمها، فلم يفعل، فارسل عسكرا مقدمهم فخر الدين مسعود بن ابي علي الزعفراني وردفه بعسكر اخر مع مجد الدين ابي بكر المعروف بابن الداية، (وكان رضيع نور الدين)، فحصروا قلعة جعبر فلم يظفروا منها بشي، فما

i) وقسيس — شيخ Videri posset شيخ et قسيس idem esse. Et sane sunt idem ratione propriae nativae suae significationis: prius Arabibus peculiare, alterum Syris, e quorum dialecto Arabes id assumserunt, sed usu differunt. *Schaich* etiam de Muhammedanis dicitur, *Casis* tantum de Christianis. *Schaich* notat in se senem, sed usu omnem virum spectabilem, mercatorem, praetorem, praeceptorem. *Casis*, quamvis etiam senem notet, usu tamen tantum dicitur de presbytero, sacerdote Christiano. Ex his colligo, hunc virum fuisse suos

Digitized by Google

hic vel ille doctor in Mavarannahra [ſeu in regione ultra fluvium. Quo, generale quamvis, nomine quum tamen non deſignentur uſu vulgare, niſi illae tantum regiones, quae ultra Oxum iacent, fucum faciebat lectori, neque tamen ipſe mentiebatur]. Haec ille, ſed perquam frigide et inepte. Revera enim adiit Samanita regionem, quae trans fluvium, Oxum nempe, dicitur. Quo igitur opus ipſi erat hac fraude? Sed nimirum pungebat Ibn-el-Guzium ſectae, cui noſter adhaerebat, a ſua differentia. Schafeïticus erat Samanita, obtrectator autem Hanbaliticus. Neque huic ſoli, ſed et aliis quibusque optimis viris, quotquot Hanbalitici non eſſent, detractum ivit Ibn-el-Guzi. Noſter Abu-Saïd lucem primam viderat anno DVI. Patrem habuerat et avum eruditos et praeſtantes homines. Samanita dicitur de tribu Saman, e qua deveniebat; quae propago maioris tribus Tamim eſt.

Anno DLXIV [qui die 4 Oct. A. C. 1168 coepit] nanciſcebatur Nur-ed-din arcem Gabar, ab eius domino, Schahab-eddino Maleco, filio Alii, filii Maleki, filii Salemi, filii Maleki, filii Badrani, filii Mocalledi, filii Moſaiiebi, Emirorum Arabum Ocailitarum, qui eam tenuerant a diebus inde Malicſchahi primi, Selgukidae; qui qua ratione illam ipſis dederit, ad annum CCCCLXXIX legi poteſt. Saepius eam arcem antea tentaverat Nur-ed-din, at nullo modo ſubigere valuerat, donec Arabes Kelabitae Malecum hunc hoc anno caperent, et Zenkidae ſiſterent. Et neque vel ſic magna ipſi affulgebat ſpes ea potiundi. Arabs arcem ſuam ſua ſponte dedere rogatus conſtanter negabat. Neque proficiebat quidquam exercitus arci a Nur-ed-dino immiſſus, ſub ducatu Fachr-ed-dini Maſudi, filii Abu-Alii Zafaranenſis; neque magis alter iſti priori ſubmiſſus ſub ducatu Magd-ed-dini Abu-Becri Ibn-ed-Daia [ſeu filii nutricis, vulgo ſic dicti], quod mater eius ubera Nur-ed-dino praebuerat. Plurimum valebant hac in re vincebantque tandem continuae pertinacesque



Digitized by Google

فما زالوا علي صاحبها مالك حتي سلّمها واخذ عنها عوضا مدينة
سروج باعمالها والملوح من بلد حلب وعشرين الف دينار معجلة
وباب بزاعة *

ذكر ملك اسد الدين شيركوه مصر وقتل شاور ثم ملك صلاح
الدين وهو ابتداء الدولة الايوبية ، في هذه السنة (اعني سنة اربع
وستين وخمسماية) في ربيع الاول سار اسد الدين شيركوه بن شاذي
الي ديار مصر ومعه العساكر النورية ، وسبب ذلك تمكّن الفرنج
من البلاد المصرية وتحكّمهم علي المسلمين بها حتي ملكوا بلبيس
قهرا في مستهلّ صفر من هذه السنة ونهبوها وقتلوا اهلها واسروهم ،
ثم ساروا من بلبيس ونزلوا علي القاهرة عاشر صفر ، فاحرق شاور
مدينة مصر خوفا من ان يملكها الفرنج وامر اهلها بالانتقال الي
القاهرة ، فبقيت النار تحرقها اربعة وخمسين يوما ، فارسل العاضد
الخليفة الي نور الدين يستغيث به وارسل في الكتاب شعور
النساء ، وصانع شاور الفرنج علي الف الف دينار يحملها اليهم ،
فحمل اليهم ماية الف دينار وسالهم ان يرحلوا عن القاهرة
ليقدر

suos inter Christianos simul Schaichum, virum maxime spectabilem; et presbyterum quoque seu sacerdotem.

k) الجيلي Ita ex Herbeloto et Hagi Chalifa posui. In cod. Leid. erat الجبلي

l) الصعيد C. L. الجيزة quod etiam editio Schultensii exhibet.

m) واشعلها C. L. واشتعلها Schultens واستغلها

n) علي الصلح Forte في الصلح

o) منه redit ad الحديث

p) علي بن مالك Putem بن مالك delenda esse.

nacesque preces, atque pollicitationes, quibus expugnatus Arabs arcem tradebat, eiusque loco Sarugam, cum omnibus appendicibus, item Bab Bozaga, nec non ſalinas Halebenſes,* et viginti mille numos aureos paratos accipiebat.

Eodem ſubigebat tandem Aſad-ed-din Schircuh Aegyptum ſublato Schavero, ſternebatque ſic fundamenta nobiliſſimi Eiubidarum imperii; quandoquidem Salah-ed-din Ioſef, Eiubi filius, patrueli ſuo, Schircuho, paullo poſt mortuo, ſuccedens, ipſam denique Alidarum dominationem evertebat. Nimirum huius anni DLXIV menſe tertio tendebat Aſad-ed-din Schircuh, filius Schadi, cum Nur-ed-dini copiis in Aegyptum, ideo, quod Franci ſui iuris eam fecerant, et in Muſlemos pro lubitu ſaeviebant. Ipſo huius anni ſecundo menſe ineunte Belbaiſam [ſeu Peluſium] armata manu ceperant, et diripuerant, et oppidanos aut occiderant, aut in captivitatem abduxerant. Decimo eiusdem ſecundi menſis die admoverant Cahirae caſtra. Quae res adeo Schaverum terrebat, ut Miſrae iuberet ignes iniici, eiusque incolas Cahiram transferri; metuens, ne Franci Miſram [urbem antiquam, recenti Cahirae vicinam] caperent [et ex ea, tanquam ex arce, hanc oppugnarent]. Quanta tum urbs abſumta fuerit, ex eo intelligas, quod quatuor et quinquaginta per dies arſerit. Inter haec Aded quidem, Chalifa Miſrenſis, Alida, Nur-ed-dini auxilium implorabat per legatos ſupplicesque litteras, quibus, quo efficaciores eſſent, comas ſui gynaecei (436) reſectas addiderat: Schaver autem pollicitationibus morabatur hoſtis impetum; cui millies mille (437) aureos promittebat, plus tamen quam centum mille non exhibebat, rogans, velit obſidionem laxando et

* Reddi quoque poteſt, *et Maluh, oppidum agri Halebenſis.* De hoc oppido vid. Teixeir. Itiner. p. 172. "un pueblo de trescientas caſas — llamaſe Melhuah, que es, pueblo o lugar de la ſal, que en Arabigo ſe dize Mel; por la mucha que alli ſe haze y coge de la laguna."



Digitized by Google

ليقدم علي جمع المال وحمله، فرحلوا، وجهّز نور الدين العسكر مع
شيركوه ونفّق فيهم المال واعطي شيركوه مايتي الف دينار سوي
الثياب والدواب والاسلحة وغير ذلك، وارسل معه عدّة امراء منهم
ابن اخيه صلاح الدين بن ايوب علي كره منه، احبّ نور الدين
مسير صلاح الدين وفيه ذهاب ملكه من بينه، وكره صلاح الدين
المسير وفيه سعادته وملكه، وعسي ان تكرهوا شيا وهو خير لكم
وعسي ان تحبّوا شيا وهو شر لكم، ولما قارب شيركوه مصر رحل
الفرنج من ديار مصر علي اعقابهم الي بلادهم، فكان هذا لمصر
فتحا جديدا، ووصل اسد الدين شيركوه الي القاهرة في رابع ربيع
الاخر واجتمع بالعاضد وخلع عليه وعاد الي خيامه بالخلعة العاضدية
واجري عليه وعلي عسكره الاقامة *q* الوفرة، وشرع شاور يماطل *r*
شيركوه فيما كان بذله لنور الدين من تقدير المال وافراد ثلث
البلاد *s* له، ومع ذلك فكان شاور يركب كل يوم الي اسد الدين
شيركوه ويعده ويمنّيه *t*، وما يعدهم الشيطان الّا غرورا، ثم ان شاور
عزم علي ان يعمل دعوة لشيركوه وامرايه ويقبض عليهم، فمنعه ابنه
كامل بن شاور عن ذلك، ولما راي عسكر نور الدين بن شاور ذلك
عزموا علي الفتك بشاور، واتّفق علي ذلك صلاح الدين يوسف
وعز

q) الاقامة *subsistentia*, hoc est *victus*, id quo subsistitur. Appellantur الاقامات *subsistentiae* pensiones illae, quae a principe vel alio superiore alteri tribuuntur ad victum; praesertim quae hospitibus praebentur, tam quo tempore in itinere et in mansionibus, quam quo ipsa in aula et principis praesentia sunt. Recurret saepius.

r) يماطل Verbum مطل notat *extendere, trahere in longum.* Hinc ماطله

Digitized by Google

et recedendo ſibi copiam reliquae ſummae cogendae facere. Patiebantur Franci id ſibi perſuaderi, ſed haud absque damno ſuo. Nur-ed-din enim interea exercitum opitulatorem inſtruebat armis et commeatu; Schircuho ducenties mille aureos in eam expeditionem donabat, praeter veſtes, iumenta, arma, cetera; et praeter alios multos Emiros addebat eidem nepotem ex fratre, Salah-ed-dinum Ioſefum, filium Eiubi, filii Schadii, quamvis invitum. Sed ita in fatis erat, ut in eo per ipſum eventum veritas pateſceret Coranici effati: ſaepe mortales averſari ea, quae tamen ipſis conducunt, et e contrario noxia cupere. Nur-ed-din enim Salah-ed-dinum ab iſta Aegyptiaca expeditione nullo modo abeſſe volebat; quo ipſo tamen ſuam ipſe gentem regno opibusque privabat. Saladinus autem in Aegyptum horrebat ire, quamvis ibi fortunam ſuam et regnum invenerit. Ibat ergo Schircuh in Aegyptum, eoque ad Miſram appropinquante aufugiebant Franci ſuas in terras, eadem qua venerant via, ſpe decepti. Poterat hoc modo Aegyptus pro recens a Muſlemis acquiſita reputari. Quarto die quarti menſis intrabat Schircuh Cahiram, et ab Adedo coram admiſſus, accipiebat ab eodem trabeam, qua indutus in caſtra ſua remeabat. Abunde quoque et ipſi et copiis ſtipendia et diaria praeſtabat Aded. At Schaver Schircuho ſolvere, quae olim Nur-ed-dino promiſerat, hoc eſt tertiam redituum regni partem, ceſſitabat. Interea nihilominus ad Schircuhum in equo plenaque pompa quotidie aderat, ineſcans et lactans: verum, ut ait Coranus, diabolus non promittit hominibus, niſi fallacias. Tandem et, qua commoda ratione Schircuhum de medio tolleret, circumſpiciebat, eamque in rem et ipſi et ceteris eius Emiris volebat epulas inſtruere, quibus allectos, velut in foveam, comprehenderet. Sed filius eius, Camel, ipſum ab eo conſilio avertebat. Duces ergo Nur-ed-dini cognito Schaveri erga ſe animo, ipſum viciſſim ſtudebant opprimere. Conſpirabant eam in rem Salah-ed-din Iuſef et Az-

 ed-din

Digitized by Google

وعز الدين جرديك وغيرهما وعرّفوا شيركوه بذلك ، فنهاهم عنه ،
فاتفق ان شاور قصد شيركوه علي عادته ، فلم يجده في مخيمه ،
وكان قد مضي لزيارة قبر الشافعي رضي الله عنه ، فلقي صلاح الدين
وجرديك شاورا واعلماه برواح شيركوه الي زيارة الشافعي ، فساروا
جميعا الي شيركوه ، فوثب صلاح الدين وجرديك ومن معهما علي
شاور والقوه الي الارض عن فرسه وامسكوه في سابع ربيع الاخر من هذه
السنة (اعني سنة اربع وستين وخمسماية) فهرب اصحابه عنه وارسلوا
اعلموا شيركوه بما فعلوه ، فحضر ولم يمكنه الّا اتمام ذلك ، وسمع
العاضد الخبر ، فارسل الي شيركوه يطلب منه انفاذ راس شاور ،
فقتله وارسل راسه الي العاضد ، ودخل بعد ذلك شيركوه القصر عند
العاضد ، فخلع عليه العاضد خلعة الوزارة ولقبه الملك المنصور
امير الجيوش ، وسار بالخلع الي دار الوزارة (وهي التي كان
فيها شاور) واستقرّ في الامر ، وكتب له منشور بالانشاء الفاضلي ᵛ
اوّله بعد البسملة من عبد الله ووليه ابي محمد الامام العاضد
لدين الله امير المومنين الي السيّد الاجلّ الملك المنصور سلطان
الجيوش وليّ الايمة مجير الامّة اسد الدين ابي الحرث شيركوه
العاضدي عضد الله به الدين وامتع بطول بقاية امير المومنين
وادام قدرته واعلي كلمته ، سلام عليك ، فانا نحمد اليك
الله

ᵛ ماطله in III Coni. *traxit rem in longum apud eum*, in negotio cum eo. Notio verbi مطل propria, ſed rarior, *in longum extendere*, non tantum debitum, de quo plerumque dicitur, ſed etiam alias res, habetur in illo Divani Hudeilici:

علي ضُمَّرٍ مثل الغنا مطلت مطلا

"Super

ed-din Gordic, atque alii: referebant deinceps de ſuo propoſito ad Schircuhum, qui quamvis diſſuaderet, impedire tamen nequibat, quin exſequerentur. Accidebat enim die ſeptimo quarti menſis huius anni, ut Schaver pro more ſuo ad Schircuhum inviſurus in caſtra veniret, hunc tamen in praetorio non reperiret. Nam ſepulcrum Schafiaei viſitatum iverat. (437) Id autem Schavero ſignificaturi occurrebant ipſi Salah-ed-din et Gordic. Placebat dein omnibus eodem illum aſſectari. In via vero Schaverum de equo in terram deiiciebant ope ſuorum ambo iſti coniurati, eiusque, dilapſo comitatu, ſe compotes faciebant, et protinus de coeptis ſuis Schircuho ſignificabant. Adveniebat, neque tamen poterat praeſens aliud, quam approbare et perficere, quae illi inſtituerant. Caſus ad Adedum refertur, qui ſtatim per legatos Schircuhum rogabat, velit ſibi Schaveri caput mittere. Neque mora. Perimit hominem Schircuh, caputque praemittit, quod ipſe ſequitur, et receptus palatio ab Adedo trabea Veziratus ornatur et titulo el-Malec el-Manſur Emir el-Goiuſch. Statim deinde in eodem ornatu procedebat aedem Veziratus occupatum, quam Schaver incoluerat, et rerum capeſſebat gubernationem. Expediebatur ipſi deinceps diploma ſtilo Fadelico* exaratum, cuius initium poſt praemiſſam vulgarem formulam Biſmillah [ſeu In nomine dei] hoc erat: "A ſervo dei eiusdemque "amico et locumtenente, Abu-Muhammede, Imamo Aded ledin "allah, principe fidelium, ad excellentiſſimum dominum, el-"Malec el-Manſur, Sultan el-Goiuſch [imperatorem caſtrorum] "Vali el-Aiiama [amicum Imamorum] Mogir el-Omma [pro-"tectorem gentis Muhammedanae] Aſad-ed-din, Abu'l-Haretum "Schircuh, Adedicum [ſeu miniſtrum Adedi]; cuius virtute deus "ſublevet et fulciat fidem, et cuius diuturna vita frui permittat "principem fidelium; cuius potentiam faciat perpetuam, et edicta "edictis adverſariorum ſuperiora. Pax tibi! Laudamus apud te

 "deum

* Neſcio qualis hic ſit. Videtur excellentiorem et haud vulgarem notare.

Digitized by Google

الله الذي لا اله الّا هو ونسالة ان يصلّي علي محمد وآله الطاهرين والايمة المهديين وسلم تسليما ، ثم ذكر تفويض امور الخلافة اليه ووصايا اضربنا عنها للاختصار ، وكتب العاضد بخطّه علي طهرة المنشور هذا عهد لم يعهد لوزير بمثله ، فتقلّد امانة راءك امير المومنين اهلا لحملها ، فخذ كتاب امير المومنين بقوّة واسحب ذيل الافتخار بان اعتزت x خدمتك الي بنوة y النبوة ، ومدحت الشعراء اسد الدين ووصل اليه من الشام مديح العماد الكاتب قصيدة اولها ،

بالجدّ ادركت ما ادركت لا اللعب ، كم راحة جنيت من دوحة التعب ،
يا شيركوه ابن شاذي الملك معرفة z ودعوة من نادي خير ابن بخير اب ،
جري الملوك وما حازوا بركضهم a من المدي في العلا ما جزت بالخبب ،
تملك من ملك مصر رتبة قصرت عنها الملوك فطالت b ساير الرتب ،
قد امكنت c اسد الدين الفريسة من فتح البلاد ، فبادر نحوها وثب *

وفي

"Super macilentis equabus, ad instar hastarum quae prolongatae fuerunt prolongatione" [h. e. mirum in longitudinem exporrectae].

ubi Scholiastes خلقتن طوالا, et quum aliquot deinceps versibus eadem elocutio recurrerat, explicat altera vice طُوّلن

s) البلاد — تقدير البلاد aut تقدير الامور Forte تقدير المال وافراد et افراد الدخل aut افراد المال

t) ويمنيه *faciebat ipsum optare, sperare, et exspectare.* Videtur in verbo مني notio *terminandi* inesse. Apud Golium est مني *certa quantitate certoque modo definit ipsi aliquid;* vel *fataliter alicui destinavit.* Hinc facile patet, quare mors dicta fuerit المنية finis, vel finitum, decretum homini. Item, quare rituale منية dicatur, quasi dicas taxis, ordo determi-

Digitized by Google

"deum, praeter quem nemo alius id nomen meretur, eumque "rogamus, velit misericordia sua Muhammedem eiusque puram "familiam et Imamos, veritatis duces, amplecti." Post haec significabat Aded, se ipsi, Schircuho, vi praesentium litterarum res Chalifatus curandas demandare, et praecepta dabat, quae studio brevitatis omittimus. In aversa parte diplomatis ipse sua manu scribebat Aded: "Hoc est diploma, cui simile tributum alii Veziro antea nunquam fuit. Suscipe igitur provinciam, cui sustinendae te parem iudicavit princeps fidelium. En tene hanc "eiusdem epistolam cum potentia, et trahe syrma gloriationis de "eo, quod servitium tuum se referre possit ad gentilitatem pro"phetae.„* Splendidus hicce casus occupabat tum poëtas. Inter oblata carmina panegyrica eminet illud e Syria missum Emadi Catebi [seu Emad-ed-dini, secretarii, Isfahanensis] cuius initium hoc est:

Quod nactus es, labore nactus es, non ioco [h. e. virtute, non natalibus]. Quantum quietis decerpsisti ab arbore contentionis!

O Schircuh, fili Schadii, rex, qui es nominativus simul et vocativus illi, qui vult optimum filium optimi patris designare.**

Multi quidem reges ante te decurrerunt in stadio gloriae, verum tamen effusissimo suo cursu non attigerunt eam metam, quam tu lene tantum et glomerato gressu assecutus es.

Obtines in regno Aegyptiaco gradum, quem attingere quia ceteri principes non valuerunt, satis habuerunt in inferiores honorum gradus eniti, primis tibi relictis.

Iam fecit praeda potiundarum terrarum sui copiam Asad-eddino [h. e. leoni fidei]. Pernice saltu igitur, o Asad-ed-din, in eam irrue.

Arkela

* Sensus est: gloriare de eo, quod uni de posteris prophetae servieris, et ab eo quasi gentile nomen Adedici acceperis. ** Vide adnot. ad Arabica.

Digitized by Google

وفي شيركوه وقتل شاور يقول عرقلة الدمشقي ،

لقد فاز بالملك العقيم *d* خليفة له شيركوه العاضدي وزير ،
هو الاسد الضاري *e* الذي جلّ خطبه ، وشاور كلب للرجال عقور *f* ،
بغي وطغي حتي لقد قال صحبه علي مثلها *g* كان اللعين يدور ،
فلا رحم الرحمان تربة قبره ولا زال فيه منكير ونكير *

واما الكامل بن شاور فلما قتل ابوه دخل القصر ، فكان اخر العهد به ، ولما لم يبق لاسد الدين شيركوه منازع اتاه اجله ، حتي اذا فرحوا بما اوتوا اخذناهم بغتة ، وتوفي يوم السبت الثاني والعشرين من جمادي الاخرة سنة اربع وستين وخمساية ، فكانت ولايته شهرين وخمسة ايام ، وكان شيركوه وايوب ابني شادي من بلد دوين ، قال ابن الاثير واصلهما من الاكراد الروادية وقصدا العراق وخدما بهروز شحنة السلجوقية ببغداد ، وكان ايوب اكبر من شيركوه ، فجعله بهروز مستحفظا لقلعة تكريت ، ولما انكسر عماد الدين زنكي من عسكر الخليفة

terminatus ſecundum quem procedi debet. Frequentes ſunt codices Arabici, qui منية المصلي *rituale precantis* inſcribuntur. Hinc quoque nomen urbibus Aegypti compluribus منية, *νομος*, diſtrictus, determinatum *του δεινα και του δεινα*, prorſus ut خطة. Tandem quoque اماني ſpes et exſpectationes, quaſi *προορισμοι*.

*v*) الفاضلي C. L. الفاخلي An الفاخري

*x*) اعتزت eſt ab عزي *attribuit alicui*, retulit ad aliquem. اعتزي ſeſe attribuit, retulit ad aliquem, dixit ſe ad illum pertinere.

*y*) بنوة vox perquam rara, et, ut putem, vix unquam alias praeterquam in hoc praeſente loco uſurpata. Conficta ad exemplum vocis نبوة ſignificat *filialitatem;* hoc eſt totam alicuius proſapiam ab ipſo deſcendentem; *filialitas prophetae*, idem eſt atque *filii*, et poſteri *prophetae*, Muhammedis nempe.

Digitized by Google

Arkela Damascenus in Schircuhi promotionem ad Veziratum et caedem Schaveri sic cecinit:

Ille Chalifa, cui Vezirus est Schircuh Adedicus, gaudet regno sterile [h. e. solitario, autocratico].

Schircuh enim est leo discerpens, magni ille momenti et hostibus formidandus. Schaver autem canis est hominum mordax,

tanta grassatus temeritate atque tyrannide, ut vel eius ipsi familiares affirmarent, diabolum eadem chorda oberrare.

Optamus ergo, ut misericors deus monumento sepulcri eius [Schaveri nempe] deneget omnem misericordiam, vetetque Monkirum et Nakirum [angelos carnifices],* inde unquam decedere.

Quod autem ad Schaveri filium, Camelum, attinet, conspectus ille quidem fuit post patris mortem augustum palatium ingredi; sed nunquam deinceps usquam terrarum comparuit. Hac itaque ratione victis et submotis hostibus et aemulis omnibus, fato succumbebat Schircuh paullo post, die quodam Sabbati, vigesimo et secundo sexti mensis anni eiusdem DLXIV, postqam Veziratum ultra duos menses et quinque dies non gessisset. Ita fit. Deus mortales subito rapit ipso in usu beneficiorum et gaudiorum suorum, ut ait Coranus. Filius hic Schadi, ut et frater eius natu maior, Eiub, nati fuerant in urbe Dovin (438), et, ut ait Ibn-el-Atir, deveniebant a Curdis Ravaditis. Prima stipendia meruerant in Iraca penes Baharuzum, Bagdadi Schehnam [seu consulem] a Selgukidis constitutum. Ille Baharuz Eiubum arci Tacritanae castellanum praeficiebat; ubi occasio se dabat Eiubo, Zenkium ingente beneficio demerendi, qua de re iam suo loco diximus. Zenkio enim, a Chalifae copiis victo et fugienti, naves praestabant hi fratres, quarum ope absque mora Tigridem traiicie-

* Vid. Sale Prolegom. ad Alcoran. p. 76. sect. 4.



Digitized by Google

الخليفة ومرّ علي تكريت خدمه ايوب وشيركوه ، ثم ان شيركوه قتل انسانا بتكريت ، فاخرجهما بهروز عن تكريت ، فلحقا بخدمة عماد الدين زنكي ، فاحسن اليهما واعطاهما اقطاعات جليلة ، ولما ملك عماد الدين زنكي قلعة بعلبك جعل ايوب مستحفظا لها ، ولما حاصره عسكر دمشق بعد موت زنكي سلّمها ايوب اليهم علي اقطاع كثيرة شرطوها له ، وبقي ايوب من اكبر امراء عسكر دمشق وبقي شيركوه مع نور الدين محمود بعد قتل ابيه زنكي واقطعه نور الدين حمص والرحبة لما راي من شجاعته وزاده عليها وجعله مقدّم عسكره ، فلما اراد نور الدين ملك دمشق امر شيركوه فكاتب اخاه ايوب ، فساعد ايوب نور الدين علي ملك دمشق ، وبقيا مع نور الدين الي ان ارسل شيركوه الي مصر مرة بعد اخري حتي ملكها وتوفي فيها في هذه السنة علي ما ذكرناه ، فلما توفي شيركوه كان معه صلاح الدين يوسف بن اخيه ايوب بن شاذي ، وكان قد سار معه علي كره ، قال صلاح الدين امرني نور الدين بالمسير مع عمّي شيركوه وكان قد قال شيركوه بحضرته يا يوسف تجهّز للمسير، فقلت والله لو اعطيت ملك مصر ما سرت اليها ، فلقد قاسيت بالاسكندرية ، ما لا انساه ابدا ، فقال لنور الدين لابدّ من مسيره معي ، فامرني نور الدين وانا استقيل ، فقال نور الدين لابدّ من مسيرك مع عمك ، فشكوت الضايقة ،

z) معرفة Verſus hic eſt paullo difficilior captu. Ad verbum ſonat: "O Schircuh fili Schadii [vel filius Schadii], exiſtens tam معرفة Marifa, quam دعوة Daava, eius qui appellat optimum filium de [v. cum] optimo patre." Tenendum alluſionem hanc eſſe ad grammaticorum voces

Digitized by Google

traiiciebat, hoſtemque perſecutorem effugiebat. Quia vero tempore poſt Schircuh Tacritae aliquem occidebat, emigrare iubebat Baharuz ambos pariter. Tranſibant ergo in eiusdem Zenkii caſtra, qui benigne receptos aſſignatis ſplendidis provinciis ditabat. Idem Zenki deinceps arce Balabakena potitus, eam Eiubi curae committebat. Sed Eiub eam, poſt Zenkii caedem, a Damaſcenis obſeſſus, dedebat, et aliis multis permutabat horum terris, eaque ratione primarios inter duces Damaſcenos evadebat. Schircuh autem poſt Zenkii caedem adhaereſcebat eius filio, Nur-ed-dino Mahmudo, qui perſpectam ſibi virtutem atque fortitudinem Schircuhi remuneraturus Emeſſam ipſi atque Rahabam, et alias deinceps, attribuebat, ſuaeque militiae ſupremum conſtituebat magiſtrum. Quum denique Nur-ed-din Damaſcum tentaret et appeteret, perſuadebat Schircuh ſuo fratri, Eiubo, ibi haerenti, ſic a Nur-ed-dino iuſſus, ut negotium tam arduum ipſi collata ſua opera et ope conficeret. Quod quum faceret Eiub, et ipſe in Nur-ed-dini familiam pervenit. Tandem una vice poſt alteram in Aegyptum legatus Schircuh, ſubigebat eam, et obibat quemadmodum hactenus expoſuimus. Morienti aderat ex fratre nepos, Salah-ed-din Ioſef, qui, ut ſupra diximus, aegre illuc iverat; qua de re ipſa eius verba iuvat apponere, quibus interdum hanc ſuam fortunam ſolebat enarrare: "Contingebat mihi, ſic aiebat, cum patruele meo contentio coram Nur-ed-dino, quum expeditio Aegyptiaca iam indicta eſſet. Para te itineri, o Ioſef, aiebat patruus. Ego vero: Per deum immortalem, reſpondebam, etiamſi totum regnum Aegyptiacum me maneat, nunquam tamen illuc ibo. Tantas enim devoravi moleſtias in Alexandria, quantas, quamdiu ſpirabo, nunquam obliviſcar. Tum converſus ad Nur-ed-dinum patruus: Fieri nequit, aiebat, quin me comitetur. Nur-ed-din itaque imperabat mihi comitatum. Ego vero deprecabar. At ille, neceſſario mihi eundum eſſe, iubebat. Cauſſabar anguſtias rei domeſticae.

الضايعة *h* ، فاعطاني ما تجهزت به ، وكانّما انساق الي الموت ٭
فلما مات شيركوه طلب جماعة من الامراء النورية التقدّم علي العسكر
وولاية الوزارة العاضدية منهم عين الدولة الياروقي وقطب الدين
ينال المنبجي وسيف الدين علي بن احمد المشطوب الهكاري
وشهاب الدين محمود الحارمي وهو خال صلاح الدين ، فارسل
العاضد احضر صلاح الدين فولّاه الوزارة ولقبه بالملك الناصر ، فلم
تطعه الامراء المذكورون ، وكان مع صلاح الدين الفقيه عيسي
الهكاري ، فسعي مع المشطوب حتي اماله الي صلاح الدين ، ثم
قصد الحارمي وقال هذا ابن اختك وعزّه وملكه لك ، فمال اليه
ايضا ، ففعل بالباقين كذلك فكلّهم اطاع غير عين الدولة ، فانه قال
انا لا اخدم يوسف ، وعاد الي نور الدين بالشام ، وثبتت قدم صلاح
الدين يوسف علي انه نايب لنور الدين ، وكان نور الدين يكاتب
صلاح الدين بالامير الاسفهسلار ويكتب علامته علي راس الكتاب
تعظيما عن ان يكتب اسمه وكان لا يفرده بكتاب بل الي
الامير صلاح الدين وكافّة الامراء بالديار المصرية يفعلون
كذا وكذا ، ثم ارسل صلاح الدين يطلب من نور الدين
اباه

voces technicas, quales allusiones amant orientales. Interpretatur Golius معرفة per *restrictio nominis*, *oppositum τε* نكرة. Esset ergo secundum hunc adspectum sensus: "O Schircuh, fili Schadii, tu qui es nomen non omnis filii, neque ab omni patre orti, sed boni tantum vel optimi, a bono patre vel optimo nati; nomen non universale, sed restrictum." Ad verbum est notitia, γνωρισμα. "Nomen tuum est indicium, notitia, boni filii a bono patre orti." De altera voce دعوة Daava, *vocatio*, dubium non est eam *vocativum* designare.

Digitized by Google

Ille vero mihi donabat, quantum comparando erat commeatui. Sic itaque ibam, ſed tanquam ad ſupplicium raperer." Haec magnus ille Sultanus. Mortuo Schircuho multi ducum Nur-ed-dini ambiebant Veziratum, et magiſterium militiae in regno Miſrenſe, ut Ain-ed-daula Iaruk, et Cotb-ed-din Inal Manbegenſis, et Saif-ed-din Ali, filius Ahmedis, Maſchtub, Curdus Haccarenſis, et Schahab-ed-din Haremenſis [ſeu Haremi praefectus], avunculus Salah-ed-dini. Verum Aded Saladinum coram arceſſitum in munia patrui ſucceſſorem nuncupabat, et titulo Malec en-Naſer [ſeu ducis adiuvantis] ornabat. Huic commemorati quidem ceterique Emiri negabant [tanquam ſeniores et honoratiores duces iuniori et inferiori] parere. Tandem tamen eos ſibi Saladinus tantum non omnes conciliabat ope fakihi Iſae, Haccaritae, quem ſecum habebat. Hic vir ut Machtubum primum in heri ſui partes pertraxerat, invadebat Haremitam, eo argumento: Saladinum ipſius ex ſorore nepotem eſſe; omnem huius potentiam et maieſtatem ad ipſum, Haremitam; redundare; eoque vincebat et hunc. Reliquos porro idem Iſa pariter aggreſſus permovebat, ut Saladino concederent. Solum de ſententia deiicere Ain-ed-daulam non valebat. Ille itaque conſtanter negans ſub Saladino militare, in Syriam ad Nur-ed-dinum remeabat. Hac ratione firmum figebat Salah-ed-din gradum in regno Aegyptiaco, tum quidem cum nomine atque ſpecie Naiebi [ſeu locumtenentis] Nur-ed-dini; ut ex eo patet, quod Nur-ed-din ipſi titulum Emir el-Isfahſalat [ſeu ſtratiarchi] in litteris attribuere ſoleret, quas ad eum dabat, earumque in principio loco nominis ſui tantum inſignia ſua apponebat.* Neque ad ſolum Saladinum deſtinabat Nur-ed-din litteras ſuas, ſed, ut erat formula, "ad Emirum Salah-ed-dinum et univerſitatem Emirorum in Aegypto. Faciunto ſic et ſic." Porro patrem ſuum Eiubum, ceterosque gentiles Damaſco Miſram arceſſebat Saladinus, indul-



* Vid. ad finem ann. 628 ubi ſimillimus huic locus eſt.

Digitized by Google

اباه ايوب واهله ، فارسلهم نور الدين اليه ، فاعطاهم صلاح الدين الاقطاعات بمصر وتمكّن من البلاد وضعف امر العاضد ، ولما فوّض الامر الي صلاح الدين تاب عن شرب الخمر واعرض عن اسباب اللهو وتقمص لباس الجدّ ودام علي ذلك الي ان توفّاه الله تعالي ، قال ابن الاثير مولّف الكامل رايت كثيرا من ابتدي بالملك ينتقل الملك الي غير عقبه ، فان معاوية تغلّب وملك فانتقل الملك الي بني مروان بعده ، ثم ملك السفّاح من بني العباس فانتقل الملك الي اخيه المنصور وعقبه ، ثم السامانية اول من ابتدي بالملك منهم نصر بن احمد ، فانتقل الملك الي اخيه اسماعيل وعقبه ، ثم عماد الدولة بن بويه ملك فانتقل الملك الي عقب اخيه ركن الدولة ، ثم ملك طغرلبك السلجوقي فانتقل الملك الي عقب اخيه داود ، ثم شيركوه ملك ، فانتقل الملك الي ابن اخيه ، ولما قام صلاح الدين بالملك لم يبق الملك في عقبه بل انتقل الي اخيه العادل وعقبه ولم يبق لاولاد صلاح الدين غير حلب * وكان سبب ذلك كثرة قتل من يتولي ذلك اوّلا واخذه الملك وعيون اهله وقلوبهم متعلقة به فيحرم عقبه ذلك *

ولما

a) بركضهم opponitur τῷ خبب unde apparet illud incitatius, hoc remiſſius eſſe. Patet quoque ex loco Haririi Conſ. L. الركض eſſe *vehementem curſum.* Forte hoc eſt, quod noſtri *trot,* illud quod *galop* appellant.

b) فطالت *ergo ſuperarunt ceteros gradus;* ergo ſatis habuerunt ceteros inferiores gradus ſuperaſſe. طال *longus fuit,* طاله *ſuperavit eum longitudine,* et in genere ſuperavit eum, ut كثر et كثره

c) امكنته *ſui copiam ipſi fecit; compotem ſui eum fecit.* Integra dictio eſſet

gente et permittente Nur-ed-dino (439); quos penes ſe iam nactus opimis per Aegyptum ditabat poſſeſſionibus; et quam ipſius creſcebat potentia, tam decreſcebat et evileſcebat auctoritas Adedi. Iam longe diverſam a ſuperiore vivendi rationem inſtituebat Saladin. Quam primum admotus fuit rebus gerendis, uſu vini ceterorumque voluptatum aeternum ſibi interdicebat, qui hactenus hilariter vixerat et genio indulſerat; induebat veſtem virilem, ſerioque inſtituebat omnia graviterque peragere, neque deinceps ab eo more demutabat, donec eum deus humanis rebus eriperet. Haec ubi narravit Ibn-el-Atir, hanc ſubiungit animadverſionem. Invenio multos, in hiſtoriis rerum geſtarum, ait, qui dynaſtiam quidem fundare potuerunt, at alligare quaſi et tradere ſuae proli, non item potuerunt. Primus quidem Moavia, exempli gratia, Chalifatum Ommiadis comparavit; at paucis ab eius exceſſu annis tranſibat ea dignitas in affinis Marvani domum. Chalifarum Abbaſidarum primus erat Abu'l-Abbas Saffah; ei ſuccedebat, non filius, ſed frater, Abu-Gafar Manſur et eius ſoboles. Samanidarum primus imperabat Naſr, filius Ahmedis. Ab eo poteſtas ad eius fratrem Iſmaëlem, huiusque poſteros, deveniebat. Buidarum regnum fundabat Emad-ed-daula; ſed fratris, Rocn-ed-daula, ſtirps continuabat. Togrulbecum, Sultanatus Selgukici auctorem, excipiebat eius ex fratre, Davudo, nepos cum ſua proſapia. Id idem accidit Schircuho et Salah-ed-dino. Sed et ipſe Salah-ed-din idem expertus eſt iniquum fatum. Eius enim liberi nihil de magno patris imperio, praeter Halebum, retinuerunt; cetera diripuerunt Salah-ed-dini frater Malec el-Adel, et eius liberi. Cuius rei ratio mihi quidem videtur haec eſſe. Qui primi poteſtatem aliis ereptum ſibique aſſertum eunt, neceſſe habent multa laniena graſſari, eaque ratione auctoritatem ſibi comparant, et devictorum oculos animosque a nutu ſuo ſuſpendunt. Quod commodum ab iſtorum liberis arcetur. Haec Ibn-el-Atir. Sed redeamus ad Salah-ed-dinum.

Digitized by Google

ولما استقر قدم صلاح الدين في الوزارة قتل موتمن الخلافة وكان مقدّم السودان ، فاجتمعت السودان وهم حفاظ القصر في عدد كثير ، وجري بينهم وبين صلاح الدين وعسكره وقعة عظيمة بين القصرين انهزم فيها السودان وقتل منهم خلق كثير وتبعهم صلاح الدين فاجلاهم قتلا وتهجيجا k وحكم صلاح الدين علي القصر واقام فيه بهاء الدين قراقوش الاسدي ، وكان خصيا ابيض ، وكان لا يجري في القصر صغيرة ولا كبيرة الّا بامر صلاح الدين *

وفي هذه السنة كان بين اينانج صاحب الري وبين الدكز حرب انتصر فيها الدكز وملك الري ، فهرب اينانج وانحصر في بعض القلاع ، فارسل الدكز ورغّب غلمان اينانج .... l ان يقتلوا اينانج استاذهم ، فقتلوه ولحقوا بالدكز ، فلم يف لهم وقال لاولا لا ينبغي الابقاء عليهم ، فهربوا بالبلاد ، ولحق بعضهم وهو الذي قتل استاذه بخوارزمشاه ، فصلبه لخيانته استاذه *

وفيها توفي الشيخ ابو محمد الفارقي ، وكان احد الزهّاد وله كرامات كثيرة ، وكان يتكلم علي الخاطر وكلامه مجموع مشهور *

وفيها

esset امكنته من نفسها, hoc est جعلته مكينا منها. Vox الفريسة in genere *praedam quae unguibus discerpitur* omnem designat, in specie tamen de *praeda leonis* dicitur. Ita monet Scholiastes Haririi XXVII. الفريسة الصيد الذي يفترسه الاسد Ita quoque adhibuit Ibn-Arabschah Histor. Tamerl. pag. 355. antep.

d) الملك العقيم Hic loci procul dubio intelligitur المُلك el-Molk per Damma, *regnum.* At in proverbio Arabico الملك عقيم intelligitur المَلِك el-Malec, *rex: Rex est sterilis.* Proverbium, quod teste Meidanio de crudelitate parentum erga liberos usurpant.

dinum Is ut firmo iam talo ſtabat in Veziratu, necabat Mutamen el-Chalafat [ſeu illum, cui Chalifatus commiſſus eſt tuendus; titulus is erat in aula Miſrenſe]. Is erat praefectus eunuchorum nigrorum, cuſtodum palatii, qui magno numero congreſſi ſaevam pugnam apud Caſrein [regionem Cahirae ſic dictam] cum Saladini militibus committebant, qua ipſi fuſi, et lata ſtrage afflicti fuerunt; Saladinici autem perſecuti fugitivos, gladio delebant et diſſipabant. Sic compos palatii factus Salah-ed-din collocabat ibi in praeſidiis et quaſi ſpecula Baha-ed-dinum Caracuſchum (440), Aſad-ed-dini Schircuhi quondam mancipium, eunuchum candidum, cuius acres vigiliae efficiebant, ut nihil in palatio, ſive magnum, ſive parvum, iniuſſu Saladini perageretur.

Hoc anno bellum ſubortum fuit inter Inanegum, dominum Raiiae, et Ilducuzum [dominum Aderbiganae], quo poſterior hic victoria et urbe Raiia potitus, priorem fugere cogebat. In arcem ille ſe recipiebat aliquam, obſidionem toleraturus. Ilducuz autem aliam inibat rationem. Perſuadebat nempe praetorianis Inanegi, pinguium provinciarum pollicitatione, ut herum ſuum occiderent. Peracto autem ſcelere transfugas ad ſe percuſſores egregie deludebat, non tantum nihil promiſſorum praeſtans, ſed etiam, ni protinus abirent, minitans, talesque nebulones affirmans vita indignos eſſe. Fugiebant igitur et dilabebantur per terras. Vnus eorum, ille, cuius manus parricidium perpetraverat, Chovarezimſchahum adibat, et ab ipſo dignam quidem, at non exſpectatam, perfidiae mercedem, crucem inveniebat.

Eodem obiit Schaich Abu-Muhammed Farekenſis [hoc eſt ex urbe Miafarekin oriundus], vir vitae ſanctimonia et miraculis clarus, ut et facultate pro re nata ex tempore perorandi. Talium eius ſermonum proſtat celebris collectio.



Digitized by Google

وفيها توفي ياروق ارسلان التركماني وكان مقدّما كبيرا اليه ينسب الطايفة الياروقية من التركمان ، وكان عظيم الخلقة سكن بظاهر حلب وبني علي شاطي قويق هو واتباعه عماير كثيرة تعرف الان بالياروقية وهي مشهورة هناك *

ثم دخلت سنة خمس وستين وخمساية ، فيها سارت الفرنج الي دمياط وحصروها ، وشحنها *m* صلاح الدين بالرجال والسلاح والذخاير واخرج علي ذلك اموالا عظيمة ، فحصروها خمسين يوما ، فخرج نور الدين واغار علي بلادهم بالشام ، فرحلوا عايدين الي اعقابهم ولم يظفروا بشي منها ، قال صلاح الدين ما رايت اكرم من العاضد ارسل مدة مقام الفرنج علي دمياط الف الف دينار مصرية سوي الثياب وغيرها *

وفيها سار نور الدين وحصر الكرك مدة ثم رحل عنها *

وفيها كانت زلزلة عظيمة خرّبت الشام ، فقام نور الدين في عمارة الاسوار وحفظ البلاد اتمّ قيام ، وكذلك خربت بلاد الفرنج ، فخافوا من نور الدين ، فاشتغل كل واحد منهم عن قصد الاخر بعمارة ما خرب من بلاده *

وفيها في ذي الحجة مات قطب الدين مودود بن زنكي بن اقسنقر صاحب الموصل ، وكان مرضه حمّي حادّة ، ولما

*e*) الضاري *manans sanguine.* Scholiastes Haririi Conf. XXIX. exponens الضري الحريص للدم الذيب الضري *lupus sanguine manans* ait الضاري الذي تعود للصيد وولع به hoc est, "ضري est avidus sanguinis, et ضاري ille qui assuetus venaturae vehementer eam deperit." quae invertenda esse putem.

Digitized by Google

Eodem obibat Iaruk Arſlan, Turcomanus, vir magnae dignationis, de quo nomen habent, quotquot Turcomanorum Iarukitae (441) appellantur. Procerus erat ſtatura, et habitabat extra Halebum, multaque aedificia et ipſe ſtruxit ad ripam Covaiki [fluvii Halebenſis], et eius poſteri ſtruxerunt, quae ſub Iarukenſium nomine nota ſunt hodie.

Anno DLXV [qui die 24 Sept. A. C. 1169 coepit] obſidebant Franci Damiatam; unde tamen poſt quinquaginta dies fruſtraneae contentionis abſcedere cogebantur, partim quod Nur-ed-din in Syria ad Francos domi ſuae inviſebat, partim quod Salah-ed-din eam urbem viris, armis et commeatu abunde et excellente impendio inſtruxerat. Qua in re luculentam ipſi praeſtabat Aded operam. Ipſe profecto Saladinus aliquando profitebatur non vidiſſe virum ſplendidius liberalem, atque ſe tum exhibuerit Aded; quippe qui, quo tempore Franci illam urbem Aegyptiacam angebant, praeter veſtes et alia, praeſentem pecuniam miſerit, millies mille aureos Aegyptios.

Eodem obſidebat Nur-ed-din Caracam, ſed aliquanto poſt rurſus omittebat.

Eodem quaſſarunt Syriam magni terrae motus, tam illam, quae Muſlemis, quam quae Francis parebat. (442) Egregiam eo tempore numerisque omnibus abſolutam monſtrabat Nur-ed-din curam ſuam in reſtaurandis collapſis et urbibus a Francorum inſultu protegendis. Et viciſſim Franci, a Nur-ed-dino ſibi metuentes diligenter reparabant et communiebant ruinas ſuas, adeoque habebant ambo domi quisque ſuae ſatis et ſuper, quod agerent, et quo mutuas meditari vexationes vetarentur.

Eodem anno exeunte periit ex acuta febre Cotb-ed-din (443) Maudud, filius Zenkii, filii Acſoncori, dominus Mauſelae, quadraginta propemodum annos natus, quorum viginti et unum cum quinque menſibus et dimidio in imperio, quod laudabiliter



Digitized by Google

ولما مات صرّف ارباب الدولة الملك عن ابنه الاكبر عماد الدين زنكي بن مودود الي اخيه الذي هو اصغر منه ، وهو سيف الدين غازي بن مودود ، فسار عماد الدين زنكي الي عمه نور الدين مستنصرا به ، وتوفي قطب الدين وعمره اربعون سنة تقريبا ، وكانت مدة ملكه احدي وعشرين سنة وخمسة اشهر ونصفا ، وكان من احسن الملوك سيرة *

وفي هذه السنة توفي الملك طغريل بن قاروت بك صاحب كرمان واختلف اولاده بهرامشاه وارسلان شاه وهو الاكبر ، واستنجد كل واحد منهما وطلب الملك ، واتفق في تلك المدة ان ارسلانشاه الاكبر مات ، فاستقر بهرامشاه في ملك كرمان *

وفيها توفي مجد الدين ابو بكر بن الداية رضيع نور الدين ، وكانت حلب وحارم وقلعة جعبر اقطاعه ، فاقرّ نور الدين اخاه عليا بن الداية علي اقطاعه *

وفيها توفي محمد بن محمد بن ظفر صاحب كتاب سلوان المطاع صنّفه لبعض القواد بصقلية سنة اربع وخمسين وخمساية ، وله ايضا كتاب نجباء الابناء وشرح مقامات الحريري ، ومولده بصقلية وتنقّل بالبلاد واقام بمكة شرّفها الله تعالي وسكن اخر وقت مدينة حماة وتوفي بها ولم يزل مكابدا الفقر حتي مات رحمه الله تعالي *

ثم دخلت سنة ست وستين وخمساية ، ذكر وفاة المستنجد وخلافة المستضي وهو ثالث ثلاثينهم ، في هذه السنة تاسع ربيع الاخر توفي المستنجد بالله ابو المظفر يوسف بن المقتفي لامر الله ابي عبد الله محمد بن المستظهر بالله ، ومولده مستهلّ ربيع الاخر سنة عشر وخمساية ، وكان اسمر تامّ القامة طويل اللحية ،

Digitized by Google

geſſit, exegit. Relinquebat duo filios, quorum natu minorem Saif-ed-dinum Gazium magnates ipſi ſufficiebant, maiori praeferentes Emad-ed-dino Zenkio: qua de re is conqueſtum ad patruum, Nur-ed-dinum, ibat.

Eodem obiit Malek Togril, filius Carutbeki, dominus Kermanae. Naſcebant itaque de ſucceſſione lites inter geminum eius filium, Arſlanſchahum natu maiorem, et Baharamſchahum; quorum unusquisque poteſtatem ambiens amicos et praeſidia ſibi comparabat. Mors autem Arſlanſchahi interveniens finem imponebat his periculis, et Baharamſchaho quietam aſſerebat patrimonii poſſeſſionem.

Eodem obiit Mag-ed-din (444) Abu-Becr Ibn-ed-Daia [hoc eſt filius nutricis] collactaneus Nur-ed-dini, a quo etiam Halebi, Haremi, et arcis Gabari uſum ad dies vitae habuerat. Quae omnia fratri eius, Alio, idem princeps porro permittebat.

Eodem obiit Muhammed, filius Muhammedis, filii Daferi, auctor celebris libri Solvan el-Motaï (445) [ſeu conſolatio eius, cui obeditur, hoc eſt dei], quem anno DLIV in gratiam Emiri alicuius in Sicilia compoſuit. Erat enim ipſe Siculus. Eius etiam eſt Kitab Nogaba el-Ibna [ſeu de liberis nobiliter natis] et commentarius in conſeſſus Hariricos. Egreſſus e patria varias obiit urbes. Meccam quoque aliquamdiu incoluit, ultimam tandem aetatem exegit et clauſit in hac Hamata noſtra ſumma in egeſtate, quacum ipſi nunquam non fuit conflictandum.

Anno DLXVI [qui die 13 Sept. A. C. 1170 coepit] idque quarti menſis nono die obiit Moſtanged billah Abu'l-Modaffar Iuſef, filius Moctafii beamr allah Abu-Abdallae Muhammedis, filii Moſtadhari, natus anno DX calendis quarti menſis. Laudabiliter geſſit Chalifatum; multa remiſit de tributis et vectigalibus; qui alios vexare, publicamque pacem turbare amabant, ſevere illos punibat. Olivaſter erat colore, perfectae ſtaturae, promiſſa

 barba.

Digitized by Google

اللحية ، وكان سبب موته انه مرض واشتدّ مرضه ، وكان قد خاف منه استاذ داره عضد الدولة ابو الفرج بن رييس الروساء وقطب الدين قيماز المقتفوي وهو حينيذ اكبر امراء بغداد ، فاتفقا ووصفا o الطبيب علي انه يصف له ما يهلكه ، فوصف له دخول الحمام ، فامتنع منه لضعفه ، ثم انه دخلها وغلق الباب عليه فمات ، ولما مات المستنجد احضر عضد الدولة وقطب الدين المستضي بامر الله بن المستنجد واشترطا عليه شروطا ان يكون عضد الدولة وزيرا وابنه كمال الدين استاذ داره وقطب الدين امير العسكر ، فاجابهم الي ذلك ، واسم المستضي الحسن وكنيته ابو محمد ، ولم يلي الخلافة من اسمه حسن غير الحسن بن علي والمستضي ، فبايعه p يوم موت ابيه بيعة خاصّة وفي غده بيعة عامّة ، وكان المستنجد حسن السيرة اطلق كثيرا من المكوس ، وكان شديدا علي اهل العبث والفساد *

وفيها سار نور الدين محمود بن زنكي الي الموصل وهي بيد ابن اخيه غازي بن مودود بن عماد الدين زنكي بن اقسنقر ، فاستولي نور الدين عليها وملكها ، ولما ملكها قرّر امرها واطلق المكوس منها ثم وهبها لابن اخيه سيف الدين غازي واعطي سنجار لعماد الدين زنكي بن مودود وهو اكبر من اخيه سيف الدين غازي ، فقال كمال الدين الشهرزوري في هذا طريق الي اني يحصل للبيت الاتابكي ، لان

f) عقور *mordax;* proprie *pedum nervos rumpens* aut *lacerans.* In notione *mordendi* tantum de cane dicitur; quemadmodum صال *saeviit, in furore momordit,* de camelo. Ita tradit Meidanius.

g) مثلها Redit suffixum ها ad subintellectum خطة *aberrabat super* خطة *conditione,* vel modo agendi, *simili huic.*

Digitized by Google

barba. Morbo paullo ante finem ſuum decubuerat; qua uſi occaſione illum exſtinguebant, qui ſibi ab ipſo metuebant, maior domus eius Adad-ed-daula (446) Abu'l-Farag, filius ſupremi Raiiſi [ſeu ſecretarii ſtatus], et Cotb-ed-din Kaimaz, Moctafii quondam mancipium, tum Emiros inter Bagdadicos praecipuos. Hi enim commune de conſilio medico Chalifae imperabant, ut ipſi aliquid ſuaderet, cuius uſus eum perderet. Medicus itaque balneum aegro ſuadebat. Primum quidem violentum remedium deprecabatur princeps; urgente tamen medico, tandem victus intrabat in balneum. At illi fores obſerabant, ſinebantque ipſum negato exitu intus perire. Dein arceſſebant ſuffocati filium, Moſtadium beamr allah [hoc eſt eum, qui lucem a mandatis dei petit]. Huic Chalifatum ſub certis conditionibus offerebant, ut nempe Adad-ed-daula Vezirus fieret, huiusque filius, Camal-eddin, maior domus, et Cotb-ed-din Caimaz magiſter militiae. Quibus ubi ſubſcripſerat Moſtadius, ſalutabant eum Chaliſam, eodem illo die, quo pater eius perierat; die autem altero publice ſacramentum ipſi dicebatur. Eſt igitur Moſtadi Chalifa ſuae gentis numero trigeſimus tertius. Abu-Muhammed Haſan eius nomen erat. Quod notari meretur; ſiquidem tot inter Chalifas, poſt illum Haſanum, filium Alii, f. Abu-Talebi, ne unus quidem fuit, niſi noſter Moſtadi, qui nomen Haſani geſſerit.

Eodem anno ibat Nur-ed-din Mahmud, filius Zenkii, Mauſelam, quam tum tenebat eius ex fratre nepos, Saif-ed-din Gazi, filius Maududi, filii Zenkii. Vt urbem ſui iuris fecerat Nur-eddin, ibique res ex animi ſententia ordinarat, donabat eam eidem Saif-ed-dino Gazio; fratri autem eius natu maiori, Emad-eddino Zenkio, Sangaram attribuebat, ſecus omnino, quam ille aut cupiebat, aut exſpectaverat, auctor et ſuaſor huius expeditionis. Et certe, ſi quid credimus Camal-ed-dino Scheherzurenſi, Nur-ed-din, ita diſponendo, graviter in prudentiam civilem peccavit, ſeminaque diſcordiarum et bellorum inteſtinorum in

gente

Digitized by Google

لان عماد الدين كبير لا يري طاعة اخيه سيف الدين ، وسيف الدين هو الملك لا يري الاغضا q لعماد الدين ، فيحصل الخلف وتطمع الاعداء *

وفيها سار صلاح الدين عن مصر فغزي بلاد الفرنج قرب عسقلان والرملة وعاد الي مصر ، ثم خرج الي ايلة وحصرها وهي للفرنج علي ساحل البحر الشرقي ونقل اليها المراكب وحصرها برّا وبحرا وفتحها في العشر الاول من ربيع الاخر واستباح اهلها وما فيها وعاد الي مصر * فلما استقر صلاح الدين بمصر كان دار الشحنة بمصر تسمي دار المعونة r يجلس s فيها ، فهدمها صلاح الدين وبناها مدرسة للشافعية ، وكذلك بني دار الغزل t مدرسة للشافعية وعزل قضاة المصريين وكانوا شيعة ورتّب قضاة شافعية ، وذلك في العشرين من جمادي الاخرة ، وكذلك اشتري تقي الدين عمر ابن اخي صلاح الدين منازل العز v وبناها مدرسة للشافعية *

وفيها توفي القاضي بن الاخلال x من اعيان الكتّاب المصريين وفضلايهم ، وكان صاحب ديوان الانشاء بها ☼

ثم دخلت سنة سبع وستين وخمساية ، ذكر اقامة الخطبة العباسية بمصر وانقراض الدولة العلوية ، في هذه السنة ثماني جمعة من المحرم y قطعت خطبة العاضد لدين الله ابي محمد عبد الله بن

*h*) الضايقة. Subintelligitur الحال, *ſtatus anguſtus*. Conf. Abulfarag. p. 406 lin. 1.

*i*) في عدد كثير Dubium, an ad قتل pertineat, "occidit eum inter multos alios" an ad حفاظ القصر "ſunt cuſtodes palatii numero plures."

*k*) تهجيجا Forte تهجيرا Schultens coniicit تهييجا

Digitized by Google

gente Atabekica ſparſit. Emad-ed-din, inquit, impetrare a ſe non poterit, ut minori fatri ſe ſubmittat: contra vero Saif-ed-din non poterit, ut princeps ſupremus, de auctoritate ſua concedere et inſolentiae fratris ſibi obnoxii connivere. Adeoque non poterunt turbae inde non ſuccreſcere, quales hoſtibus laceſſendi cupidinem diſcordes et a turbidis creſcendi movere ſolent.

Eodem excurrebat Salah-ed-din ex Aegypto in Francorum prope Aſcalonem et Ramlam territorium. Inde reverſus Miſram, exibat adverſus Ailam, in litore maris [Erythraei] orientali ſitam, et ad Francos eo tempore ſpectantem. Hanc e continente ſimul et navibus obſidens tandem expugnabat intra primos decem dies quarti menſis, incolasque cum opibus militi permittebat. Miſrae redditus evertebat domum, in qua reſidere conſueverat hactenus Schehnah [ſeu praetor urbis] et quae tum Dar el-Maunat [domus praeſidii militaris] appellabatur, et ex ea collegium efficiebat in uſum Schafeïticorum [cui ſectae ipſe addictus erat]. Pariter Dar el-Gazl (447) reformabat in eorundem uſum. Cadios quoque, qui Miſrae hactenus obtinuerant, Schiitas removebat, eorumque loco Schafeïtas inſtituebat, die vigeſimo ſexti menſis. Taki-ed-din quoque Omar, Salah-ed-dini ex fratre nepos, ad hoc exemplum inſtruebat in eiusdem ſectae collegium aedes Azizi (448), Chalifae quondam Aegyptii, aere ſuo redemtas.

Eodem obibat Cadi Ibn-el-Ichlal, unus illuſtrium auctorum et eruditorum Miſrae, ubi etiam Divano el-Inſcha [ſeu Cancellariae] praefectus erat.

Anno DLXVII [qui die 3 Sept. A. C. 1171 coepit] perfectum fuit grande illud opus, ad quod perficiendum tendebant omnia ſuperioris anni apud Miſram molimina; hoc eſt, everſum fuit imperium Chalifarum Alidarum in Aegypto, quod per duo propemodum Saecula ibi obtinuerat, et agnita denuo ſuprema Chalifarum Bagdadicorum Abbaſidarum auctoritas, quae toto illo tempore ibi cum ipſo nomine ſiluerat. Secundo enim ab



Digitized by Google

بن الامير يوسف بن الحافظ لدين الله ابي الميمون عبد المجيد
بن ابي القاسم محمد (ولم يلي الخلافة) بن المستنصر بالله ابي
تميم معد بن الظاهر لاعزاز دين الله ابي الحسن علي بن الحاكم
بامر الله ابي علي منصور بن العزيز بالله ابي منصور بن المعز
لدين الله ابي تميم معد بن المنصور بالله ابي الطاهر اسماعيل
بن القايم بامر الله ابي القاسم محمد بن المهدي بالله ابي محمد
عبيد الله اول الخلفاء العلويين من هذا البيت ، وقد مرّ ذكر
نسبه في ابتداء دولتهم ، وكان سبب الخطبة العباسية بمصر انه لما
تمكّن صلاح الدين من مصر وحكم علي القصر واقام فيه قراقوش
الاسدي (وكان خصيا ابيض) وبلغ نور الدين ذلك ارسل الي صلاح
الدين يامره حتما جزما بقطع الخطبة العلوية واقامة الخطبة
العباسية ، فراجعه صلاح الدين في ذلك خوف الفتنة ، فلم يلتفت
نور الدين الي ذلك واصرّ عليه ، وكان العاضد قد مرض، فامر
صلاح الدين الخطباء ان يخطبوا للمستضي ويقطعوا خطبة العاضد ،
فامتثلوا ذلك ، فلم ينتطح فيها عنزان z ، وكان العاضد قد اشتد
مرضه ، فلم يعلمه احد من اهله بقطع خطبته ، وتوفي العاضد يوم
عاشورا ولم يعلم بقطع خطبته ، ولما توفي العاضد جلس صلاح
الدين للعزاء واستولي علي قصر الخلافة وعلي جميع ما فيه ،
وكان

l) Haec vox in cod. L. legi non poterat. Forte بمواعيد aut باقطاعات supplendum.

m) وشجنها C. L. وسجها

n) نجباء C. L. نجبا

huius anni Calendis inde Veneris die, octavo primi menſis, prima vice ſupprimebatur nomen Adedi, Chalifae Miſrenſis, in precibus publicis et templis, eiusque loco pia vota fiebant Moſtadio, Chalifae Bagdadico tum regnanti.* Negotium hoc urſerat maxime Nur-ed-din. Is enim, ut audiverat Salah-ed-dinum abſolutam in Aegypto poteſtatem ad ſe arripuiſſe, palatiique arbitrum eo ſe feciſſe, quod Caracuſchum Aſadicum, eunuchum album, ei cuſtodem praepoſuerat, imperabat ipſi per litteras edicto decretorio, ut absque ulla mora, haeſitatione, aut contradictione formulam et nomen Alidarum abrogaret, et Abbaſidarum ei ſubrogaret. Quia vero Salah-ed-din exiſtimabat eam rem maturam nondum eſſe, verebaturque maximam inde ſeditionem naſcituram, ceſſitabat aliquantum ea mandata exſequi, monſtrabatque per litteras Nur-ed-dino periculum, in quod, ipſi parendo, incurſurus ſit. At Nur-ed-din eorum nihil curans pergebat nihilominus illi id idem, quod ante pertinaciter, cum minis etiam, imperare. Salah-ed-din itaque Chatibis [ſeu concionatoribus] Miſrenſibus mandabat, ut Alidae nomini nomen Moſtadii ſufficerent. Quod illi exſequebantur tam non exſpectata cum tranquillitate, ut, quod aiunt in proverbio, ne duae quidem capellae propterea ſe adverſo cornu arietarent, et ipſi Adedi domeſtici atque familiares hero ſuo tantae cataſtrophes nullam impertirent notitiam, ex morbo tum graviter decumbenti, ex quo etiam altero poſt haec inſtituta die, decimo nimirum primi menſis, rerum ſecum geſtarum ignarus, mortem oppetebat, peroportunam profecto et criticam. (449) Recipiebat illius mortis cauſſa Salah-ed-din conſolationes publice praeſidens loco proximorum conſanguineorum, et velut regni haeres, palatiumque occupabat cum contentis omnibus, rebus ut numerum, ſic et omne pretium, excedentibus, ſuppellectile,

 libris,

* Quae hic in arabicis additur genealogia Chaſifarum Miſrenſium, infra inſerta in latinis.

وكان كثرته تخرج عن الاحصاء ، وكان فيه اشياء نفيسة من الاعلاق الثمينة والكتب والتحف ، فمن ذلك الجبل الياقوت a وكان وزنه سبعة عشرة درهما او سبعة عشر مثقالا ، قال ابن الاثير مولّف الكامل انا رايته ووزنته ، ومما حكي انه كان بالقصر طبل للقولنج اذا ضرب الانسان به ضرط ، فكسر ولم يعلموا به الا بعد ذلك ، ونقل صلاح الدين اهل العاضد الي موضع من القصر ووكّل بهم من يحفظهم واخرج جميع من فيه من عبد وامة فباع البعض وعتّق البعض ووهب البعض وخلّي القصر من سكّانه كانّ لم يغن بالامس ، ولما اشتدّ مرض العاضد ارسل الي صلاح الدين يستدعيه ، فظنّ ذلك خديعة ولم يمض ، فلما توفي علم صدقه فندم لتخلّفه عنه ❊

وجميع

o) ووصفا Suspectum ob accusativum personae et participium علي Forte واشارا علي الطبيب انه يصف .

p) فبايعه Forte فبايعوه

q) الاغضاء C. L. الاعضا Schultens الاعصا

r) المعونة *praesidium militare;* ab عون *auxilium*, et peculiare usu, *miles praetorianus.* Hoc habet Haririus Conf. VII. فغاهما عونا يرجعهما "submittebat ipsis e vestigio militem praetorianum" ubi Schol. العون الشرطي لانه يعين من ينصرف به "miles praetorianus appellatur auxilium, quia adiutrices manus praestat ei, qui ipsius opera utitur." Idem auctor Conf. XLV. pluralem habet, qui frequentiore in usu est اعوان *adiutores.* Hinc دار المعونة *domus auxilii* est *domus in qua auxilium, hoc est praesidium militare, habitat.*

s) يجلس Forte deest aliquid, ut للقضاء. Schultens edidit يحبس

Digitized by Google

libris, donariis. Erat inter ea hyacinthus ille tam grandis, ut monticulum ſpecie referret, qui ſeptendecim drachmas, aut, ut alii perhibent, totidem mitkal [ſeu ſesquidrachmas, hoc eſt 25 drachmas] pendebat. Ibn-el-Atir ait in Camelo, eum manibus illum tractaſſe, et ad bilancem examinaſſe. Narrant etiam in illis theſauris tympanum illud anticolicum fuiſſe, tanta conſtructum arte, ut, ſi quis illud percuteret, flatus ſtatim quam copioſius emitteret, quae virtus tum demum cognita fuit, quum fractum eſſet per eos tumultus ab imprudentibus. (450) Gens Adedi peculiarem in tractum palatii traducta, et appoſitis cuſtodibus mandata fuit. Expulſum omne famulitium utriusque ſexus, partim divenditum fuit, partim manu miſſum, partim dono datum, et largitionibus diſtractum. Tam vacuabatur ſuis incolis palatium, ut, quamvis heri adhuc longe frequentiſſimum, videri tamen neſcio potuerit iam a longo tempore incultum. Comperibat quoque tum Saladinus dolum in eo ſibi ſtructum non fuiſſe, ut antea ſuſpicatus fuerat, quod Aded ipſi de morbo ſuo ſignificaverat, eumque ad ſe colloquii gratia invitaverat, ideoque dolebat ſe moribundo gratificatum non fuiſſe. Deſinebat itaque Alidarum gens et dynaſtia in hoc Adedo ledin allah Abu-Muhammede,* filio Emiri Ioſephi privati, filii Hafeti ledin allah Abu'l-Maimuni Abd-el-Magidi, filii Abu'l-Caſemi Muhammedis, iterum privati, filii Moſtanſeri billah Abu-Tamimi Moaddi, filii Taheri liizaz din alla Abu'l-Haſani Alii, filii Hakemi beamr allah Abu-Alii Manſuri, filii Azizi billah Abu-Manſuri,** filii Moëzzi ledin allah Abu-Tamimi Moaddi, filii Manſuri billah Abu-Taheri Iſmaëlis, filii Caiemi beamr allah Abu'l-Caſemi Muhammedis, filii Mahdii billah Abu-Muhammedis Obaidi, primi Chalifae. Nolumus ulterius per hanc ge-

 neris

* In Arabicis ſub initium huius articuli, loco non opportuno, inſerta eſt genealogia horum principum.

** Forte hic nomen excidit.

وجميع من خطب له منهم بالخلافة اربعة عشر خليفة ، المهدي والقايم والمنصور والمعز والعزيز والحاكم والظاهر والمستنصر والمستعلي والامر والحافظ والظافر والفايز والعاضد ، وجميع مدة خلافتهم من حين ظهر المهدي بسجلماسة في دي الحجة سنة ست وتسعين ومايتين الي ان توفي العاضد في هذه السنة (اعني سنة سبع وستين وخمسماية) مايتان واثنتان وسبعون سنة تقريبا ، وهذا داب الدنيا لم تعط الا واسترتت ولم تحل الا وتمررت ولا تصف الا وتكدرت ، بل صفوها لم تصفو من الكدر * ولما وصل خبر الخطبة العباسية بمصر الي بغداد ضربت لها البشاير عدة ايام وسيرت الخلع مع عماد الدين صندل وهو من خواص الخدم المقتفوية الي نور الدين وصلاح الدين والخطباء ، وسيرت الاعلام السود * وكان

t) الغزل C. L. et Schultens العزل Num العدل ?

v) العز Forte العزيز

x) الاخلال Suſpectum.

y) Forte legendum: يوم جمعة ثمانيا من المحرم aut tantum ثاني pro ثماني

z) عنزان *Non arietabant ea in re duae capellae*, hoc eſt: nullus prorſus motus eam ob rem eontingebat; nemo mutiebat. Talia plura praeſtat et exponit Meidanius.

a) الياقوت Forte الياقوتي

Digitized by Google

neris huius columnam aſcendere, cuius ſi quis maiores aveat cognoſcere, licebit illi narrationem noſtram de huius gentis origine, quam in ſuperioribus ad ann. CCXCVI dedimus, adire. Eo enim coepit huius dynaſtiae auctor, Mahdi, in publicum apud Segelmaſam prodire. Vnde ſi computi deducatur initium ad hunc usque annum, quo deſtructi fuerunt hi Alidae, deprehendentur per annos CCLXXII propemodum, partim in Africa, partim in Aegypto, regnaſſe. Addemus nunc etiam ſeriem, qua iſti Chalifae ſeſe invicem regnando exceperunt, quia in ſuperiorem columnam genealogicam intrare unus et alter non potuit, qui tamen regnavit, unus contra et alter privatus inſerendus fuit. Primus itaque regnavit Mahdi, poſt eum ſequuntur Cajem, Manſur, Moëzz, Aziz, Hakem, Taher, Moſtanſer, Moſtaali, Amer, Hafet, Dafer, Fajez, et ultimus tandem, ordine decimus quartus, Aded. En rerum mundanarum indolem. Non dat fortuna, niſi quod repetat: tam dulcis non eſt, quin et amaritiem prodat, tam non defaecata et liquida, quin tandem turbulenta compareat. Imo, ſi verum volumus, utcunque ſit limpida, nunquam tamen faecibus caret. Huius tanti caſus fama Bagdadum delata ut fuit, multos per dies perſonabant auguſtam hanc urbem laetitiae inſignia. Emad-ed-din Sandal, unus ex intimis eunuchis, libertus Moctafii quondam, ad Nur-ed-dinum et Salah-ed-dinum, et concionatores praecipuos, qui primi nomen Abbaſicum Miſrae promulgaverant, cum ſuis cuique trabeis et vexillis nigris ibat. (451) Non parum conferebat ad hanc rerum converſionem aliquis Sofi [ſeu religioſus contemplativae vitae deditus, anachoretes,] Schaich Nagm-ed-din Chubeſtanenſis appellatus. Nimirum, quum Sultan Salah-ed-din de comprehendendis Alidis et abolenda eorum poteſtate conſilia ſecum agitaret, cogebat doctores legis, eamque rem eorum deliberationi proponebat. Quorum multi laudabant auguſti deſtinationem, ſed ille ſupra dictus Schaich urgebat maxime. Longam

Digitized by Google

وكان العاضد المذكور قد راي في منامه ان عقرب قد خرجت من مسجد بمصر معروف ذلك المسجد للعاضد ولدغته ، فاستيقظ العاضد مرعوبا واستدعي من يعبّر الرويا وقصّ ما راه عليه ، فعبّر له بوصول اذي اليه من شخص بذلك المسجد ، فتقدّم العاضد الي والي مصر باحضار من بذلك المسجد ، فاحضر اليه شخصا صوفيا يقال له نجم الدين الخوبستاني ، فاستخبره العاضد عن مقدمه وسبب مقامه بالمسجد المذكور ، فاخبره بالصحيح في ذلك ، فراه العاضد اضعف من ان يناله بمكروه ، فوصله بمال وقال له ادع لنا يا شيخ ، وامره بالانصراف ، فلما اراد السلطان صلاح الدين ازالة الدولة العلوية والقبض عليهم استفتي في ذلك ، فافتاه جماعة من الفقهاء ، وكان نجم الدين الخوبستاني المذكور من جملتهم ، فبالغ في الفتيا وصرّح في خطّه بتعديد مساويهم وسلب عنهم الايمان واطال الكلام في ذلك ، فصحّ بذلك رويا العاضد ،

وفيها جري بين نور الدين وصلاح الدين الوحشة في الباطن ، وكان صلاح الدين سار ونازل *b* الشوبك وهو للفرنج ، ثم رحل عنه خوفا ان ياخذه فما يبق ما يعوق نور الدين عن قصد مصر ، فتركه ، ولم يفتحه لذلك ، فبلغ نور الدين ذلك ، فكتمه وتوحّش باطنه لصلاح الدين ، ولما استقر صلاح الدين بمصر جمع اقاربه وكبراء دولته فقال بلغني ان نور الدين يقصدنا فما الراي ، فقال تقي الدين عمر ابن اخيه نقاتله

*b*) ونازل C. L. ونال

*c*) فتركه C. L. فنزله

gam ille sua manu scriptam exhibebat dissertationem, qua in Alidas vehementissime invehebatur, amplissime recensebat eorum nequitias, et eos ipsius Muhammedanae fidei opinione privabat; eoque efficiebat, ut verum esset et in effectum iret illud insomnium, quod olim Adedo horribile obtigerat. Viderat enim ille per quietem e templo quodam Misrense, quod ipsi quidem notum erat, nos autem quodnam fuerit, latet, scorpionem (452) prodire, sibique ictum inferre. Formidoloso excussus somnio consulebat oneirocritam, qui sic interpretabatur portentum, fore, ut incola quidam illius templi noxia ipsum feriat. Statim ergo iubebat Misrae Valin [seu gubernatorem] praesentes sibi sistere quotquot in eo templo tum versabantur. Solus ignotus et peregrinus deprehendebatur modo dictus Nagm-ed-din Chubestanensis. Eum rogabat Aded quare Misram advenerit, et quare in isto templo versetur. Veram eius rei caussam exponebat ille Schaich, nil celans. Aded tamen eum ex adspectu imbecilliorem iudicans, quam ut nocere ipsi queat, potius donatum abire iubebat, et pro sua salute deum orare. Sed erat hic re vera ille scorpio, et visio Adedi non erat vana.

[In hunc itaque modum comparata fuit Salah-ed-dino tanta potentia, ut clam institueret Nur-ed-dinum pessum dare: Nur-ed-din viciffim suspectum habere et aversari Saladinum.] Obsidebat Salah-ed-din Schaubecam, Francicam arcem, Nur-ed-dini iussu; quam domare quum poterat, omittebat tamen, alia nulla de caussa, quam quod metueret, ne illa capta nihil iam superesset, quod Nur-ed-dinum moretur, si forte ad se in Aegyptum invisere velit. Nur-ed-din, ut ea de re comperiit, premebat quidem conceptam animo malevolentiam: Salah-ed-din tamen veritus a Nur-ed-dino se oppressum iri, cogebat gentiles et proceres suos in consilium, et: Audivi, aiebat, Nur-ed-dinum adversus nos movere: Quid ergo censetis nobis agendum esse? Suadebat ad haec Taki-ed-din, Saladini ex fratre nepos,

نقاتله ونصدّه ، وكان ذلك بحضرة ابيهم نجم الدين ايوب ،
فانكر علي تقي الدين ذلك فقال انا والدكم ولو رايت نور الدين
نزلت وقبّلت الارض بين يديه ، بل اكتب وقل لنور الدين انه
لو جاءني انسان واحد وربط المنديل في عنقي وجرّني اليك سارعت
اليك ، وانقضوا علي ذلك ، ثم اجتمع ايوب مع ابنه صلاح الدين
خلوة وقال له لو قصدنا نور الدين كنت انا اول من يمنعه ويقاتله ،
ولكن اذا اظهر ذلك يترك نور الدين جميع ما هو فيه ويقصدنا
ولا ندري وما يكون من ذلك ، واذا اظهرنا له الطاعة تمادي *d*
الوقت بما يحصل الكفاية من عند الله ، فكان كما قال ✻

وفيها توفي الامير محمد بن مردنيش صاحب شرقي بلاد
الاندلس وهي مرسية وبلنسية وغيرهما ، فقصد اولاده ابا يعقوب
يوسف بن عبد المومن ملك الغرب وسلّموا اليه بلادهم فسرّ يوسف
بذلك وتسلّمها منهم وتزوّج باختهم واكرمهم ووصلهم بالاموال
الجزيلة ، وكان قد قصدهم يوسف المذكور في مائة الف مقاتل
فاجابوا بدون قتال كما ذكرنا ✻

وفيها عبر الخطا نهر جيحون ، فجمع خوارزمشاه ارسلان بن
اطسز بن محمد بن انوشتكين عساكره وسار الي لقايهم ، فمرض
خوارزمشاه ورجع مريضا وارسل عسكرا مع بعض المقدمين ، فاقتتلوا مع
الخطا

*d*) تمادي *sensim atque sensim sese extendet tempus cum eo quod existere faciet sufficientiam a parte dei.* Sic sonat ad verbum. Hoc est: afferet tandem aliquando divina adjuvante gratia medium, quod curis et necessitatibus studiisque nostris satisfaciat; longum tempus praestabit aliquid quod nos expediat.

Digitized by Google

arma inferenti opponi. Sed, qui deliberationi aderat, Saladini pater, et Taki-ed-dini avus, Nagm-ed-dín Eiub, filius Schadií, graviter ideo nepotem reprehendebat: Ego vero, dicens, vestrum pater, si conspectui meo Nur-ed-din occurreret, equo delapsus, terram coram ipso deoscularer. Quin tu potius, mi fili, significa Nur-ed-dino per litteras tuum obsequium, et declara, si quis ab ipso mittatur, ut licio de tuis cervicibus religato te ad ipsum trahat, velle te libenter illi occurrere, et nodo collum praebere et cursim ad eum festinare. Post haec dicta discedebat concilium, solus apud Saladinum restitabat eius pater, filioque haec suggerebat. Si Nur-ed-din nos impeteret, aiebat, forem ego primus, qui eum arceret et impugnaret. Verum id si prae nobis feramus, fiet, ut ille, missis negotiis ceteris omnibus, in nos irruat. Quae res quo evasura esset, ego quidem ignoro: at si fingamus et iactemus obsequium, subministrabit nobis longa temporis mora, in tacito et occulto destinationes suas elaborans, divinitus aliquod auxilium, quod ipsi sustinendo pares nos efficiat. Et sane vanus augur senex non erat.

Eodem anno vivis excedebat Emir Muhammed Ibn-Mordanisch (454), dominus orientalis Hispaniae, hoc est Morsiae, Valentiae, et aliarum. Post cuius fata tendebat eius terras invadere Mauritaniae dominus, Abu-Iacub Iusef, filius Abd-el-Mumeni, hominumque centum millia iam eo ducebat. Verum defuncti filii sponte ad ipsum accedebant, suumque ipsi patrimonium dedebant. Id non coactorum donum adeo placebat Iosepho, ut eorum sororem sibi coniugaret, ipsosque summis honoribus et largissimis donationibus afficeret.

Eodem transibant Chattaei fluvium Gihunum [seu Oxum]. Quibus occurrere tendebat quidem Chovarezimschah Arslan, filius Atsuz, filii Muhammedis, filii Anuschtekini. Sed ipsa in via morbo occupatus domum redire opus habebat, et copias alicui suorum ducum permittere. Quas fundebat hostis, ipsumque

الخطا وانهزم عسكر خوارزمشاه واسر مقدمهم ورجع الخطا الي بلادهم بعد ذلك ✱

وفيها اتخذ نور الدين بالشام الحمام الهوادي *e* (وتسمي المناسيب *f*) لنقل البطايق *g* والاخبار ✱

وفيها عزل المستضي وزيره عضد الدين *h* بن رييس الروسا مكرها ، لان قطب الدين قيماز الزمه بعزله فلم يمكنه مخالفته ✱

وفيها مات يحيي بن سعدون الازدي الاندلسي القرطبي ، وكان اماما في القراة والنحو وغيره من العلوم ، توفي بالموصل ✱

وفيها توفي ابو محمد عبد الله بن احمد بن احمد بن احمد المعروف بابن الخشاب البغدادي العالم المشهور في الادب والنحو والتفسير والحديث ، وكان متصنعا من العلوم ، وكان قليل الاكتراث بالماليك والملبس ✱

وفيها توفي نصر الله بن عبد الله بن مخلوف بن علي بن عبد القوي بن قلاقس الشاعر المشهور الاسكندري ، مدح القاضي الفاضل ، وكان كثير الاسفار ، سار الي صقلية في سنة ثلث وخمسين ثم عاد وسار الي اليمن في سنة خمس وستين وخمسماية ، وفي كثرة اسفاره يقول ،

النَّاسُ كَثِيرٌ ولكِنْ لا يُقَدَّرُ لِي الاّ مرافقة الملاح والحادي ✱

---

*e*) الهوادي Non ſane bene novi etymologiam huius vocis. Coniicio tamen ideo ſic dictas eas columbas fuiſſe, quod *afferrent epiſtolas*, velut *munera*. هدي enim inter alia *coram ſiſtere*, *praeſentare*, praeſertim *munera* notat; quamvis rarius. Ea enim ſignificatio frequentior eſt

Digitized by Google

que ducem capiebat, neque tamen proſequebatur victoriam, ſed domum redibat.

Eodem inſtituebat Nur-ed-din per Syriam columbas επιςολιαφορους, Manaſib (455) dictas.

Eodem removebat Moſtadi Vezirum ſuum, Aded-ed-dinum, filium ſupremi Raiiſi [ſic vulgo cognominatum], invitus, et a Cotb-ed-dino Caimazo eo coactus, homine, cui tum adverſari nequibat.

Eodem obiit Mauſelae Iahia, Ibn-Sadun, Azdita, Cortobenſis, ex Andaluſia, princeps in ſtudio Corani, et grammatices, aliarumque ſcientiarum.

Eodem obiit Abu-Muhammed Abdalla, filius Ahmedis, et nepos alterius, et item abnepos, vulgo Ibn-el-Chasſchab [ſeu filius fabri lignarii] dictus, Bagdadenſis, vir eruditus, et a variarum litterarum, ut humaniorum, grammatices, exponendi Corani, et traditionum peritia celeberrimus. Parum curabat ſplendorem in famulitio et veſtitu.

Eodem obiit Naſr allah, filius Abdallae, filii Mahlufi, filii Alii, filii Abd-en-Nuri, vulgo Ibn-Falakes (456) dictus, poeta celeber, Alexandrinus, qui carmine laudavit Cadium Fadelum [de quo deinceps memorabimus]; vir longinquorum itinerum, ut qui anno DLIII in Siciliam, et anno DLXV in Arabiam felicem profectus fuit. Ipſe de ſuis per itinera iactationibus ſic canit:

Mortales multi quidem ſunt, et diverſa excolunt vitae genera;
mihi vero a fato decretum eſt cum eorum nullis aliis,
quam cum nautis et agaſonibus perpetuum ſodalitium.



eſt in IV coniugatione, eique congruentior. Habet tamen هدي pro اهدي Haririus Conſ. XXXII.

f) المناسيب Neque hanc novi unde veniat. Forte ab illa verbi نسب ſigni-

ſignificatione, quam Golii Lexicon quarto loco exhibet, *ultro citroque inter duos ſuſurronem egit.* Eſſent itaque columbae *Manaſib* dictae commeatrices inter duos, ultro citroque cum nunciis, quaeſtionibus et reſponſis commeantes.

*g)* البطايق plur. a ſing. بطاقة, quod Golius interpretatur *epiſtolium quod columba alae alligatum perfert;* quod hic obtinet. Addit, Aegyptiorum idiomate vocem notare *particulam lintei vel chartae panno affixam cum inſcripta pretii nota.* Hinc patet non Arabicam eſſe, ſed Graecam et Latinam πιττακιον, *pittacium,* de quo interpretes ad Petronium. In genere *ſchedulam,* chartulam omnem notat.

*h)* عضد الدين. Supra erat عضد الدولة





Digitized by Google

IO. IACOBI REISKII

# ADNOTATIONES HISTORICAE

AD

ABVLFEDAE ANNALIVM

*TOMVM TERTIVM.*

Digitized by Google

Digitized by Google

(1) *Pag.* 3. Vide de his turbis Rodericum Toletanum c. 32. p. 27 sqq. sed aliquanto aliter narrat quam noster. Quem ibi memorat *Zulema* est Nostri Solimanus. De *Isen* [hoc est Hesschamo] *Arax* [s. ar-raiis] et de *Maruhano* [h. e. Marvano] quos ille ibidem nominat, Noster habet nihil.

(2) *Pag.* 3. Hic videtur *Hagib el-Hameri* esse, cuius passim mentionem facit Roder. Tol. ut p. 29. 30. quod patet ex p. 31. ubi ait: "*Alhagib* autem, qui *Huade Alhameri* dicebatur." Est enim *Huade* idem quod *Vadeh* nostro more.

(3) *Pag.* 5. *Ibn-Sahlan.* Vid. ad an. 406. 411. Herbelot voce *Sehelan* vel *Sehilan.* Ergo tunc temporis urbs facta fuit Meschhad Ali, de quo Teixeira Itiner. p. 94 seqq. multa habet.

(4) *Pag.* 5. *Abul-Abbas Ebn Muhammed al Daremi al Massissi al Nami excellent poëte Arabe.* Ita Herbelotus pag. 660. a. voce *Nami*, qui annum 399 memorat. Conf. p. 562. a. voce *Massissi* ubi eum celebrem doctorem appellat.

(5) *Pag.* 7. Videntur illi feri et neminem reverentes Arabum reguli Chalifis vota sua pecunia vendidisse, et velut sub hasta plus offerenti addixisse. Refert omnino Elmacinus, Caderum Kervascho, postquam obedientiae professionem revocasset, munera 30 millium aureorum misisse. vid. p. 257.

(6) *Pag.* 7. *Istad* vel *Vstad* est vox Persica et notat *magistrum*, *dominum.* Tribuitur eruditis quoque: ut Aristotelem per excellentiam appellant el-Istad, et Farabium el-Istad et-tani, seu *magistrum alterum.* Plerumque tamen tribuitur mechanicarum artium magistris, adeo ut Teixeira neget aliis tribui: "Solo teniam, ait pag. 179, este appellido [sc. Mulah, vel Muley] los maestros de sciencia, porque a los de artes mechanicos llama el Parçio con este Ostá o Ostad." De dignitate Istad ed-Dar, seu *magistro* vel

*maiore domus*, alibi dicam. Infra ann. 418 appellatur aliquis ſakihus Iſtad. Ceterum noſtri Abu-Ali filii Iſtad Hormozi meminit Teixeira p. 284.

(7) *Pag.* 9. Non video rationem, quare huic anno 402 hiſtoriam adſcripſerit Noſter, quae potius ad a. 414 pertinebat. Plura de hac revolutione tradit Elmacinus p. 242. 256. 257 ſqq.

(8) *Pag.* 9. *Aziz el-Molk.* Non poteſt alius eſſe, quam ille, quem Elmacinus p. 258 et 260 Aziz ed-daula Abu-Schogga Cajed appellat, et miſſum ab Hakemo veniſſe ait Halebum anno 407, anno autem 413 peremtum fuiſſe a mancipio quodam ſuo, genere Indico.

(9) *Pag.* 11. *Dezberita.* Eſt Cedreno pag. 725 Τουσβερ αρχιστρατηγος του Αιγυπτιου. Quid ſi idem ſit commemoratus p. 705 Κισρινιτης ὁ των Αραβων στρατηγος? Quis autem ille Μουσαραφ (Moſcharraf مشرف) ſit, cuius priore loco fit mentio, nondum reperio. Videtur Hamdanida eſſe. Niſi ſit Haſſan filius Moſarregi, Emirus Arabum Taiitarum, qui, pro more lucripetarum Arabum, modo Romanis, modo Aegyptiis favebat. Elmacinus p. 262 male بوسكين الدريري *Buſequinum Deriraeum* appellat.

(10) *Pag.* 13. *Makin-ed-daula fil. Molhemi.* Vel Ialhami, (ut ſcribit Elmacinus p. 272.) filii Dinari, Ocailitae. Pertinet igitur ad gentem Ocailidarum, qui apud Mauſelam regnarunt. Dictio Elmacini قلده حربها recte reddita non fuit. Notat huic homini *rei militaris Halebenſis* curam demandatam fuiſſe, non item aerariae, neque iuſtitiae forenſis et politiae.

(11) *Pag.* 15. *Arx Arta.* Vox varie ſcribitur. Paſſim inveni apud Noſtrum ارياح *Arjah*, ſed ea lectio aperte vitioſa eſt. Deinde inveni ارتاح *Artah*, quam confirmat Curopalates in Hiſtoria pag. 828 Αρταχ ſcribens. Tandem neſcio ubi, non certe apud Noſtrum, niſi memoria me fallat, inveni ارتاج *Artag*; et huic lectioni favent ſcriptores Paſſagiorum, ut Wilhelmus Tyrius p. 684 *Artaſia* ſcribens, et Marinus Sanutus p. 142 *Artaſe*. Apud Reuſnerum p. 13 eſt *Aretum*. Videtur error alicuius ſcribae differentiae occaſionem dediſſe, punctum unum ultimae litterae aut detrahens neceſſarium, aut addens ſuperfluum.

(12)

(12) *Pag.* 15. Alios nominat Elmacinus p. 257 et hos inter duos illos celebres Scharifos fratres, Radium et Mortadium. Quod pugnare tamen videtur cum testimonio istius ab Abulfeda nostro ad ann. 296 citato.

(13) *Pag.* 17. Magnas enim vires acquirebant Fatemitae contra Abbasidas; non solum Aegyptum et Syriae magnam partem, et Arabiam quoque Petraeam illis abstulerant, Carmatitas aliosque latrones Arabes clam fovebant et firmabant, instigabantque ut sacros viatores ex oriente venientes compilarent; sed etiam anno 401 (ut perhibet Hagi Chalifa) miserat Hakem in orientem homines, qui factionem ipsi compararent, novaeque suae sectae persuaderent, Hakemum ipsiusque maiores ab Alii et prophetae sanguine oriundos esse adeoque legitimos Chalifas, at Abbasidas esse usurpatores alieni iuris; qui denique iactarent, si credimus traditioni Sunnitarum, istis Fatemidis numen inesse. Vid. Elmacinus p. 264.

(14) *Pag.* 21. *Ibn-el-Bakelani.* "Multos composuit libros secundum opinionem *Esciari*, operas eius excellentissimas narrando et declarando, sed sunt longi sermones ad instar commenti." Verba Leonis Africani Vit. Arab. p. 255. sub titulo: *De Bachillani philosopho et theologo.* Vid. et supra ad an. 371. Item Herbelot p. 163. b. 260. a. quem non puto recte assecutum fuisse titulum libri, quem citat *Eegiaz al-Corani* اعجاز القران et vertit *des choses difficiles à entendre et à expliquer, qui se recontrent dans l'Alcoran.* Videtur potius notare κατιδια και εξοχα προτερηματα Corani prae aliis omnibus sui generis libris, qui divinitus inspirati feruntur, et in quibus particularibus praerogativis hi libri et alii quivis librorum auctores Coranum et eius auctorem aequare nequiverunt.

(15) *Pag.* 25. *Scharif Hosainicus, Radius.* Vid. Herbel. p. 706. b. tit. *Radhi Scherif*, ubi in fine articuli legendum *Al Sabi*, pro *Al Sahi.* conf. p. 726. b. 727. a. init. Procul dubio est ille, quem Hottinger Bibl. quadrip. pag. 291. citat ex Ibn-Challacano, "*Abu-Gafar Esscharif*, ex posterioribus poëtis non postremus. Composuit volumen carminum."

(16) *Pag.* 25. *Masuvicus.* Sive ab avo, Musa el-tani موسي الثاني seu Mose secundo dicto, sive ab atavo Mose primo, seu Catemo sic appellatur.



Digitized by Google

Gens eius *Banu-Musatani* appellatur in de la Rocque Itinerario in Arabiam felicem pag. 105. edit. Italicae, ubi quatuor principales ramos Scheriforum apud Meccam et Medinam recenset, *Beni-Caider*, vel *Cader*, quos Hagi Chalifa Bani-Ohaidar appellat, بني احيضر. Dein *Beni-Musatani* بني موسي الثاني aut Beni-Hassan. Hi sunt nostri Musuvidae. Tum *Beni-Haschem* بني هاشم et tandem *Beni-Kitada*.

(17) *Pag.* 27. *Talicat el-cabra*. Ad verbum *suspensio magna*, vel *maxima;* ad sensum *adversaria, coniectanea magna*. Scilicet ea scripta, quae ruditer absque cura ordinis et elegantiae sive ut originalia, sive ut scholia, glossae marginales, commentarii ad aliorum auctorum libros, in chartas coniiciuntur, appellant Arabes *Talicat*, quasi dicas *appensa, adiecta*, ex ea notione verbi علق secundae coniugationis, quae adhibetur pro ruditer aliquid effundere, *αυτοσχεδιαζειν*. Inde quoque factum, ut minuta illa scriptio, in qua litterae non integris, ordinatis, consuetis ductibus, sed decurtatis, intricatis, raris, quas nemo fere nisi auctor intelligat, studio celeritatis a festinante exarantur, *Talik* appellata fuerit, non autem a suspensione, ut quidam voluerunt, quasi litterae inferiores a superioribus dependerent, quum in illo genere interdum contingat, ut extra seriem linearum excedens scriptio quasi ascendere videatur. Credo autem hunc librum Adversaria *magna* dici et inscribi, respectu alterius Talicat, auctore Cadio Muhammede filii Ali, filii Abu-Talebi, f. Abdallae, Isfahanico, cuius meminit Noster ad annum 585. Quod si ita sit, non ab auctore, sed a posteris addita titulo huius libri fuerit vox *magna*.

(18) *Pag.* 27. *Chairan*. Hispanico pronunciandi more *Hairan*. De illo conf. Hist. Revol. Hisp. T. III. p. 117. et Rod. Tolet. c. 40. p. 32 lin. ult.

(19) *Pag.* 29. *Ali f. Hamudi*. Appellatur *Abin Hamit* et *Ali Abin Hamit* (est enim idem homo) in Hist. Rev. Hisp. T. III. p. 117. 119. sqq. sed sunt quaedam ibi aperte falsa; ut hoc, istum Hamudidam de gente Omniadarum fuisse.

(20) *Pag.* 31. *Schatiba*. Apparet hinc, urbem quam Rodericus p. 29 et 30 *Citanam* appellat, *Xatiuam* esse.

(21)

Digitized by Google

(21) *Pag.* 31. Conf. Hiſt. Revolut. Hiſpan. T. III. p. 136. Roder. Tol. p. 34. Herbel. p. 98. b. qui perperam nonnulla tradit ex Ibn-Schehna.

(22) *Pag.* 31. Hiſt. Revolut. Hiſp. l. c. *Alaçen.* Sed leg. *Alcaçen,* ut paullo poſt etiam recte legitur. Rod. Tolet. *Alcazim* p. 34.

(23) *Pag.* 33. *In carcerem mittebat.* "Dans le chateau *Anax*, que les hiſtoriens modernes prennent pour *Andujar.*" Hiſt. Revol. Hiſp. T. III. p. 143. ex Roderico l. c.

(24) *Pag.* 35. Hic eſt ille *Hizen* III. quem ſolum memorat omiſſis ceteris Hiſt. Rev. Hiſp. l. c. p. 143. vel potius non omittit, ſed transponit *Heſſchami* et *Muhammedis* dynaſtias; et ipſum quoque Abd er-Rahmanum, filium Heſchami, filii Abd el-Gabari nominat, ſed poſtremo loco pag. 146, *Abderame-Abdeljabar* paululum corrupte ſcribens.

(25) *Pag.* 35. *Abu'l-Haſan f. Gauhari. Ialmar*, quod eſt in Hiſt. Revol. Hiſp. p. 152. eſt prava ſcriptio. Legendum *Iahuar* ut recte eſt p. 153. Hagi Chalifa *Gamhur* appellat ad an. 435, ſed Rod. Tol. c. 47. *Iahuar.*

(26) *Pag.* 37. Aeram hanc, quae Arabicis deeſt, addidi ex Roderico Toletano cap. 47. pag. 37 ubi hanc ſuccinctam perhibet huius dynaſtiae genealogiam et hiſtoriam. "Hiſpali, ait, inſurrexit quidam iudex, qui Abul-Cazin dicebatur, et obiit anno Arabum quadringenteſimo trigeſimo tertio; poſt eum filius eius Habeth, et obiit anno Arabum quadringenteſimo ſexageſimo primo; poſt hunc filius eius Mahomet Abenhabeth. Hic obtinuit Cordubam et alia loca plurima et ſatis proſpere rexit terram. Poſtea Almoravidi, qui ſunt ex Barbaris de Lumtinia [vel Luntinia, non Lutinia, quod editur] huic dominium abſtulerunt, cum in dominio duraſſet annis triginta tribus; et hoc fuit anno Arabum quadringenteſimo octuageſimo quarto." Eo anno deceſſit quidem de vita, ſed dudum ante iam regno fuerat exutus. Vid. ad an. 484 et 488.

(27) *Pag.* 37. His adverſa tradit ipſe Abulfeda in Geograph. ſub voce *Bathalius*, ubi ait: بني فيها صاحبها المتوكل بن عمر الافطس المباني العظيمة ، وهي محدثة اسلامية ، وفيها لابن الغلاس ،

بطليوس 

بطليوس لا انساك ما اتصل البعد ، فلله غور من جنابك ونجد ،
ولله دوحات تحفك بينها يفجر واديها كما شقق البرد ،

"Ibi condidit Motavakkel, filius Omari, Aftas, dominus eius, ingentia aedificia: adeoque eſt haec urbs [Badaljoſſa] urbs recens, ſeu a Muſlemis condita. Cuius in laudem dictum celebratur illud Ibn el-Callaſi:

O Bataljus, tui nunquam obliviſcar, utcunque diu trahat exſilium meum.
Beatas illas tui tractus, valles et colles!
Beatas arbores, quae te cingunt, quas inter erumpens rivus tuus permeat
[prata] ſimilia longis et latis telis bordarum."

Comparat prata varietate florum et herbarum et graminis picta cum borda ſeu veſte ſtriata. Eo libentius appoſui hos verſiculos, quod ſuſpicor eos a ceteris codicibus abeſſe. In Pariſino certe deſunt, qui pro ابن القلاس nominat Ibn el-Allas, ابن العلاس.

(28) *Pag.* 39. Rodericus Toletanus diſſentit l. c. et plures hoc ordine recenſet Caeſarauguſtae regulos Saracenicos. "Caeſerauguſtae inſurrexit Mundir, filius Hyahye, et poſt eum filius eius Hyahye Almundafar [Almuntaſar]; demum tota terra iſta contermina Chriſtianis ſe reddidit Zuleman [Solimano], filio Hamat [Ahmed], qui Abenhut dicebatur. Hic Zuleman fuerat Alcaydus [militiae magiſter] Mundiri filii [non *filius*] Hahye, de quo diximus. Poſt Zuleman filius eius Hamat ſucceſſit; poſt eum filius eius Iuſeph; poſt eum filius eius Hamat, cognomine Almuztain; poſt eum filius eius Abdelmelic; poſt eum filius eius Hamat, cognomine Almutazit [Almontazir]; hic amiſit Caeſarauguſtam et confinia [Marchiam] quae habebat, et Almorauides omnia occuparunt."

(29) *Pag.* 39. *Sehla.* Ex Geographo Nubienſe fere licet coniicere *Sehlam*, vel *planitiem* fuiſſe tractum illum a Medinaceli usque ad Saragoſſam. Memorat enim p. 178. 7. et p. 185. 8. urbem *Santamariam de Ibn Razina* dictam (quo nempe diſtinguatur a Santamaria illa celebre in Algarbia ſita) diſtantem a Medinaceli tribus levibus diaetis, et ſtatim poſt memorat *Calat Ayoub* [quae male *Calatayuda* dicitur] et *Darucam* [Darocam] et *Soriam*, ut vicinas.

(30)

Digitized by Google

(30) *Pag.* 39. Abu-Osaibah in vit. medicorum Hispan. cap. XIII. Deniam appellat قاعدة الامير مجاهد الدين العامري *sedem capitalem Emiri Mogahed-ed-dini Americi.*

(31) *Pag.* 39. *Abd-er-rahman.* Hic est ille Abderramen Abentaxet [leg. Aben Raxet seu Aben Rasched nostro more], quem memorat Roderic. Tolet. p. 38. "Insurrexit Murciae quidam Abderramen Abentaxet, et tenuit eam, donec venientes Almorauides eiecerunt."

(32) *Pag.* 41. Roder. Tolet. l. c. "Insurrexit Almariae Mohez Abdalla; quatuordecim annorum erat cum insurrexit, et totam terram perdidit, praeter Almariam; sed et eum Almorauides obsederunt."

(33) *Pag.* 41. *Badis f. Habusi.* Hic est ille, quem corrupti codices Roderici Tolet. pag. 36 *Habriz* iactant. Leg. *Habuz*, aut ut alias appellatur *Abuz.*

(34) *Pag.* 43. *Beld al-pont.* Scripsi البنت *Albont* vel *Alpont* pro النبت quod in codice erat. Golius (raro exemplo) in Lexicon suum hoc nomen intulit et ait, *Albont esse pagum territorii Valentiani in Hispania Baetica.* In Geographia Nubiensi semper editur الفنت *Alpont* aut *Alfont.* Apparet esse quae in chartis exhibetur *Alpuenta* apud fluvium *Guadilauiar,* ut male inolevit appellari ex male percepta et corrupta deinceps scriptione. Arabes hunc fluvium *Al-vadi el-Achar* vel *Acuar* ex Hispanico scribendi more, hoc est *fluvium magnum* appellarunt.

(35) *Pag.* 45. Herbel. pag. 899. a. "L'an 408 les Tartares et Mogols, compris sous le nom des Turcs sortirent des confins de la Chine, et vinrent piller et ravager avec trois cent mille hommes tout le pays, qui s'étend depuis l'Ocean de la Chine jusqu'aux environs de Balasagoun, capitale de ce qui est appellé plus proprement le Turkestan. Thogan Khan, qui y regnoit pour lors, non seulement les empecha de passer plus avant, mais il les poursuivit encore trois mois de chemin, et en tua plus de deux cent mille."

(36) *Pag.* 47. Atqui diversum tradit Elmacinus pag. 237. ubi ait Taieum praecepisse ان يضرب علي باب عضد الدولة بالدبادب في

Digitized by Google

في اوقات الصلوات الخمس "ut pulſarentur tympana coram aedibus Adad-ed-daulae tempore quinque precum." Non tamen propterea intermiſſae fuerunt voces praeconum e turribus ordinarie clamantium. Habent adhuc orientales principes in uſu tempore precum tympanarum pulſationem. De gubernatore Mocchae, portus Arabiae felicis, ita legitur in Itinerario in Arabiam felicem p. 78: "Queſti ſoldati ſi raunano ogni giorno dopo pranzo ſino a due ore nella grande piazza, per condurre il governatore alla Moſchea, dove và con gran faſtò, accompagnato da' ſuoi figliuoli e da tutte le perſone di qualità; beniſſimo in ordine facendo portare le inſegne del Rè e quello di Maometto e d' Ali al ſuono de' timpani." Pariter deſcribens proceſſionem ipſius regis Iamanici ad templum p. 183 ſic ait: "Sin che dura la marcia i tamburi non ceſſano di battere, come i timpani e gli Oboe di ſuonare."

(37) *Pag.* 49. Conf. Emacinus p. 258. Renaudot p. 397. et p. 409. Catal. Bibl. Reg. Pariſ. p. 346. b. ubi parum probabiliter femina dicitur fratrem peremiſſe, vindictae gratia, ob exprobratam impudicitiam.

(38) *Pag.* 49. Sectatores Hakemi autem, qui ipſum pro Mahdio promiſſo, et pro ipſo deo, reputabant, non periiſſe, ſed tantum evanuiſſe aiebant, indeque rediturum eſſe aliquando. Conf. quae ad an. 434 de tumultu Sekkini et ad an. 705 in hiſtoria Druſorum narrantur, ubi e Catalogo Bibl. Reg. Pariſ. p. 264. n. 1580. verba huc pertinentia et hunc Hakemum, quamvis obſcure, deſignantia allegabo.

(39) *Pag.* 49. Iuvat aliqua quae de ſe prodidit Hakem, non tam levitatis et vaecordiae, quam furoris et immanitatis, ex Maraïo exponere. "Cadi eius debebat, ait, hanc formulam ſuis litteris praeſcribere: Cadi el-Codat, el-Cadi, ſervus Imami Hakemi beamr allah principis fidelium, ſuper quem ſint gratia et amor dei [Salavat allah alaih, titulus, qui non convenit niſi prophetis et apoſtolis dei tantum], et ſuper patres eius puros et ſanctos, conſtitutus ſuper Caheram Moëzzicam, et Miſr, et Alexandriam et Agnad [nomos] Syriae, et Rahabam et Raccam, et Magrab [ſeu occidentem, Africam] et appendentia — Aiunt hiſtorici, non fuiſſe poſt Pharaonem, qui Aegyptum peius afflixerit quam ille Hakem. Volebat deus videri. Sane quidam ſtultorum et dei atque religionis neſciorum plebeiorum clamare ſolebant

Digitized by Google

bant ad ipsius conspectum. *Ia Vahed. Ia Ahed.* O une! O unice! *Ia Mohii. Ia momit.* O vivificator! O morti dans! Edicebat, ut quando nomen suum apud suggestum templi ab oratore recitaretur, omnis corona surgeret, ad reverentiam ipsi commonstrandam; et quando in Chotba [seu precibus ipsis] recitaretur, ut omnes adorarent pronis ad terram capitibus. Idem et in aliis coetibus fieri volebat. Admodum instabilis, variabilis et sibi discors erat. Destruebat ecclesias, et dein restaurabat easdem. Multi Christianorum propterea Muslemi fiebant; quibus veniam deinceps dabat ad pristinam fidem redeundi [quod apud Muhammedanos capitale scelus]. Aedificabat Medresas [collegia] ibique constituebat Schaichos et Fakihos: dein occidebat hos, et evertebat illas. Canes eius iussu omnes necati fuerunt, et succisae vites omnes per superiorem et inferiorem pariter Aegyptum. Prohibebat usum salsamentorum. Imperabat ut fora clauderentur per diem, de nocte paterent. Quaesturam ipse suam curabat, et si quem peculatus et furti reum deprehendebat, eum servus niger, quem illum in finem secum ducebat, paedicabat. Vetebat feminas domo egredi, ideoque succendebat Misram; a quo incendio pars eius aliqua consumta fuit" — —. Mira etiam alia de ipso eiusque in Magia peritia et in Talismanes potentia narrat Wansleb pag. 282 sqq. ipse non minus, quam Aegyptius ille, mirus, ut qui Magiam vehementer laudat, et artem nobilem appellat. Conf. Elmacinus pag. 259. 260. et Renaudot pag. 390.

(40) *Pag.* 55. *Bazzarum.* Vel, Bazzazum البزاز *byssarium, vestiarium*: unde *Bezestan* forum vestiarium, ubi panni, praesertim tenuiores et pretiosiores, sericae, venduntur. Ita Ducas Hist. Byz. pag. 154. ed. Venet. *δομησας θεατρον εν τῃ πολει, ὁ και βεστιοπρατηριον λεγεται, και Περσιστι Βεζεσταν ονομαζεται.* *Bazzazum* hunc appellat Hagi Chalifa ad ann. 353. Nam videtur idem esse cum eo, quem Noster hic memorat.

(41) *Pag.* 55. *Solami.* السلمي gentile a بني سليمة *Beni-Soleima*, tribu Arabica. Verum si السلامي *Salámi*, cum inserto Elif scribitur, est gentile a مدينة السلام *Medinat es-Salám, urbe pacis*, seu Bagdado, ut supra habuimus sub anno 393. Huius viri meminit Herbelot p. 748. voce *Salemi.* P. 819. a. appellat eum *Solemi*, et ait an. 406. obiisse.

(42) *Pag.* 55. Tabacat, hoc eſt *ordines*, vel *claſſes*, inſcriptio eſt libris omnibus Arabicis communis, in quibus vitae doctorum ſive ſectae cuiusdam, ſive ſaeculi unius aut plurium, ſive generis alicuius ſcientiarum, exponuntur, vel ſecundum ordinem alphabeticum, vel ordinem temporum. Quem Noſter *Tabacat-es-Sufia* appellat, eum Herbelotus p. 862. a. *Tarikh ahel al Safouat* nominat. Eſt prorſus idem.

(43) *Pag.* 57. *Dahlaca* eſt inſula in mari rubro; de qua Noſter in Geographia ſic tradit: دهلك بفتح الدال المهملة وسكون الهاء ثم لام مفتوحة وكاف ، وجزيرة دهلك مشهورة وهي في طريق المسافرين في بحر عيذاب الي اليمن ، عن ابن سعيد ، قال ودهلك غربي مدينة حلي ، وطول جزيرة دهلك نحو ثمانين ميلا ، وبينها وبين بر اليمن نحو ثلثين ميلا في البحر ، وملك دهلك من الحبش المسلمين وهو يداري ملك اليمن "Dahlac eſt inſula celebris, qua transeundum eſt illis qui ex Aidab per mare in Arabiam felicem tendunt. Ait Ibn-Saïd poſitam eſſe ab occidente urbis Hali; longam ad octuaginta milliaria; diſtare a continente Arabiae felicis triginta fere milliaria. Rex Dahlac eſt Habeſſinus Muſlemus; ſed revereri et demereri debet regem Arabiae felicis."

(44) *Pag.* 65. Vide ſupra ad an. 411. Neſcio quo auctore Herbelotus p. 529. b. hunc Abu'l-Caſemum appellet *Abul Schohr*. Notitiam huius viri hanc perhibet Raad. "Erat, ait, Abu'l-Caſem Hoſain filius Alii, filii Hoſaïni, filii Alii, filii Muhammedis, de poſteritate Iezdegerdi [poſtremi regis Perſarum], vulgo audit el-Vezir el-Magrab, in proſa et poëſi excellens, auctor compendii Iſlah el-Mantak, et Kitab el-Inas, et Kitab el-Chavvas — obiit anno 418. En ſpecimen poëſeos eius:

أليس من الخسران ان لياليا تمر بلا نفع وتحسب من عمري ،

Annon damnum et dolendum eſt, noctes multas mihi decurrere inutiles,
et tamen vitae meae partem conſtituere?

Nomen Magrabici habuit ex eo, quod ex occidente trahebat originem. Alii tamen inde repetunt, quod inter maiores eius unus aliquis praefectus parti occiden-

occidentali Bagdadi fuerit." Hic eſt ille *Vezir Abulkacem filius Hucein Mogrebita,* cum quo diſputaſſe de Chriſtianae religionis veritate, ſuamque diſputationem ſcripto conſignaſſe Eliam Niſibenſem Metropolitam teſtatur Renaudot pag. 377.

(45) *Pag.* 69. Diu me torſit hic locus; neque mirum. Compendium hiſtoricum coram habemus, non iuſtam hiſtoriam. Brevitatis ſtudium ſaepe perſpicuitati officit, ut hic loci. Quid enim ſibi volunt haec nomina, et quorſum in ſcenam producta? Patet quidem ſeditionem illos fuiſſe molitos, at cuius tandem gratia damnove? ſua ne ſponte, an iuſſi et ſubornati? quis dixerit. Coniiciebam aliquando litteras illas ſeditionem ſpiraſſe, et Haſanum iis voluiſſe filios Corrae, tribum quandam Arabicam, ad defectionem ab Alidis concitare. Et poterat ea coniectura ſic ſatis probabilis videri. Ex quo tamen in Renaudoti Hiſtoriam Patriarcharum Alexandrinorum incidi, intellexi me falſum fuiſſe. Locus eſt memorabilis, ſed quem penitus non magis intelligo, quam praeſentem Abulfedae. Si dediſſet vir doctiſſimus ipſa ſui auctoris Arabica verba, et fidei ſuae plus auctoritatis, et narrationi plus lucis addidiſſet. Sed verbis ſuis utens et omittens quae videbantur inutilia, omiſit parvas quasdam circumſtantias, quas parum ad rem facere credebat, quum permultum facerent. Quamvis itaque nondum ſatis perſpiciam neque Abulfedae, neque Renaudotii locum, qui pag. 400 exſtat, aſſequor tamen ex eo hoc: illum Haſanum, filium Mofregi, Emirum Arabum Taitarum (de quo vid. ad ann. 422) miſiſſe poëtam noſtrum Cahiram cum litteris, inter amicos ſpargendis, quibus factioni ſuae comparatae iam et porro comparandae ſignificabat, penes ſe eſſe illum Hakemum, quem a ſuis interfectum fuiſſe anno 411, ſaltim ex eo tempore non comparuiſſe, ſupra traditum fuit ſuo loco. Mimi huius initium enarrat Renaudotus l. c. finem et cataſtrophen aut omiſit, aut non invenit in ſuis auctoribus. Hanc habet Abulfeda ad ann. 413, initium autem omiſit. Comparandus igitur unus alteri.

(46) *Pag.* 69. *Chazanat al-Bonud* videtur publicus carcer pro talibus, quos vulgo *priſonniers d'état* appellant, et ſimul armarium, vel domus aſſervandis armis et apparatui bellico, fuiſſe.



Digitized by Google

(47) *Pag.* 69. Teixeira pag. 311. "Baxaron sobre Bagadad grandes compannias de Turcos, que sin mucha difficultad la tomaron y metieron a saco, pegandole fuego, que comsumiò la mayor y meior parte della."

(48) *Pag.* 73. *Abu'l-Casem Ibn-Tabataba* videtur cum hoc idem esse, quem Nuvairius nominat Abu'l-Hasan Muhammed, filius Ahmedis, Ibn-Tabataba, Alida, Isfahanensis, et cuius hoc, inter alia laudat:

ان في نيل المني وشك الردي ، وقياس القصد عند السرف ،
كسراج دهنه قوت له فاذا غرقته فيه طفي *

"Prope abest a votorum consecutione interitus: modestia in rebus est pars verae nobilitatis animi.
Vt lucerna nutrita oleo ardet, sed superfusa, exstinguitur."

(49) *Pag.* 73. Apprime huc facit locus ex illo capite Nuvairii, quo vitia linguae et sermonis seu pronunciationis persequitur, et, gentes Arabice loquentes quas litteras quibus permutare soleant, edisserit. Est illud caput secundum (aut ut rectius dicam, est paragraphus 14 capitis secundi) sectionis tertiae Tomi secundi Bibliothecae; et inscribitur ذكر ما قيل في العي والحصر Totus ille paragraphus grammatico viro maxime memorabilis: quae autem ad praesentem locum faciunt verba, haec sunt: واما التي تعرض للقاف هي ان صاحبها يبدل القاف طاء فاذا اراد ان يقول قلت وقال نطق طلت وطال وهي نبطية وكانت في لسان ابي مسلم صاحب الدعوة وعبيد الله بن زياد ، In littera Coph peccatur, quando cum Ta permutatur, ita ut, qui dicere vult *Colt* et *Cál* [*dico* et *dicit*] efferat *Tolt* [*longus fui*, aut *longitudine superavi alterum*] et *Tál* [*longus fuit* cet.] Hic est *Nabathaeismus* [Arabum Nabathaeorum, ignobilium, servilium, quasi dicas Arabum barbarorum, sermo. Le Batois de l'Arabe.] Fuit hoc vitium in lingua Abu-Muslemi Chorasanici, eius qui Chalifatum ad Abbasidas transtulit; item in lingua Obaidallae filii Zeiadi [de quo vid. ad annum 67].

(50) *Pag.* 75. Crupezia, vel calcei lignei frequente in usu sunt apud orientales, ideo, ut ego quidem existimo, quia paucae apud ipsos urbes lapidibus

Digitized by Google

dibus ſtratae ſunt, et nulla munditiei platearum cura habetur. Quapropter etiam itineratores noſtri vehementer queruntur, dicentes hiemis aut pluviae tempore absque equo non poſſe illorum urbes permeari. "Neben dieſen [loquitur de calceis ordinariis, verba ſunt Rauchwolffii pag. 529. l. 1. cap. 3.] tragens auch offtermahls in Häuſern und auff der Gaſſen Holtzſchuh, wie denn deren viel hin und wieder in den Läden zu verkauffen gefunden werden, die wohl über eine halbe Spanne hoch, und in der Mitten zwiſchen den zweyen Stötzlein tief auffgeſchnitten, und ſchön mit mancherley Farben angeſtrichen ſeyndt." Paullo diſtinctius Leo African. III. 30. p. 207. "Mox ſequuntur, ait de foris Feſſanis, qui ſuberes ſive magnatum crepidas conficiunt, quibus per lutoſas plateas iter facturi nobiles uti ſolent. Verum ſumtuoſe admodum, multo ſerico, conoque excellentiſſimo parantur; quae viliſſimae ſunt, aureo ad minimum conſtant nonnullae decem; reperiuntur et quae viginti quinque aureis emuntur. Conficiuntur autem ex moro alba et nigra, iuglande atro et zizipho, quae pro elegantioribus et ſumtuoſioribus habentur, tametſi priores fortiores ſint."

(51) *Pag.* 75. Teixeira pag. 298 ait Manucherum non diu tenuiſſe imperium, eoque mortuo fratrem eius Darabum ſucceſiſſe.

(52) *Pag.* 77. Paullo aliter narrat Cedrenus hanc hiſtoriam p. 731, ubi Απομερμανης eſt qui hic *Ibn-Mervan*. Saepiſſime a ſcriptoribus hiſtoriae orientalis non exacte peritis permutantur ابو *Abu*, et ابن *Ibn*. — Nomairitae ſunt illi, quos Cedrenus p. 705 Νουμεριτας appellat. Alteri, ibi laudati, Αναφιται ſunt بنو حنيفة Hanafitae, filii Honaifae.

(53) *Pag.* 79. Vid. Elmacinus pag. 263. apud quem producti, ſed absque latina interpretatione, verſus Arabici ſic legendi et accipiendi ſunt:

سبق القضاء بكل ما هو كاين ، والله يا هذا لرزقك كامن ،
يغني ما يكفي ويترك ما به يعني ، كانك للحوادث امن ،
او ما ترى الدنيا ومصرع اهلها ، فاعمل ليوم فراقها يا خاين ،
واعلم بانك لا بقاء لك فالذي اصبحت تجمعه لغيرك خازن ،
يا عامر الدنيا اتعمر منزلا لم يبق فيه بالمنية ساكن ،

الموت شي انت تعلم انه حق، وانت بذكره متهاون ،
ان المنية لا توخر من اتت في نفسه يوما ولا تستانن ،

"Iamdudum decretum eſt aeterno fato quidquid contingat. Deus, mi amice, fortunam victumque tuum in occulto ſepoſuit.

Sufficit [ſuppeditat] quod ſufficit; et omittit [praeſtare] quod curae et afflictioni foret. Es quaſi ſecurus et munitus contra omnes fortunae caſus, utcunque cadant.

Annon vides mundum, et eius incolas quotidie in pulverem corruentes et diſpereuntes? Praepara ergo te diei, quo mundum deſeres, o vanis rebus inhians et fruſtrande!

Scitoque aeternum te non fore; ideoque quidquid coacervas opum alteri coacervare.

O colone mundi! colesne donum, cui per mortem incola nullus manet ſuperſtes?

Mors eſt res, quam noſti certo certius et inevitabiliter futurum; et tamen tam levis es, ut eius frequentem memoriam negligas.

Mors reiici alterum in diem non patitur, ſi cuius animam petitum venit, neque veniam aditus rogat [ſed vel invito ianitore et hero irrumpit]."

(54) *Pag.* 81. Teixcira p. 314 *Hamed ben Ocem Maſſoad* [hoc eſt ben Maſud] eum appellat; et p. 315 "murio ſe en eſte tiempo [anno 424] Hamed ben Ocem ſu Wazir, hombre de grande prudencia, y gouierno; cuyo cargo dio a Abu Nacer Hamed Wazir de Altuntax, que eſtaua en Koarrazm." Herbelot pag. 562. b. a Mahmudo amotum dignitate ſcribit, eique ſuffectum fuiſſe Emir Genk Mical, vel Mincal, quem pag. 574. a. Haſnek Mangal appellat: ſed a Mahmudo filio et ſucceſſore, Maſudo, reſtitutum in dignitatem priſtinam fuiſſe, eique anno 424 defuncto ſucceſſiſſe Ahmedem, filium Abd-es-Samadi. Narratio non improbabilis.

(55) *Pag.* 81. *Mimandenſis.* A patria ita cognominatur. "Duplex eſt Mimand, ait Abulfeda in Geographia, una pagus agri Gaznenſis, ad quam pertinet Abu'l-Haſan Ali, filius Muhammedis Mimandenſis, Vezirus Mah-

Digitized by Google

Mahmudi, filii Soboctekini; altera eſt pagus provinciae Fares." Sed alio loco appellat locum *Bimand*, et ipſum virum *Haſanum Bimandenſem, ortum ex Bimand oppido Kermanae.* Herbelot p. 324. b. 534. b. 562. b. et 574. a. conſtanter *Maimendi* appellat.

(56) *Pag.* 81. *Ibn-es-Sammak.* Diverſus hic eſt ab eo, quem habet Herbelot p. 750. a. ſed ubi pro numero 133 ſubſtituendus 183.

(57) *Pag.* 87. In his nexum rerum et perſpicuitatem hiſtoricam deſidero. Forte ſic concipienda mente res eſt. Romani combuſſerant hanc urbem. Vicini accolae deinceps eam reſtaurabant poſt diſceſſum Romanorum. Quare autem eam nominati armata manu expugnabant? Ad quemnam tum pertinebat? Legendumne ſit pro احرقوا *combuſſerunt*, aliud verbum quod *reſtaurarunt* ſignificet? Ego in his profecto nihil video.

(58) *Pag.* 89. Impius habetur a Muhammedanis, qui vinum appetit, nedum bibit. Vel ipſo nomine tenus commemorare vinum, religioni quidam ſibi ducunt. Pertinet huc hiſtoriola, quam narrat Ibn-Doraid de Omaro, ſecundo Chalifa, viro admodum ſevero et ſcrupuloſo, et praecipuo Sunnitarum hypocritarum auctore atque patrono. حدثنا الاصمعي ، قال بينا عمر بن الخطاب في بعض اسفاره علي ناقة صعبة قد اتعبته اذ جاءه رجل بناقة قد ريضت وذللت ، فركبها فمشت به مشيا حسنا فانشد هذا البيت ،

كانّ راكبها غصن بمروحة اذ استمرّت به او شارب ثمل ،

ثم قال استغفر الله ، قال الاصمعي فلا ادري اتمثّل به ام قاله ،

"Narrat Aſmaaeus, Omarum, filium Chattabi aliquando in quodam intinerum ſuorum indomitae camelo inſediſſe, quae ipſum vehementer fatigaret. Quapropter querenti ei vir quidam aliam adduxerit domitam, et doctam. In qua quum molle et commodum iter faceret, eum recitaſſe hunc verſiculum:

> Huius camelae vector eſt ac ſi eſſet ramus in paradiſo laeta dactylorum annona ridente, aut potor vini ebrius.

Dein ſtatim addebat reprehendens quaſi et revocans dictum, quod ſibi non animad-

Digitized by Google

animadvertenti exciderat; dicendo: Eſtagfar allah. Deprecor deum velit mihi ignoſcere. Addebat Aſmaaeus ſe neſcire, num Omar dictum hoc ab alio vetuſtiore poëta mutuo ſumtum, an ſuo procuſum ingenio recitaverit."

(59) *Pag.* 89. *Taalabenſis.* التعلبي, ne ſcilicet cum التعالبي confundatur, de quo paullo poſt ad ann. 429, ſed alii diſcrimen hoc inſuper habent. Conf. Herbelot p. 1020. b. Fuit magiſter eius celeberrimi hermeneutae *Vahidici*, de quo vide ad ann. 468.

(60) *Pag.* 91. Iuvat huc apponere locum elegantem Abu-Oſaibae, qui ad hiſtoriam litterariam horum temporum facit, *in vita Ibn-Botlani*. "Memorat, ait, Ibn-Botlan inter ea, quae ſuo tempore contigerunt, deceſſum multorum eruditorum, et quidem de genere theologico Agalli Mortadii [vid. ad an. 436] et Schaichi Abu'l-Haſani Baſrenſis, et Fakihi Abu'l-Haſani Codurici [hoc ipſo in quo ſumus anno], et Cadi el-Codat Mavardenſis [vid. an. 450], et Abu-Taiabi Tabareſtanenſis [vid. ad an. eundem]; de illis autem qui ſcientias veterum [philoſophiam, matheſin, aſtronomiam cet.] tractarunt, Abu-Ali filii Haitami, et Abu-Saidi Iemanici, et Abu-Alii filii Samahi, et Saëdi medici, et Abu'l-Faragi Abdallae filii Taiabi; qui elegantiorum litterarum et ſtili cultura inclaruerunt, Alii filii Iſae Rabaienſis, et Abu'l-Fatahi Niſaburenſis, et Mahiari poëtae, et Abu'l-Olae filii Tariki, et Abu-Alii filii Mauſalaiae, et Raiiſi Abu'l-Haſani Sabaei, et Abu'l-Olae Maarrenſis." Conf. Herbelot p. 617. b.

(61) *Pag.* 91. Dici non poteſt quanto odio Turci ſeu Sunnitae, Perſas, aut Schiitas, proſequantur. Plena ſunt teſtimoniorum Itineraria. Caferos illos appellant, ſeu infideles, et Rafedios ſeu abominantes, nempe Sunnam et eius magiſtros. "Cafir, infidele, ait Cantemir in vita Moradi I. p. 115. tels ſont reputés les Perſans, ou Rafadi, qui ſemble ſignifier quelque choſe de pire, qu'un Infidele. De là les Turcs Muſulmans ont coutume de dire, que dieu peut étendre ſa miſericorde ſur les autres Infideles, comme les Chretiens et les Juifs; mais qu'il n'y a point de miſericorde pour les Rafadis, dont les crimes ſont aux yeux de Dieu ſoixante-dix fois plus abominables que ceux des autres." Sed prae ceteris hic laudari et conferri meretur cap. 10. Lib. II. *de l'Hiſtoire de l'Empire Ottoman par Ricaut*, ubi momenta diſſidii

Turcas

Digitized by Google

Turcas inter et Perſas recenſet, et edictum Muftii Conſtantinopolitani ſuo tempore editi affert ubi inter alia p. 294 ait: "Vous [Perſae et Schiitae] étes devenus auſſi abominables que les Durgis." [الدرزيـة *Druſi* nobis dicti, de quibus alio loco.] Repetit idem in fine edicti p. 300. "Ce fait voir, que vous étes les plus inſolens et les plus irreconciliables ennemis, que nous ayons au monde. Car certainement vous étes plus cruels envers nous que ne ſont les Sezidi [forte Iezidi اليزيدية, nam Iezid apud Muhammedanos pro impio et atheo habetur], les Kiafirs [الكفار], les Zindiki [الزنادقة] et les Durzians [الدرزية]. Et pour tout dire en peu de mots, vous étes l'égout de toute ſorte d'impureté et de peché."

(62) *Pag.* 95. *Aſſchena.* Non Afhana, ut in Hiſtoria Genkizchani p. 275 bis exſtat, ubi occaſione captae a Genkizchano Bocharae non poterat ſcilicet Avicennae vita praeteriri.

(63) *Pag.* 95. Abu-Oſaibah in vita Avicennae: "Verſabar primum in aula Alii filii Mamuni, domini Chovarezmiae [ipſe fata ſua narrat], dein cogente neceſſitate emigrabam per Neſam, Mavard, Thus, Semenkan, Gagarm, extimum oppidum limitaneum Choraſanae, ad Gorganam [forte Gorgeſtanam] ad Emirum Cabuſum tendens. Interea vero capiebatur ille Cabus, et in carcerem migrabat. Ibam ergo ad Haſacan, ubi quum ſuperaſſem difficilem morbum redibam ad Gorganam." Hactenus ipſe Avicenna. Deinceps continuat eius amicus et familiaris Abu-Obaid Gorganenſis. — "Poſtea transibat Avicenna ad Re urbem, ubi ſerviit dominae [matri Magd-ed-daulae Buidae per eius minorem aetatem] et ipſum eius filium Magd-ed-daulam atra bile laborantem curabat, ibique haerebat donec ad Schams-ed-daulam contenderet poſt peremtum Helatum filium Badri," cet. Apparet Abu-Oſaibam a Noſtro non parum, etiam in ſequentibus, diſcrepare.

(64) *Pag.* 95. Si argutari liceat et verum quid ſit in nugis Leonis Africani, videtur hic ille *Soldanus Iaſochbagh* eſſe, quem p. 257 memorat. Forte legendum ſit *Iazid Begh*, *dominus Iazid*, vel *Iezdae*, cuius urbis profecto dominus erat ille Ala-ed-din.



Digitized by Google

(65) *Pag.* 97. Quinquaginta minae ſunt 300 librae. Mina enim Arabibus duas Ratal vel Rotalos continet. Sed debuit ponderoſior fuiſſe (ſi modo fas ſit in manifeſtis nugis argutari) nam poſtea dicitur haec moles transferri non potuiſſe. Poteſt tamen ſenſus eſſe, hanc molem non pondere, ſed volumine aequaſſe maſſam metallicam 150 minarum, ut apud nos ubique habentur tales maſſae centum aut 200 et plurium librarum.

(66) *Pag.* 97. Conf. Elmacinus p. 262 et 269.

(67) *Pag.* 99. *Comama.* Vid. Herbel. Bibl. orient. hac voce. Wilh. Tyr. I. 5. 6. Cedren. p. 731. C. ubi male Αζιου legitur pro Αζιζου, quem pro Hakemo, patrem pro filio, memorat, errore ex p. 706 traducto. Pag. 739. B. vehementer quoque fallitur et turbat. Errorem hunc etiam obſervavit Renaudot p. 396. Confer. Golius ad Alferganum p. 138.

(68) *Pag.* 99. Vid. Herbel. p. 1020. b. ſed inſunt articulo iſti quaedam a typographis contaminata; ut pro *Eegiat* leg. *Eégiaz* الايجاز اعجاز ut pag. 311. a. recte proſtat; et in fine articuli leg. *du Khalife Kajem beamrillah.* Catalogo librorum eius addi poteſt *Kitab Mohaderat*, qui p. 646. a. citatur. Item *Sehr el-Belagat, va Serr el-Beraat,* سحر البلاغة وسر البراعة qui memoratur Herbeloto pag. 799. a. Non confundendus hic cum *Abu-Iſhaco Taalabita*, de quo vid. ad an. 427.

(69) *Pag.* 99. *Iatimat ed-dahr* ad verbum eſt *orphana aevi.* Nempe Arabes id omne orphanum appellant, quod ſui par non habet praeſertim in pulchritudine; ut margarita, gemma. Hinc intelligas quid ſit *une perle ſeule*, mea quidem ſententia, ſubobſcurius, apud Vattier Oneir. "Si quelqu'un ſonge qu'il a trouvé une perle ſeule [Iatima, orphanam, incomparabilem] il trouvera une belle femme" cet. Conf. Herbelot pag. 479. a. ubi quod in fine columnae de ſuplemento huius libri ait, adverſatur iis, quae pag. 69. b. leguntur.

(70) *Pag.* 99. *Hafet Abu-Noaim.* Vel *Naïm*, ut habet Herbelot p. 324. a. ubi citat eius librum حلية الاولياء وطبقات الاصفياء, quod male vertit *les qualités des amis ſinceres;* immemor eorum quae p. 151. b. de voce *Auliia*, et p. 816. a. de voce *Sofi* tradit, unde conſtat librum illum *vitas ſancto-*

Digitized by Google

*ſanctorum* enarrare. Non magis rectum eſt quod p. 446. b. lin. 11. perhibet, eſſe *librum traditionum Muſlemicarum.* Pag. 29. a. memorat hunc ipſum librum, ſed miſcet duo auctores: unum hunc Abu-Noaimum, auctorem libri *Helja;* alterum Abu-Muſlemum, ad quem *Moſtachrag* pertinet. Ex p. 860. a. denique apparet hunc virum urbis patriae, Isfahanae, hiſtoriam ſcripſiſſe. Quod tandem ad *Sanallah* p. 755. a. ablegat, id putem alienum, et Ahmedem filium Sanaallah diverſum a noſtro eſſe.

(71) *Pag.* 103. Conf. de Selgukidis Wilhelm. Tyr. I. 7. et Cedren. p. 767. Sed ibi multa quae nequeas cum Arabicis hiſtoricis conciliare. E. c. qui Μουχουμεδ ὁ του Ιμβραηλ appellatur, eſt Mahmud Gaznevita, filius Soboctekini; ſed neque vera de illo traduntur, neque ullo modo coniicere valeo quid ſibi velit ὁ του Ιμβραηλ. Neque video quare Togrulbek, quem corrupte Τραγολιπανην appellant, Μουκαλετ audiat. Certe non inveni uſpiam ipſi nomen متخلت attributum fuiſſe, aut مغلت Niſi forte pro Μουκαλετ legendum Βουταλεπ, h. e. Abu-Taleb, quod teſte Elmacino p. 267 praenomen ipſi fuit. Quaenam porro ερημος Καρβωνιτις? De Kermania profecto cogitare non licet. In genere futilia et ασυςατα multa inſunt. Conf. l'Hiſtoire de St. Louis I. p. 369.

(72) *Pag.* 103. *Iabgu* يبغو. Sed Renaudot p. 440 بيغو *Bigu* exhibet, et *Turcarum in Deſcht* [ſcilicet Deſcht Kipgak, quae eſt a ſeptentrione et oriente maris Caſpii] *principem* appellat. Forſan ex Herbeloto, qui p. 800. a. et p. 899. a. ſic habet, quamvis duo diverſos videatur nominare, quorum qui priore loco habetur, idem eſt cum praeſente.

(73) *Pag.* 105. Conf. Hiſt. Genkisch. ubi floruiſſe dicitur quo tempore Hugo Capetus in regnum Francicum invaſit, quod circa A. Chr. 987 (F. 477) contigit. Ibidem dicitur Selguk ſummus dux copiarum Vararcani, Turcarum regis, fuiſſe. Qui Vararcan, videndum fueritne idem cum Noſtri Iapguo.

(74) *Pag.* 105. *Gagrubek.* Modo جغربك *Gagarbek* audit, modo جغربك *Gaferbek*, modo جغربك *Gacar* [ſeu ut Teix. p. 317 ſcribit *Iakar*] *bek*, modo cum inſerto و *Gagrubek*, *Gafrubek*, *Gacrubek.* Male hunc dividit



Digitized by Google

vidit Teix. p. 315 et 316 in duos *Iakar bek Saliuquis* et *Daud Saliuk:* male quoque Hiſtor. Genkischani p. 158 ex *Iafero* et *Iacaro* duos facit, et *Ibrahimum Inalum* omittit.

(75) *Pag.* 105. Nam Turcomani erant David et Togril, de quibus Teix. p. 293. "Los Turkymanis ſon Turcos, que con ſus ganados van paſtando por los campos y deſiertos en cabildas, como Alarabes."

(76) *Pag.* 105. Conf. Teix. p. 315. et quae p. 299. de *Iafartaquino* habet: et quae infra ad an. 436 de aliquo *Alitequin* de gente regum Turcicorum memorantur, qui forte cum noſtro idem eſt.

(77) *Pag.* 105. *Arſlan el-Gadeb.* Eſt idem qui Teixeirae toties memoratur, ut l. c. *Arſalon Balu.* Herbelotus pag. 533. b. ait eum nomine Mahmudi Gaznavitae anno 393 Haratae praefectum fuiſſe, et *Arſlan Giadheb teghinum* appellat. Conf. p. 800. a.

(78) *Pag.* 109. *Harun fil. Altuntaſchi.* Videtur ille eſſe, quem Elmacinus p. 267 شهاب الدعوة هرون ملك الحجابية *Schahab ed-daava* (miro et raro titulo) *Harun*, *principem Gabiae* appellat. Sed temporum ratio videtur obſtare; neque novi, quaenam illa *Gabia* ſit, ibi ſaltim terrarum apud Choraſanam. Videtur الجرجانية *Gorganiae* legendum eſſe. Ceterum non inutile fuerit Elmacini propoſitam laudato loco de origine Selgukidarum narrationem, utut modicam, cum Noſtro conferre. Habet enim memorabilia quaedam, a Noſtro praeterita.

(79) *Pag.* 113. *Anuſchtekin.* انوشتكين vel نوشتكين *Nuſtaquin,* ut habet Teixeira pag. 316. qui his de rebus conferendus. Alii بوشتكين *Buſch* [vel *Puſch*] *tequin,* ut Herbelot. Hic Anuſchtekin probe diſtinguendus ab illo Anuſchtekino Gorſchah, patre Chovarezimſchahorum, de quo deinceps. Notandum quoque Herbelotum p. 562. b. hunc non *Anuſchtekinum*, ſed *Ioſephum filium Pouſteghini* appellare. Vnde coniicio ipſum eundem eſſe cum *Iſſuf Taquin,* quem Teixeira pag. 318 memorat, e quo loco ſimul intelligitur cauſſa huius rebellionis. "Por conſejo de un Iſſuf Taquin, y de un hijo Amir Aly Kaxaoand [hoc eſt Caſchavand] cuyos padres Maſſud hauia muerto."

(80 a.)

Digitized by Google

(80 a.) *Pag.* 113. *Arx Candi.* Hic erat in codice كيدي *Caidi:* paullo poſt erat كندي *Candi.* Teixeira in ſuo Mirkhondo legit كبركبير *Cabrakebir* (ita enim apud eum pag. 417 exſtat), quod ab iſtis ſuperioribus ſcriptionibus non multum abludit.

(80 b.) *Pag.* 119. Adſcribam inſignem, et cui alibi non reperii ſimilem locum ex Renaudoti Hiſt. Patr. Alex. p. 400. Quamvis in quibusdam contaminatus ſit, mihi certe non ubique perſpicuus, intereſt tamen eum cum hoc praeſente Noſtri loco comparare. Narrat autem ſic: "Erant, ait, qui illum [Hakemum] in monte [Mocattamo] diſparuiſſe dicebant, poſtea ſe illum vidiſſe: atque ea occaſione impoſtores multi, qui eum ore aliquatenus referebant, ornatu quo prodire ſolebat paucis ſe oſtendebant eumque ſe eſſe mentiebantur. Inter eos praecipuus fuit Cherout quidam, [videtur noſtri Sekkin eſſe] Chriſtianus apoſtata, Hakemo ſimillimus, niſi quod paullo procerior foret, ſed ore et ſono vocis eum plane referens. Is cum ipſi gratiſſimus fuiſſet, et cum eo magicis artibus operam dediſſet, plures decepit et ab iis pecunias accepit. Vocabat ſe Abu'l-Arab, exiguo comitatu prodibat, et ſi qui eum pro Hakemo agnitum ſalutarent dominumque appellarent, leniter correptos verberabat, dicens nondum eſſe tempus manifeſtandi ſui, monebatque ut capiti ſuo conſulerent. Tandem divertit apud Nomadem quendam ſive Beduinum, Arabem ex familia Kora, nomine Mufrege, filium Temam, cui veſtes pretioſas et arma ſplendida dedit, cum ipſe interim vili habitu a communi religioſorum nihil differente tegeretur. Rogatus cur ipſe cultu qui ſuae dignitati conveniret, non uteretur, reſpondebat, momentum illud periculoſum, quod cavebat, nondum praeteriiſſe; atque tanto artificio mimum illum egit, ut cum Arabs Beduinus tentorium ei paraſſet, inter Arabes per biennium vixerit, multis ad eum concurrentibus, et obſequium, quale Califis deferri ſolet, praeſtantibus. Omnibus tamen ſilentium et ſecretum imperabat; cumque fama illius Cahiram perveniſſet, non mediocrem turbationem attulit. Coactus tamen impoſtor eſt latere, et ex tentoriis Beduini ſe ſubduxit, neque de eo quidquam auditum eſt usque ad tempora Sanutii Patriarchae. Tunc enim latebris emerſit et ad eum ſcripſit litteras quibus deceptus Sanutius pecunias imperatas ad eum miſit — Ita facile fieri potuit, ut



Digitized by Google

quem crudelitas terribilem fecerat, etiamſi mortuus diceretur, vivus tamen a nonnullis et ut olim de Nerone ferebatur, magno inimicorum malo reverſurus putaretur."

(81) *Pag.* 123. *Moazzus, Badiſi filius.* Ergo hic eſt, neque poteſt alius eſſe, quem Hiſt. Revol. Hiſpan. T. III. p. 167 male, defigurato nomine, *Abul Agex* appellat. Forte *Abin Badix* legendum. *Cain, El Cain*, et *Elcainus*, qui ibi et apud Leon. Afric. I. c. 11. citatur eſt *Elcajem.* Pertinent huc eiusdem verba p. m. 15. "Interea qui Barbariae dux ſummus relictus fuerat ex ſtirpe Sanhagia, initio cum Califa Bagadedae foedere ſe totamque ſibi commiſſam Barbariam huic in manum dedit. Califa autem alacriore illum excepit animo, atque totius Africae regem conſtituit. Quod ubi Califae qui Alchairae agebat nuntiatum eſt, incredibile dictu quam id tum ſibi triſtitiae attulerit."

(82) *Pag.* 127. *Abu-Taieb Sahl, f. Muhammedis, Saluc.* Videtur Abulfeda in his nominibus turbaſſe et patrui atque nepotis pronomina colliquaſſe. Ambos habet Sebekaeus. Et patruum quidem (qui hoc loco in cenſum venire nequit propter chronologiae rationes) appellat Abu-Taieb Ahmed, filium Muhammedis Salukitam الصعلوكي non صعلوك *Saluc*, ut Noſter ſcripſit; aitque fuiſſe fakihum traditionarium, et obiiſſe Niſaburae, ſeptimo menſe anni 337. Eius autem ex fratre nepotem appellat Abu-Sahl Muhammedem, filium Solimani, filii Muhammedis, Salukitam pariter, et obiiſſe menſe undecimo anni 369 Niſaburae quoque, litteris omnis generis praeclarum. Vnde autem habeant illud gentile *Salukita*, non novi. Notat vox *Saluc* pauperem Arabem, rerum omnium indigum, qui praeter ſpiritum ſuum nihil poſſidet. Forte talis quis fuit inter eorum maiores.

(83) *Pag.* 129. *Zirobum.* Ignotum mihi hoc nomen. Forte Giroft legendum. Aut ſi recte habet ſcriptio *Zirob*, erit idem atque *Giroft.*

(84) *Pag.* 129. *Abu'l-Chattab Scheblenſis.* الشبلي Ita exſtat in codice; at male. Patet ex Noſtri Geographia, legendum et ſcribendum eſſe الجبلي *Gabbolenſis.* Verba ſunt: "Gabbol eſt oppidum apud Tigridem inter Bagdad et Vaſet; unde multi celebres viri prodierunt et cognomen adepti ſunt;

Digitized by Google

ſunt; et inter eos quoque ابو الخطاب الشاعر الجبلي Abu'l-Chattab Gabbolenſis, excellens poëta, qui poëticam cum Abu'l-Ola Maarrenſe amicam commiſerat concertationem; et cuius in honorem Abu'l-Ola celebre illud carmen ſcripſit cuius initium eſt:

غير مجد في ملتي واعتقادي نوح باك ولا ترنم شادي ،

"Ex meae quidem ſectae ſententia inglorius pariter eſt luctus plorantis atque cantillatio laeti inter pocula cantoris."

Celebre merito ſuo id carmen eſt; et monſtrat auctorem, de quo plura deinceps ad an. 448, opiniones haud vulgares foviſſe.

(85) *Pag.* 129. *Fulaſotun.* Teixeira hunc ſemper *Fulad Sotun* appellat, rectius, mea quidem ſententia.

(86) *Pag.* 131. Hagi Chalifa hoc anno Abu-Talebum (de praenomine) appellat.

(87) *Pag.* 131. *Ibrahim Inal.* Varie ſcribitur hoc nomen اينال *Inal,* et ينال *Inal* vel *Ienal.* نيال *Nial,* unde *Ebraem Neale* et *Nealetaquin* appellatur a Teixeira p. 304. 321. et alibi; بيال *Beyal,* unde *Begal teghin* ſcribitur Herbeloto p. 834. a. Conf. p. 293. a. ubi ait: *Ibrahim Nial ſon frere uterin,* Togrulbeki nempe; et p. 1027. ubi: *Ibrahim ſon oncle maternel;* quae ſecum pugnant. Semper tamen unus et idem homo eſt.

(88) *Pag.* 131. *Serma.* Suſpectum hoc nomen. Neque huc pertinet *Scharmah,* quam Herbelot p. 779. a. et 985. a. habet; nam et in Arabia felice maritima ſita eſt, et ſcribitur شرمة ut patet ex Geogr. Nubienſ. p. 31. 3. Cogitavi num eſſet سرمق *Sermac,* quam Abulfeda in notis marginalibus ad Tab. X. Geographiae ſuae urbem Perſidis appellat, Scharf-ed-din in Hiſtoria Timuri II. p. 176 caſtellum Perſidis.

(89) *Pag.* 131. Romanorum Imperator hic laudatus eſt Conſtantinus Monomachus. — *Togrulbek* celebre nomen in hiſtoria Byzantina; ubi plerumque *Tagrolipix* appellatur. Reperitur quoque *Belceph,* ut apud Paulum Aemilium Veronenſem in Hiſt. Franc. lib. IV. p. 113. mira metamorphoſi, cuius originem in tranſitu detegere, non inutile erit. Legit nempe aliquis impe-

Digitized by Google

imperitius pro طغريلبك cum quatuor punctis *Togrilbek*, طغربلبك *Togr-belbek* cum tribus punctis. Post hunc secutus alius adhuc imperitior, abiectis primis tribus litteris, quas ad nomen non pertinere putabat, retinuit tantum quatuor ultimas. Tandem tertius ultimam syllabam *bek* invertebat, ut esset *kep*, pro more Latinorum istius temporis, qui pro *bek* vel *pek* efferebant *kep*; ut patet ex Itinerario Iosephi Barbari, apud quem pag. 31. b. legitur *Assan Cheph* pro حسن بك *Hassan Bek*.

(90) *Pag.* 131. Debuit ergo intercidisse templum, quod Muslemi iam anno 97 Constantinopoli condiderant. Vid. Leuncl. Hist. Musl. p. 48. 49. 50. Herbelot p. 275. 819. a. Conf. Leuncl. Ann. p. 318.

(91) *Pag.* 133. *Abu'l-Fatah Maudud.* Plura de ipso, quam noster, habet Teixeira p. 319. 320. Herbelot p. 567. a. fatalem ipsi annum citat 435, et septem regni annos tribuit. Successorem Abd-er-Raschid confundit Teixeira p. 320 cum Abd-er-Rahimo.

(92) *Pag.* 133. *Sunnitae Collabini.* Quinam hi sint, et unde dicti, non satis bene novi. Puto tamen *interpolatores* esse. Scilicet in urbibus Muhammedanorum rerum omnium artifices et venditores sua singularia fora habent, in quibus solis, et non alibi, res quasque fabricare et vendere licet. In his habent etiam Collabini, seu interpolatores suum forum, quales "subuculas, mappulas aliaque permulta interpolata vendunt," ut ait Leo Afric. III. 28. in fine: sed melius idem IX. 17. p. 462. "Vlterius, ait, interpolatorum vici spectantur, qui nobilium ac civium pannos preciosamque supellectilem revendunt, non quidem penulas, tunicas, aut lintea, sed res ingentis valoris."

(93) *Pag.* 135. Leo Africanus lib. I. cap. 13. Morgagninus T. I. p. 186. sqq. in Histor. Barbar. et Historia Revol. Hisp. T. III. p. 166. non sine nugis haec referunt aliquanto amplius.

(94) *Pag.* 135. *Reiah.* Hi sunt illi, quos Leo Afric. I. 14. p. m. 19 *Rieh* et *Riehos* appellat.

(95) *Pag.* 137. *Masalli* debet esse locus peragendis precibus destinatus extra urbem. Masalli مصلي enim notat *locum, ubi preces fiunt.*

Non

Non tamen memini Muhammedanos extra urbes et Moſcheas ſuas publica loca precum exercitio deſtinata habere; neque ſuccurrit nunc memoriae, id alibi legiſſe, praeter hunc praeſentem locum et illum della Valle, qui noſtrum egregie illuſtrat, IV. 26. p. 94. ubi ingreſſum ſuum in urbem Schiraz memorans ait: "Niet verre van daer zagen wy de Muſſele, dat is de plaets der openbaere gebeden, aen een beek van klaer water — De ſtant daer af verplichtte ons onz reistuig hier af te laeden en daer te ruſten, tot dat wy in de ſtatt een bequame wooning zouden hebben gevonden. Wy, een wooning gevonden hebbende, traden des avondts in de ſtatt." Forte habent Muhammedani in ſingularum ſuarum urbium auſtrale plaga, vel ea, quae Meccam ſpectat, talia publica ſpatia, ad quas proceſſiones ſollemnes pro impetranda pluvia et aliis magnis momenti faciunt. Forte talis quoque fuit locus ad quem facta fuit proceſſio de qua Noſter ſupra ad ann. 18 ſtatim ab initio.

(96) *Pag.* 137. Leo Afr. l. c. p. m. 17 Tripolin et Cabin, hoc eſt قابس Cabes nominat, et Elchairoë, hoc eſt Cairovanam, de qua ſic loquitur: "Tandem et Elchairoë obſidetur: verum quia illis optime proviſum erat octo menſibus hoſtium impetus ſuſtinuiſſe dicitur. Quibus transactis oppidum obſidentibus patere coactum eſt. Hic miſeranda ſtrages, crudelis ubique exſpirantium vox — Hanc Arabes terram inter ſe diviſerunt ibique habitare ceperunt — Sic totius Africae circuitum ſibi ſervarunt, donec ſucceſſerit in Marocci regnum quidam Ioſephus Ieſſin (Tesfini) filius. Hic primi Marocci rex fuit, atque omnibus viribus conatus eſt iam defuncti Africae regis amicos ad regnum provehere nec prius quievit, quam Arabes Elchairoën deſerere coëgit." Haec poſtrema qua laborent, et qua emendanda ſint, ex Noſtro facile intelligitur.

(97) *Pag.* 137. Collegia orientalium ſtructa ſunt, ut ſunt Fundegi, vel Chani nationum Europaearum in oriente negotiantium, de quibus Rauchwolff, della Valle, et alii Itineratores; vel, ut aptiore comparatione utar, ſunt, ut olim fuerunt Collegia noſtra, et adhuc ſunt Collegia varia Oxonii et Cantabrigiae. Doctores et diſcipuli ſimul in eodem ambitu cohabitant, per cellas diſtributi. Deſcribit ea collegia Leo Afric. II. 45. p. 104.



Digitized by Google

(98) *Pag.* 139. Conf. Teixeira pag. 324. qui haec ipſa narrat, ſed per errorem hunc Togrilum cum Togrulbeco Selgukida confundit, aliaque miſcet.

(99) *Pag.* 141. *Abu-Manba Kervaſch.* Hic videtur ille Καρβεσιος eſſe, quem Cedrenus p. 769 memorat. Sed adeo miſcet omnia, ut qua ratione illa poſſint expediri, ego nullus videam. Deſilit enim ex Arabia in ipſam Hyrcaniam —. Conf. ad ann. 450 ubi Baſaſirici et Coraiſchi, (qui etiam videri poſſet ille Καρβεσιος eſſe, ſi ſupponatur Graecus in ſuo codice non قريش *Coraiſch*, ſed قربش *Carbes* inveniſſe) adverſus Bagdadum et Togrilum expeditio narratur.

(100) *Pag.* 141. De colle poenitentiae vid. della Valle III. 6. p. 26.

(101) *Pag.* 143. Conf. Wilhelm. Tyr. I. 4. et Iac. de Vitriac. Hiſt. Hieroſol. I. 7.

(102) *Pag.* 145. Forte huc referendum illud Crdreni pag. 770. *κατα δε Ῥωμαιων δυναμιν εκπεμπει ἑτεραν αμφι τας κ χιλιαδας, ϛρατηγον επιϛησας αυτῃ αδελφοπαιδα Ασαν τον λεγομενον κωφον επισκηψας — ει προχωροιη* [ſic leg.] *προσκτησασθαι αυτῳ την Μηδιαν. — Ασαν δε παρελθων το Ταβρεζιον* [Tauris] *και το λεγομενον Τεφλις* rel. Crederem pro Ασαν legendum eſſe Αρσλαν et Alp Arſlanum hic intelligi: ſed obſtant ſequentia de caede iſtius Aſani, quae in Alp Arſlanum non quadrant.

(103) *Pag.* 145. Baſaſiricus vir ſatis celebratus Cedreno et aequalibus ſub nomine Πισασιριου. Vid. pag. 767. Teixeirae p. 322 eſt *Baſancery Capitan de los ordinarios.*

(104) *Pag.* 147. *Gazi* الغز vid. Herbel. p. 371. b. ſed Renaudot p. 466 *Az* et *Azaz* nominat. Habuit procul dubio corruptos codices in quibus العز et العزز exſtabat. Gens erat Turcica, quam Togrulbec ſecum ex Tranſoxana eduxerat; unde non mirum apud Elmacinum p. 266. et 270. et Herbelotum l. c. ipſorum rapinas et excurſiones in Meſopotamiam iam circa ann. 426 et 435 commemorari. Quam exitioſa fuerit haec natio, dicetur in ſequentibus ad ann. 547.

(105)

Digitized by Google

(105) *Pag.* 151. *Morabetun.* Vox *Marabot* apud Leonem Africanum et Itineratores nostrates frequentissima est et notat monachum, eremitam, asceticum. Mirum ergo, qui potuerit vir doctissimus Renaudot in eam opinionem incidere, *Magrabitas* et *Morabitas* unum idemque esse, et hoc ex illo detortum et depravatum esse. Scribit enim pag. 81 sic: "Arabes Africani quos Magrebitas vulgo vocant, unde Hispani in vulgari sua lingua Almorauides fecerunt." Vertit autem Leo Afric. per *studiosos*, seu *religionis peritos;* et id quoque passim significat nostris Itineratoribus. Et quia tales Pharisaei, seu legis periti, magnam sanctimoniam affectabant, dicitur quoque homo sanctioris et severioris vitae *Morabêt;* ut constat ex Addisono, Morgano, Braithwaith, et aliis. Sed primarie notat vox Morabet eum, qui pro sua, hoc est Muhammedana fide, positus in confinio hostili, et quasi excubans, Christianos bello lacessit. Et proprium est id nomen Moris Africanis, Arabibus, qui in Africa et Mauritania habitant, exclusis, si fides habenda est Hist. Revol. Hispan. II. p. 485. Cui tamen Noster contradicit, eos ab Arabibus Homeiritis derivans.

(106) *Pag.* 151. *Arabs Godalita,* الجدالي sic in meo codice. Morgan. I. 193 habet *Ielali* (Anglico pronunciandi more, hoc est *Gelali*) quasi جلالي. Sed nostra lectio rectior est. Geographus enim Nubiensis p. 84. lin. 1. edit. arab. ad tribus Sanhagiticas (quae originis Arabicae et Homeiriticae erant) has refert: Banu-Mansur, Iamana, Godala, Lomtuna, Banu-Ibrahim, Banu-Taschfin, et Banu-Muhammed rel.

(107) *Pag.* 155. Vide Herbel. p. 20. a. voce *Abou becre ben Omar,* et p. 623. b.

(108) *Pag.* 159. Conf. Hist. Revol. Hisp. T. III. pag. 171. ubi res Iosephi in Africa gestae, quas Noster levissime attingit, enarrantur. — Hinc intelligas etiam, quare Leo African. I. 10 dicat urbem quae vulgo Maroccum dicatur, a *Luntune* conditam. Ita *Lamtuna* gentem appellat, et toti genti tribuit, quod principi ex ea orto debetur. Clarius exponit lib. II. cap. 45. pag. m. 99. qui locus omnino conferendus.



Digitized by Google

(109) *Pag.* 159. Illuſtrant hunc locum egregie illa Leonis Africani I. 24. p. m. 29. "Qui nobiliores videri volunt pannum nigrum in capite gerunt, cuius pars quaedam totam faciem, oculis tantum exceptis, tegit; eſtque hic eorum habitus quotidianus. Quoties autem cibum in os ingerunt pannum auferunt, ac mox ſingulis morſibus retegunt — negantes honeſtum eſſe ſi quis cibum aperto ore capiat." Eſt autem *Letam* proprie loquendo non totius faciei tegumentum, ſed illud tantum, quod infra nares traductum, os, mentum et genas cum auribus velat, oculos et nares aperta ſinit. Vid. dicta ad annum 163.

(110) *Pag.* 161. *Al-Cofs* eſt pagus, ait Abulfeda in Geograph. inter Bagdad et Ocbara; ubi genio et otio atque hilaritati ſolebat indulgeri [nempe a principibus Bagdadi], et quem frequentes celebrant poëtae in carminibus ſuis. القفص قرية بين بغداد وعكبرا كانت من مواطن اللهو والاشعار فيها كثيرة

(111) *Pag.* 161. Hunc ſupremum Raiſum appellat Elmacinus p. 273 Ibn-al-Muſlema, et Vezirum Caiemi; quod poſterius cum Noſtri relatione pugnare videtur.

(112) *Pag.* 161. *Praeſidens in ſolio.* Hic eſt in Arabico سرير *Sarir*, quae forte eſt *Soffa*, ſeu longum ſcamnum parieti, qui ingreſſum ex oppoſito reſpicit, praetenſum. Thronus autem, qui Togrulbeko dicitur exhibitus fuiſſe, appellatur in Arabico كرسي quae videtur ſella noſtratibus ſimilis fuiſſe. Colligo hinc *Sarir*, aut Soffam auguſtam, vel tribunal, nemini niſi Chalifis licuiſſe, minoribus autem principibus licitum fuiſſe *Corſi* aut *ſedile* habere. Nam alias humi deſident orientales in praeſentia ſummi principis, et viliores in pedibus adſtant.

(113) *Pag.* 161. De more orientalium coram auguſtis ſuis terram deoſculandi, iam alio loco dixi. Iuvat hic e Wilhelmo Tyrio locum praeclarum adſcribere. Is de legatione Almerici ad Adedum, Chalifam Aegypti, ſic narrat libro XIX. cap. 18: "Ingreſſis porro et in interiorem palatii partem admiſſis, Soldanus, de more conſuetum domino exhibens reverentiam,

ſemel

Digitized by Google

ſemel et ſecundo humi proſtratus, quaſi numini debitum cultum et quoddam adorationis genus coepit ſupplex impendere. Tertio iterum proſtratus ad terram gladium, quem de collo gerebat ſuſpenſum, depoſuit. Et ecce ſubito contractis mira velocitate velariis, quae media dependebant et obumbrabant ſolium, revelata facie, throno ſedens aureo, habitu plus quam regio, paucis circa eum de domeſticis et familiaribus eunuchis, apparuit Chalypha. Tunc accedens cum omni reverentia Suldanus, ſedentis pedibus oſculum humiliter imprimens" — —.

(114) *Pag.* 165. Videtur ſecta victu carneo abſtinens eo tempore haud infrequens fuiſſe. In ipſam ſane Germaniam penetraverat ex oriente, unde haereſes omnes veniſſe una cum ſcientiis deprehenduntur. Ita narrat Hermannus Contractus in Chronico ad A. C. 1052: "Imperator, ait, Henricum III deſignans, natalem Domini Goſlarae egit, ibique quosdam haereticos, inter alia pravi erroris dogmata ex Manichaea ſecta omnis eſum animalis execrantes — in patibulis ſuſpendi iuſſit."

(115) *Pag.* 165. Verum eſt, Abu'l-Olam opus cum cura elaboratum et magnum edidiſſe nullum. Nihil eius praeter carmina proſtat, in quibus non pauca tenuis et levis argumenti, multa ultra modum intenta, ſpecioſa magis quam ſana; ſed produnt tamen hominem fuiſſe Arabice callentiſſimum, vaſti, ſubtilis, ſublimis et audacis ingenii. Tam docta, tam variegata ſimilitudinibus carmina nullus alius Arabs, quam ille ſcripſit. Neque carent ſententiis moralibus. Eius opus *Lazum ma la jalzom*, *Cohaeſio non cohaerentis* [hoc eſt diverſorum apoſpaſmatiorum poëticorum diverſi argumenti in unum volumen collectio] eſt opus mere morale, quo vanitatem rerum mundanarum, ridiculum morum humanorum, religionum vulgarium nuditatem, intellectus humani inſufficientiam exponit, homo ut videri poſſit miſanthropus, ſaltim philoſophus. Non mirum tales, qui ſcapham ſcapham appellant, odio et contemptui eſſe. Leve quoque videatur, ſed non eſt, opus illud celeberrimum *Kelile va Dimneh* ϛεφανιτης, και ιχνηλατης, quod ipſi tribuit Herbelot p. 975. b. et *Ketab al-caïf* كتاب القايف ita legendum, non *Alcaïk*, collato Catalogo Bibl. Leid. p. 471. n. 1515. ubi, ſi omnino hic Abu'l-Ola noſter eſt, pro التنوفي *Tenuphaeo* legendum eſt التنوخي *Tanuchi*.



Digitized by Google

(116) *Pag.* 165. Possit ex hoc loco coniectura fieri, veterum Persarum et Brachmanum religionem eandem fuisse; quod ipsum alicubi etiam memini legisse. Videbamus modo in verbis de la Rocque, vaccam grande illud obiectum amoris et venerationis Indorum esse. Addit Idem laudato loco, Indos aut Banianes in effingendo tulbanto suo id praecipue studere, ut caput vaccae referat. "Procurano di far imitare quanto possono le corna e la testa della vacca." Sed quod maxime huc pertinet, memorat Idem ibidem, eos capere "ogni mattina una certa compositione fatta con bovina mescolata di zafferano, con cui si segnano in fronte prostrandosi e toccando la terra, e così nell' estremità delle orecchie."

(117) *Pag.* 169. Elegans est quod Elmacinus p. 272 observat, Basasiricum et Ibrahimum Inalum collusisse et ex condicto turbas Togrulbeco excitasse, eumque quasi medium interceptum vexasse; et illum quidem huic rebellandi adversus fratrem movisse cupidinem, proposita spe summi principatus.

(118) *Pag.* 173. *Harim* seu *septum augustum et inviolabile.* Ita dicebatur ambitus ille in urbe Bagdadi orientale, qui palatium Chalifae orientale, alias *Casr*, vel *castellum, Mahdii* dictum et officialium, famulorum, feminarum aedes, verbo totam aulam amplectebatur. Vid. Golius ad Alferg. p. 123. Abulfeda sic describit ex Mostareko Iacuti. "Ambitus Harim, ait, propemodum tertiam efficit Bagdadi partem. Ambit eam murus semicircularis aut semilunaris a ripa Tigridis orientale incipiens et in eandem rursus desinens. Insunt multae portae. Prima penes Tigridem باب الغربة *Bab el-Gorba* [porta peregrinitatis, si recte percepi], proxima باب سوق التمر *porta fori dactylorum* [cum adiuncta sua platea, quae idem nomen cum ipsa porta habebat; quod de ceteris quoque portis observandum]. Porta haec alta est; sed a tempore Chalifae Imami Naseri inde clausa. Deinceps est باب البدرية *Bab el-Badria:* tum باب النوبي *Bab en-Nubi* [porta praefectorum], in qua est *Ataba* العتبة [lapis ille aliquanto a solo elevatior quem pedibus neque humanis neque animalium calcare licet, sed] principes viri et legati externi osculo impresso venerantur. Deinceps est باب العامة *Bab el-Amma, porta communium* [vel porta vulgi], cui nomen aliud etiam est,

Digitized by Google

eſt, nempe باب العمورية *Bab el-Amuria* [*porta Amorii*]. Hinc procedit murus fere milliare absque porta praeter ſolam باب البستان *Bab el-Boſtan*, portam horti, ſub turre, ſub qua تنحر الضحايا mactantur victimae [decimo Du'l-hegga, quovis anno]. Tandem eſt باب المراتب *Bab el-Marateb* [*porta graduum*, vel *ad gradus*] quae a Tigride fere duobus ſagittae iactibus abeſt. Totum illud, quod hic murus ambit, appellatur حريم دار الخلافة *Harim Dar el-Chalafat* [ſacrarium ſedis Chalifatus] et complectitur multos vicos, fora et domus privatas, ut urbem maximam repraeſentet. Sed domos privatos ab ipſo palatio et aula ſecernit alius minor et interior murus adhuc a Tigride propior, qui nonnullas privatas domus includit."

(119) *Pag.* 173. Habet aliquid hac de re Renaudot in Hiſt. Patr. Alex. p. 435. ſed tam illud turbidum et myſteriofum eſt, ut nequeam expedire. Ait per illam ingentem et inauditam caritatem quae anno 459 aut ſecundum Noſtrum anno 462 Miſram afflixit, exhauſtos fuiſſe theſauros quos Fatemidae collegerant et "ſupellectilem omnem Califarum Abbaſidarum, quam Baſaſiri capta Bagdado ceperat, et quae exſtincto Tayo [qui anno 381 deſiit] ad Muazzeddaulam pervenerat." Muazz-ed-daula Buides, ſi eum deſignat, mortuus eſt anno 356: ſi Moëzzum ledin allah, Chaliſam Fatemidem, erravit in nomine; praeterea is ipſe quoque decennio poſt illum Buiden obiit, anno 365. Aut ineptos habuit auctores, chronologiae imperitos, aut non recte percepit, quod Noſter ad ann. 462 ait, de ſupellectile Fatemidarum nonnulla pretioſa per mercatores Bagdadum in manus Chalifarum Abbaſicorum perveniſſe.

(120) *Pag.* 173. *Hadita Anae.* Sic appellatur diſtinctionis gratia. Nam eſt etiam altera Hadita [ſeu Neapolis] ad Tigridem. Haec autem, quae hic Hadita Anae dicitur, ideo quod ab urbe Ana parum diſtat, eſt ad Euphratem.

(121) *Pag.* 173. *Aid en-Nahr*, feſtum Meccanae religionis. Dicitur quoque *Iaum* يوم vel *Aid el-Adha* عيد الاضحي. Hoc poſteriore nomine citatur in de la Rocque Itiner. in Arab. felic. p. 113: "la gran feſta del

del Mahomettismo, chiamata dagli Arabi Aid al Adha, la festa del sagrifizio, o delle vittime." A Moris seu Barbariscis appellatur *Aid el-Cabir*, *festum magnum*. E contrario Turcae id *Bairam minus* appellant. Vid. Leunclav. Pand. p. 315. n. 32. et della Valle II. 28. p. 127. qui caerimonias eius victimae ample describit. Et vicissim, quod Turcae *Bairam maius* appellant, seu *Iaum el-Fetr*, diem deieiunationis, in cal. decimi mensis incidentem, appellant Mori العيد الصغير *Aid es-Sagir*, *festum minus*. Vid. Addison II. 1. p. 11. et 17. p. 161. Pleni sunt de his Itineratores nostri.

(122) *Pag.* 173. Vid. paullo superius dicta ad ann. 342 adnot. nostram 95.

(123) *Pag.* 175. *Tailasanam* clericorum gestamen esse, docent haec apud Abu-Osaibam in vita Avicennae; ubi de se ipse Avicenna sic loquitur: قدمت الي الامير بها وهو علي بن المامون وكنت علي زي الفقها ان ذاك بطيلسان "Praesentabar Emiro Chorezmiae, qui tunc erat Ali filius Mamuni, eo habitu fakihis usitato, quem tunc gerebam, scilicet tailasano." Conf. quae ad an. 270 ad Davidis Isfahanensis vitam ex Raudo citavi. Iam ergo patet, Tailasanam fuisse clericorum, religiosorum gestamen. Sed quale illud fuerit, nondum constat. Golius in Lexico id tradit: "Epomis est, ait p. 1473, amiculum, fere ex pilis caprinis vel camelinis contextum, quod humero iniectum dependet de dorso, vel etiam capiti impositum deorsum promittitur, quale philosophi et religiosi, apud Persas imprimis, usurpare pro insigni solent. Inde Arabibus ابن طيلسان est Persa et Barbarus, et يابن طيلسان est convitii formula." Cucullus igitur est. Vid. Herbel. p. 293. a. "Quelques uns portoient un chaperon" cet. Sed quare mare Caspium appellatum fuit *mare Tailesan?* teste Herbelot pag. 340. b. Num a figura? Frequentes in geographia denominationes a zona, taenia, lingua, *απο χιτωνος* rel.

(124) *Pag.* 175. Tortur est longus et acuminatus pileus vilioris pretii, qualem Arabes Beduini et pauperes gestare solent; qui proprie constituit fundum tulbanti, et circa quem circumvoluta tela tulbantum efficit. Conf. de la Rocque p. 212. Io. Helffreich Lipsiensis in Itinerario pag. 726 de Arabibus nar-

Digitized by Google

narrans: "Die Männer, ait, tragen auff dem Haupt einen rothen ſpitzigen und zottigen Hut, mit einem weiſſen Tuch umwunden." Ita quoque Rauchwolff II. 3. p. 563 de filio Emiri Arabum et eius ſatellitio narrans: "Er hatte einen ſchönen weiſſen Bund auff und lang veilbraunen wüllin Caban an. Seine Diener aber gingen ziemlich bloſs. Dann etliche trugen nur ſchwartze Filzhäublin auff und hetten an lange Indichfarben Hemder." Quod autem huic ſonti tulbanum ademerint et ſolum pileum reliquerint, id notabat, eum degradatum et munere ſacro atque dignitate, cuius ſymbolum eſt tulbanus, ſpoliatum eſſe, et ut vilem animam, ut miſerabilem Arabem famelicum, cuius geſtamen eſt pileus e cilicio, ad ſupplicium duci.

(125) *Pag.* 175. Non id eius ſtudio factum fuiſſe, aut quod Miſrenſis aeque Schiita erat, quam potius ut pecuniam gerendo adverſus Chaliſam Bagdadicum bello neceſſariam acciperet, coniicio ex Elmac. p. 271.

(126) *Pag.* 177. *Ibrahim Inal.* Videtur ille eſſe, quem Cedrenus p. 771. et p. 788 Αβϱαμιον Αλειμ (hoc eſt Alium) appellat. Sed poſteriore loco Cedrenus ridiculo errore *Savam*, urbem Particam, pro *Saba*, regione felicis Arabiae, accepit.

(127) *Pag.* 177. "Togrul s'accommoda avec Ibrahim Nial ſon frere" ait Herbel. p. 241. a. falſus procul dubio, et ſaepius antea factum cum his poſtremis confundens. Ceterum conſtat ex Itineratoriis, nervum eſſe apud orientales ſupplicium multo honeſtiſſimum et benigniſſimum. Sic enim miſer nihil ſanguinis nedum de cetero corpore quidquam amittit.

(128) *Pag.* 179. Petit la Croix Hiſt. Genk. p. 165. not. "En tems de ceremonie les Sultans marchoient à pied devant le Calife, et tenoient la bride de ſa mule." Erpenius in Elmac. p. 274 باب الحجرة vertit *portam lapideam.* Paullo aliter narrat Herbel. p. 241. a.

(129) *Pag.* 179. Duce خمارتكين *Chemartekino,* non ut in Elmac. p. 274 proſtat حمارمكين *Himarmacino.*

(130) *Pag.* 179. Titulus et praenomen viri erat al-Modaffar Abu'l-Haret. Elmac. p. 271.



Digitized by Google

(131) *Pag.* 181. Puto hic non Mesopotamiam, sed urbem Gazirat Ebn Omar dictam intelligi.

(132) *Pag.* 181. *Abu-Taiiab.* الطيب, non الطبيب *Tabib*, ut citat Herbel. pag. 974. b. voce *Ketab al-ghena va tahrimho* كتاب الغنى وتحريمه.

(133) *Pag.* 181. *Abu'l-Hassan Ali — Mavardensis.* Cuius iam aliquoties meminit, ut ad an. 422 et 434. Herbelot, praeter al-Havi, ait eum scripsisse *Nasihat el-Moluk*, admonitionem regum, p. 566. b, ubi de hoc ex professo agit, item *el-Ahcam es-Soltania*, regulas imperatorias, ut recte p. 71. a. init. prostat, non *Haccam* ut p. 566. b. porro *Adab ed-Donja vaddin*, quomodo se quis tam in spiritualibus quam in temporalibus gerere debeat p. 52. b. Porro ei tribuuntur: *Amtal el-Coran*, similitudines, vel comparationes, item Proverbia Corani. *Canun el-Vozaraï*, Canon, norma Vezirorum p. 251. b. *Sejasat el-Molk*, de moderatrine regni, p. 809. a. sed ibi Abu-Hamed Otman appellatur; et tandem *Tashil en-Nasr, va Tagil et-Tafr* acceleratio auxilii et victoriae p. 874. b. Patet hominem politicum fuisse.

(134) *Pag.* 183. Aqua rosarum tanta paratur et consumitur in oriente, ut integrae quaedam urbes legantur magnum eius commercium agitare. In medicina utuntur, ut nos aqua fl. tiliae; manus ea abstergent delicatiores post prandium, barbas ea respergunt cet. Pro sancta quoque et pura habetur. Ita legimus Muslemos templa Christianis olim insessa, ubi nacti suas in Moscheas convertant, aqua rosarum lavare, velut purificaturi. Mortuorum denique corpora ea lavant. Vid. della Valle IV. 12. p. 71.

(135) *Pag.* 183. De bellis Davudi Gagrulbeki et Selgukidarum cum Gaznevidis et ipsorum pace vid. Teix. p. 325. 326.

(136) *Pag.* 183. *Ali — Zuzanensis.* Videtur vir illustris fuisse. Habetne aliquam relationem cum illo Zuzani, el-Adib, quem Herbel. p. 63. a. p. 654. b. 655. a. primum secretarium in curia Sultani Malicschahi fuisse ait? Forte filius a nostro fuerit hic ab Herbeloto memoratus.

(137) *Pag.* 187. Hoc ipsum distichon tribuit Abu-Osaiba, cap. XII. *Abu'l-Farago Ibn-Hendu*, cuius et alia ibi profert. Sic solent Arabum grammatici

Digitized by Google

matici et hiſtorici diſcrepare in citandis celebrium elegantiumque apoſpaſmatiorum auctoribus.

(138) *Pag.* 189. *Ducebat Togrulbec in matrimonium Caiemi filiam.* Memorabile eſt quod Elmacinus p. 275 ſcribit, Chalifam, puellae patrem, vix potuiſſe eo adduci, ut illi matrimonio conſentiret; alii puellam tradunt invito patre ad marritum, Raiam, abiiſſe. Quam ob rem reluctatus fuerit Chalifa, non proditur. Forte quis coniiciat ideo noluiſſe patrem conſentire, quia verebatur inceſtui occaſionem praebere. Tradit enim idem Elmacinus p. 173. et forſan ex eo quoque Hiſt. Genkizch. p. 159. eundem Togrulbekum huius ipſius Chalifae ſororem in matrimonium duxiſſe. Rarum certe inter Muhammedanos eſt, eundem virum patruam et neptem ſimul in thoro habere. Sed ea de re Noſter non memorat. Herbel. p. 898. b. ceſſitationis cauſſam ait odium et contemptum fuiſſe, quibus Turcae ab Arabibus habebantur, et Abbaſidarum opinionem, ſanguinis ſui puritatem matrimonii cum Turca coniunctione pollui.

(139) *Pag.* 189. *Schahab.* Memoratur hic liber in Catalogo Bibliothecae Regiae Pariſinae p. 147. n. 449. ubi ſic habetur: "Liber cuius titulus, Chehab [gallica pronunciatione] al Akhbar [شهاب الاخبار], id eſt lumen hiſtoriarum, ſive collectio ſententiarum Muhammedis, ſtudio Kadhaï cuiusdam anno 454 mortui." Deeſt huic titulo alterum membrum, cuius rhythmus voci *al Akhbar* reſpondeat; forte في نوادر الاثار aut ſimile quid. Paullo aliter concipitur huius ipſius libri titulus in Catalogo Biblioth. Leidanae p. 415. ubi ſic exhibetur كتاب الشبهات في المواعظ والاداب من حديث رسول الله — cum hac Latina recenſione: "Abu Abdalla Muhammed Ben Selam Cadaaei varia adagia praeſertim theologica ex traditionibus Muhammedicis collecta et in claſſes vocum, quibuscum incipiunt, digeſta." Ex rhythmo vocis الاداب *al-Adab* patet pro الشهبات quod ibi vitioſe editur, ſcribendum eſſe الشهاب *es-Schahab.*

(140) *Pag.* 189. *Annales Chalifarum.* Forte idem liber eſt cum eo, quem la Croix l. c. laudat ſub titulo *Ayoun al Maarif* عيون المعاريف (vel عيون المعارف) *les fontaines des ſciences.* (Rectius, *fontes notitiarum.*)



Digitized by Google

"Ceſt une hiſtoire chronologique univerſelle, continuat, qui traite des prophetes, des Califes, des Rois et des princes, et finit aux Califes Fatemites. — Il a fait une autre hiſtoire d'Egypte." Haec eſt illa quam Noſter titulo *Chotat Meſr* خطط مصر citat.

(141) *Pag.* 189. Conf. Hiſt. Genkizch. l. c. ubi huius Ibn-Sallamae عيون المعارف citantur, *Oiun al-Maaref*, aut integrius *Oiun al-Maaref va fonun achbar el chalaiek* (qui titulus generalis omnium hic allegatorum ſingularium librorum eſſe videtur). Ita citat Herbel. p. 868. ſed p. 686. a. عيون المغارف وفنون اخبار الخلايق *Oiun al-Mafarek* rel. prior lectio videtur melius convenire cum ſenſu et indole linguae Arabicae, poſterior melius cum caphia ſeu rhythmo.

(142) *Pag.* 189. *Solaihita.* الصليحي. Poterat etiam *Salihi* legi. Et Gravius in Latina interpretatione Abulfedaeae deſcriptionis Arabiae in Geogr. min. T. III. p. 48. reddit الصليحيون per *Alſalihiyuni*. Ego vero ibi loci ſcriptum inveni in codice Leidano الصُلَيحيون *Solaihiiun*, hoc eſt *Solaihitae*.

(143) *Pag.* 191. In Arabia felice *regionem cypreſſorum* eſſe ſic dictam, nondum reperii apud alios. At Lareſtanam provinciam, etiam *Serviſtanam* et *Selviſtanam* a copia cypreſſorum dici referunt Abulfeda geographus et Itineratores. Hoc tamen non ideo ſcribi, quaſi de fide Abulfedae dubitarem, ſed ingenuus ignorantiae meae confeſſor. Suntne forte *Belad es-Saru*, terrae cypreſſorum, hoc loco idem cum *Saravat*, de quibus Abulf. Tab. Arab. p. 6. edit. Hudſon.

(144) *Pag.* 191. *Ras Meſchar.* Teixeira in Itiner. ex India in Italiam p. 49. "la enſenada de Mexira, a que los Portugueſes dezimos Maciejra."

(145) *Pag.* 193. Hic eſt ille Nagib-ed-daula Ali, filius Ahmedis, Gorganenſis, Vezirus Taheri, quem Renaudot p. 409 male *Mogib ed doulet* appellat.

(146) *Pag.* 197. Id potui ex Arabicis exſculpere, quae hic loci nonnihil affecta erant: ſenſu non incommodo. Non violabant quidem Bagdadicas

Digitized by Google

dicas eo ſenſu quo Latini eam dictionem accipiunt. At orientales mulieres ſatis violatam ſuam pudicitiam reputant, ſi quis eas apprehendat manu, velumve ipſis invitis retegat. Quod patet ex illo caſu quem della Valle II. 30. p. 142. narrat apud Caſchanam uxori ſuae, Maani [معني] contigiſſe: "Zy in een Winckelſtraet gaende, in een plaets daer veel Volck was, wird van een moedwillige, die naer de kleeding haer voor een rampzalige Slavin anzag, geſtoten en wat ruwelyk by de Arm gevat, gelyk de dronkene lieden gewent zyn de vrouwen, die zy op de ſtraet ontmoeten antetaſten." Vnde tumultus ortus, per quem aggreſſorum unus in ipſo loco trucidatus fuit.

(147) *Pag.* 197. *Alp Arſlan.* Vulgo *Alpaſalem*, et Cedreno p. 773. ult. **Ασπαμ Σελαριος**, qui male ipſum fratrem Togrulbeki facit; item p. 783 **Απλησφαρ**, aliis **Ασαν**. Togrulbek autem vulgo *Tangrolipix*, et a Marino Sanuto p. 237 adhuc corruptius *Degriſotorilſa* dicitur. Conf. l'Hiſtoire de S. Louis I. p. 370.

(148) *Pag.* 199. *terrae convulſio* rel. Forte haec vera cauſſa fuit mandati Chalifae Aegyptii urbes Palaeſtinae et Syriae reaedificandi; de quo vid. Wilh. Tyr. VIII. 17. p. 772.

(149) *Pag.* 199. ***Condar*** eſt pagus in provincia Niſabur. Conf. Herbel. p. 102. a. 108. b.

(150) *Pag.* 201. ***Harama*** videtur oppidum Tranſoxanae eſſe, illud quod Scharf-ed-din in Hiſt. Timurbeki, I. p. 10. memorat.

(151) *Pag.* 201. De horum diſſidiorum cauſſa narrat Cedren. p. 789. ſi fide dignus in his quidem rebus auctor ſit, et Herbel. p. 102. b. ubi paullo fuſius et diſtinctius, ſed et aliter quam Noſter.

(152) *Pag.* 203. De talibus vocibus ſpirituum, et Faunis, Nymphis, Empuſis aliiſque monſtris plena ſunt Arabum Scenitarum monumenta; perridiculae quaedam hinc proſtant hiſtoriolae. Vid. quae ex ***Mirat ez-Zaman*** ſeu *ſpeculo temporum* in Actis Eruditorum menſe Dec. 1747 attuli. Perhibent genios illos Caravanis ſaepe indicare et nominare, ſi quis vir illuſtris eo tempore deceſſerit, quamvis remotiſſimis in locis. Perhibent eos quoque illuſtres mortuos planctu et eiulatu et elegis proſequi; et multa reperiuntur

 talia

Digitized by Google

talia poëmatia daemoniaca in Collectionibus historiolarum. Ita feruntur adhuc hodie caedem Hosaini in planitie Kerbulense plangere, neque tutum esse ibi de nocte ambulare. Perhibent eos utriusque sexus esse, et connubia celebrare atque liberos procreare; mares eorum quoque feminas humanas comprimere et impraegnare, et inde homines admodum strenuos et plusquam humanos edi. Perhibent quoque feminas generis daemoniaci cum viris humanis consuescere, et iis liberos parere. Ita dicitur Tamimitarum omnium communis avia daemon fuisse; de qua femina mira narrant. Quis autem haec talia miretur in Arabibus, gente rudi, litterarum et bonarum artium experte; quum haec ipsa utcunque absurda et ridicula, tamen in nostrate quoque plebecula deprehendat qui cum ea versari opus habet.

(153) *Pag.* 205. *Onkud.* Derivatum ab *Onc,* seu cervice, a male feriatis impostoribus excogitatum, alludens ad morbi sedem. Similiter comparatum est cum isto *Halkum*, genio, vel semideo, et eius matre, *Omm Halcum*, nympha, de quibus statim ex Ibn-Schehna historiolam adscribam. Confinxit enim aliquis hoc nomen ab *Halk*, seu pharynge, propterea quod eam corporis partem contagiosa occupaverat inflammatio.

(154) *Pag.* 205. Etiam Muhammedani silicernia, seu epulas funebres, celebrant. Habent enim in more (ut Addison II. 15. p. 151. de Moris refert), nihil comedendi, quamdiu defunctus in aedibus et super terra est. Postquam vero sepultus fuerit, et redierint gentiles ab exsequiis, instruunt epulas. Et praeterea quoque epulas instruunt super sepulcris ipsis, ibique absumunt, aut et relinquunt partem ibi pro pauperibus. Putant etiam aliqui rudiores, manes circa sepulcra vagantes, et die Veneris in ipsa corpora defuncta redeuntes, inde proficere. Vnde est quod ipsis largam pluviam imprecantur, ne scilicet sicci manes siti fatiscant, et ne flores arescant, quos super sepulcris plenis manibus spargunt et plantant. Qua de re alibi. Sed de his silicerniis praecipue audiendus est della Valle l. c. quem adscribere operae pretium est. Narrat se vidisse haud procul domo sua Schirazae feminarum chorum ad sepulcrum nuper defunctae iuvenculae procedentium. "De Moeder van d'overleede Vrou, en een van haer Susters met eenigen van haer Magen en Vrindinnen, die tot deze Uytvaert genodigt hadden geweest, quamen d'eer-

d'eerſten, en droegen veel ſchuttels met ſpyſe die zy opt 't graf nederzetten, daer zy tapyten nederſpreiden, op de welken zy gingen zitten, en geramentlyk hun avontmael hielden, vermitts zy zich inbeelden, dat het geen, 't welk zy aten tot verquicking van d'overleede verſtrekte" et reliqua quae ibi ſcita et memorabilia de his moribus habet.

(155) *Pag.* 205. Nullo tempore libera fuit plebeia ſimplicitas a deluſionibus huius generis. Palaemonis et Hylae tragoediae huc ſpectant, et aliquo modo mures illi aurei Philiſtaeorum in libris Regum; et quidni etiam Vampirorum noſtra aetate graſſatio? Ibn-Schehna, poſt haec ipſa, quae Noſter Abulfeda dedit, enarrata, ſimilem addit lepidam fabellam his verbis: "Audivi, ait de ſe loquens, ſimillumum quid Miſrae contigiſſe, quum ſub initium imperii Malek Taheri [Bibarſi] graſſaretur faucium dolor. Inſtituiſſe tum multitudinem pultem coquere, quam in Nilum proiecerint, cum hac formula: O Omm Halkum, mortuus eſt Halcum, et neſciebamus: per deum immortalem excuſa nos." Poſt haec ſcripta, deprehendi, locum hunc Ibn-Schehnae iam ab Herbeloto p. 375. a. fuiſſe allatum. Vnde operae impenſae poenitebat. Non inutile tamen prorſus fuit etiam hic adſcripſiſſe. Nata enim ſic fuit occaſio monendi doctiſſimum illum virum verba Ibn-Schehnae في اول الدولة الطاهرية *initio dynaſtiae Tahericae* male accepiſſe et male reddidiſſe *ſous le regne du Khaliſe Dhaher le Fathimite.* Non hic, ſed quod iam indicavi, Malec et-Taher Bibars el-Bondocdar deſignatur.

(156) *Pag.* 205. Magnam curam impendunt orientales, ne caput ſibi unquam nudum ſit, et pro dedecore habent, nudo capite conſpici. Ideoque neque coram rege aut magnate, neque in ipſis precibus cidares deponunt; ut Iudaei pileum nunquam tollunt. At qui ſanctimoniam et humilitatem affectant, caput, imo totum corpus, ut Gymnoſophiſtae, vel Brachmanes, nudant, eoque velut publico contemtui et ignominiae ſe exponunt. Pleni de his Santonibus, aut Derviſchis, ut appellant, noſtri Itineratores.

(157) *Pag.* 209. *Abu-Iaala Muhammed.* Non hic eſt ille Abu-Iaali Muhammed quem Herbelot p. 430. a. memorat. Hic enim eſt filius Muhammedis, cognomine Ibn-Hareba (conf. Catalog. Bibl. Leid. p. 475. n. 1628). Noſter autem eſt filius Hoſeini, cognomine Ibn-el-Farrai.

(158)

(158) *Pag.* 209. *Sefat, divina attributa.* Hinc dicta sunt *Sefatii* الصفاتيون seu *attributarii,* qui statuunt deo addi posse attributa, et dici e. c. *Deus est maximus, Allah Acbar.* Alii contra negant. Vnde difficilis et multis luctuosa controversia nata. Vid. Ricaut Hist. Imp. Ottom. II. 12. p. 324. sed praecipue cap. 11. p. 305. "Les Grands Antagonistes des Motazalis sont les Sephatis. Ils donnent des attributs éternels a Dieu — et quelques uns d'entre eux le font si grossierement, qu'ils s'imaginent, qu'il y a en Dieu des organes pour l'ouie, pour la vûe, et pour la parole, soutenant que l'on doit entendre litteralement les façons de parler dont on se sert, quand on dit: Dieu est assis dans son throne, que la creation est l'ouvrage de ses mains."

(159) *Pag.* 209. *Saiieda. — Domina.* Sic appellari solent feminae ab Alio devenientes, quemadmodum eius gentis viri *Scharifi* audiunt: unde concludo talem feminam fuisse huius matrem. Vid. Herbelot pag. 799. b. voce *Seidah.*

(160) *Pag.* 211. Herbel. pag. 870. a. "Le tems qui s'ecoula depuis l'an 457 jusqu'en 464 est appellé *Seni al scheddat almostanseriat* سني الشدة المستنصرية les annés de la calamité qui arriva sous le regne de Mostanser billah — sous le quel la peste et la famine affligérent extrémement l'Egypte." Marai sic narrat: "Anno 460, ait, incidebat horribilis illa fames, cui similis ab aevo Iosephi [patriarchae] inde audita non fuit. Continuavit septem per annos, et effecit, ut tandem canis quinque aureos, et felis tres valeret, et Chalifae de stabulo suo non superessent nisi tres equi. Maza (qualis Ragif appellatur, vel bucella panis) constabat centum aureis. In fine prorsus deficiebat omne alimentum, adeo ut si femina voluisset mensuram gemmarum aequale mensura farinae permutare, non invenisset, qui vel audire cuperet eius propositionem, aut simularet illius verba tanti facere. Rogamus deum, ut a simili calamitate nos praeservet. Dicunt Chalifae de divitiis suis non mansisse reliquum nisi stratum stramine contextum super quali mos est preces facere, et applicato illuc capite deum adorare; et nisi par sculponearum. Si volebat e palatio descendere, debebat mulam Divani commodato sumere, quia aliud iumentum praesto non erat." Confer. etiam Renaudot pag. 434. 435. Similem saeviisse calamitatem ab anno 447 usque ad 452 in Aegypto, memorant

Digitized by Google

rant Hagi Chalifa et Abu-Osaiba, cuius haec sunt verba: "Ob defectum Nili crescebat adeo fames anno 447, ut debuerit Chalifa octoginta hominum millia suo aere humare; ut desiderati fuerint octingenti Caiedi [seu duces] quorum omnium haereditatem quum adiret Chalifa [pro more principum orientalium, qui civium suorum eorumque opum et totius terrae suae absoluti sunt domini, ut narrat Bernier passim] magnas opes ea ratione cogebat."

(161) *Pag.* 213. *Nasr.* Videtur ille Απουασαρ esse cuius meminit Cedren. pag. 795.

(162) *Pag.* 213. *Mahmud Mardasides.* Est ille Μαχμουδ, cuius mentionem facit Curopalates Histor. p. 826. Conf. Elmac. p. 277.

(163) *Pag.* 213. *Tapetem alicuius calcare.* وطي بساطه Frequens apud historicos phrasis. Ita legitur apud Elmac. p. 253. ubi de reconciliatione Scleri cum Basilio, de qua Cedren. p. 701: "ducebat eum, ait, Constantinus ad fratrem suum Basilium Imperatorem Romanorum ووطي بساطه et calcavit tapetem eius." Videtur phrasis aliud nihil significare posse quam se praesentem sistere, sui copiam facere principi. Suspicor tamen aliud quid latere. Verbum وطي significat in genere *tundendo*, plaudendo, *emollire*, sive calcibus, pedibus, sive manibus fiat. Hinc notat quoque stratum, lectum, succutiendo et contundendo emollitum, alicui aut insessuro aut incubituro substernere. Quod qui praestat officium, testatur eo se illo inferiorem, cui praestat. Scilicet in oriente, ut narrant itineratores, sunt in honoratiore cubiculi loco *Soffae*, seu scamna, vel pulpita lignea, uno aut duobus sibi adversis sedilibus instructa, et ornata tapetibus et pulvinaribus sericis, auro pictis, aliis ad insidendum, aliis ad suffulciendum cubitos et scapulos. Ministrorum est talia pulvinaria et tapetes tales hero sternere: et hoc puto hanc phrasin *vatta besatoh* notare. Simile est quod Noster narrabit ad ann. 578 de principe Selgukida Saladinum in equum attollente, et de alio Zenkida, *eidem vestes componente.* In hoc tamen nostro loco non potest aliud quam *calcare* notare. Nam si alterum voluisset Noster, debuisset non يطاء بساطه in prima coniugatione, ut facit, sed يوطّي له بساطا in secunda dixisse.

(164) *Pag.* 213. Forte timebat ſibi Mahmud ab Alp Arſlano, aut volebat aliquid ab eo petere. Propterea matrem ſuam ſecum ſumebat. Matres enim, uxores, filiae principum multum valent in oriente, et fere indecorum habetur principi, aliquid roganti feminae illuſtri negare.

(165) *Pag.* 215. Conf. Wilh. Tyr. I. 9. Hinc apparet, quem ibi *Belfeth* appellet (neſcio unde nata corruptione) eum Alp Arſlanum eſſe. Eundem pag. 666 adhuc corruptius *Belfetofh* appellat. L'Hiſtoire de S. Louis I. p. 371: "Olub Arſlan, neveu de Thogrulbec, et appellé par quelques auteurs *Belfeth*, et par d'autres Axan — gagna deux batailles dans la Syrie contre les Romains et prit l'Empereur Romain Diogène, qui ſe racheta par une ſomme de quinze cents mille ecus d'or, avec un tribut de trois cents ſoixante mille." Conf. Curopalat. Hiſt. p. 841. et Elmac. p. 277. et Renaudot pag. 441.

(166) *Pag.* 215. *Abu'l-Caſem Gauranenſis.* Herbel. p. 360. b. ait, eum anno 461 obiiſſe. Conſentit cum Herbeloto Hagi Chalifa, ſed eum *Hauranenſem* appellans. Scripſit *Ketab el-Ebânat* nempe *fi fekeh Schafeï*, ut integre exhibet Herbel. l. c. vel, ut rectius dicam, non quidem pertinent hae voces ad integritatem tituli, qui absque iis conſtat, addi tamen plerumque ſolent tales voces argumentum libri demonſtrantes, magno cum commodo lectorum.

(167) *Pag.* 215. *Ibn-Zaidun.* Vid. Herbel. pag. 679. a. 858. b. et 926. a. Laudo paſſim in his notis Ibn-Nabatae commentarium in huius *Ibn-Zaiduni Riſalet*, ſeu epiſtolium. Scriptum eſt nomine feminae cuiusdam eruditae et illuſtris in Hiſpania, quae proco cuidam ſuo repulſam dat et nunciat. Perquam facetis iocis et ludibriis refertum eſt et alluſionibus ad hiſtorias veteres et proverbia Arabica; et paene ſimile orationi 64 Dionis Chryſoſtomi. Commentarius doctus eſt et bonae frugis; ſed codex e quo exſcripſi meum, ille, qui Catal. Bibl. Leid. p. 473. n. 1577. deſignatur, admodum mendoſus. Magnam huius libri partem in latinum ſermonem converti, et meretur lucem.

(168) *Pag.* 217. *Nunia.* De hoc carmine vid. Herbel. p. 679. a. et 926. a. ubi hunc ipſum verſum Arabice, ſed latinis litteris exhibuit, addita

Gallica

Digitized by Google

Gallica interpretatione hac: "Le tems viendra bientot auquel vous nous delivrerez de toutes nos peines. Le remede est sure, pourvû que nous ayons un peu de patience." Non parum haec a nostris discrepant. Mirum profecto duos homines Arabice doctos in iisdem reddendis adeo differre. Erunt qui nos Calendariorum fabricatoribus comparabunt, quorum unus eodem die candidos soles, alter saevam tempestatem promittit.

(169) *Pag.* 219. صنف قريبا من مائة مصنف "composuit centum propemodum volumina" ut ait Raud.

(170) *Pag.* 219. *Abd-el-berri.* Vid. Herbel. p. 5. b. ubi libri quam perhibet inscriptio male habet. Leg. *Estiab fi maarafat es-Sahabah*, liber inscriptus *Estiab*, tractans de illis qui Sahabici, seu socii Muhammedis appellantur, ut patet ex nostro Abulfeda, et ipso Raudo, quem exscripsisse videtur Herbelot. Commemorat hic auctor, praeter libros a Nostro nominatos, ab Ibn-Abd-el-Berro profectos hos: *Kitab al-Istadcar le-Madaheb Olamaï el-Amsar*, de sectis et opinionibus doctorum in praecipuis urbibus et regionibus; dein *Vns al-Mogales*, quomodo se quis in conversatione gerere debeat, ut elegans appareat. Videtur *Vns al-Magales* idem esse cum *Bahagat al-Mogales*, vel *al-Magales:* non enim multum interest. Herbel. p. 974. a. citat eius *Kitab al-Adi v' al-Ocalai*, sed ibi male legitur *Ebn Ali Al Bar*, quod in *Ebn-Abd-el-Barr* mutandum; ut patet ex pag. 977. a. ubi *Ketab al-Coni*, seu de cognominibus liber memoratur. Conf. Idem pag. 327. b. et 497. a.

(171) *Pag.* 219. Vitium aliquod habuisse videtur Herbelot in suo Ibn-Schehna, e quo procul dubio habuit hunc locum, quem p. 20. b. exhibet. Statim intelligetur quomodo acceperit; postquam praemonuerimus, eum libri nomen male allegasse *Hegiat al Megiales*, debebat nempe scribi *Bahegiat al Megiales*, ut recte exstat p. 5. b. et 170. a. "Mahomet, itaque ait, en revant se trouva un jour en paradis, et y vit d'abord une machine fort usitée dans le Levant de laquelle on se sert pour tirer de l'eau d'un puis. Les Latins l'ont appellée Tolleno; elle est faite en maniere de bassecule. Mahomet demanda, a qui apartenoit cette machine, et on lui repondit,

 qu'elle

Digitized by Google

qu'elle apartenoit a Abougehel. Mahomet fort ſurpris d'entendere ce nom, Qu'eſt ce qu'Abougehel a de commun avec le paradis? diſoit il. Il n'y doit jamais entrer. Il arriva cependant quelque tems apres ce ſonge, qu'Acramas, fils d'Abougehel ſe fit Muſulman. Mahomet en eut très grande joie, et comprit alors l'explication de ſon ſonge. Car Abougehel avoit été comme la machine, de laquelle dieu s'étoit ſervi pour tirer ſon fils du fonds du puits de l'infidelité, pendant que lui même s'y étoit plongé et enfoncé." Patet quidem Herbelotum in voce مدلي aberraſſe, et eam pro دلي accepiſſe, quod eſt illud inſtrumentum, quod deſcribit. Vid. celeberr. Schultens ad Proverb. p. 219 ſqq. p. 349. Sed et patet noſtram lectionem et interpretationem meliorem eſſe.

(172) *Pag.* 221. Lepra alba eſt, Arabes autem plerumque furvi ſunt et paene nigri. Hinc ſimilitudo canis nigri fundi, albis maculis reſperſi. Eſt autem lepra morbus Arabum domeſticus vel endemius. Facetum eſt neque improbabile quod Teixeira p. 148 de morbi cauſſa refert: "Suſtentan ſe quaſi todos con peſcado ſeco [loquitur de Arabibus maris Perſici accolis] datiles y ſumo de limones gallegos: y a eſta cauſa hay dellos gran numero leproſos."

(173) *Pag.* 223. Simile exemplum feminae in doctorem promotae habet Herbel. p. 80. b. ſed ibi, quod notare per hanc occaſionem liceat, titulus libri ab ipſa editi الاشارات الخفية في المنن العالية non recte converſus. Reddidit vir doct. tanquam ſi pro ſecunda voce الخفية legiſſet الخيفة *de la crainte que nous devons avoir au ſujet des graces que Dieu nous a faites.* Ad verbum eſt *ὑπο σημειωσεις κρυφιοι*, *ſeu de gratiis excelſis.* Titulus obſcurus, pro more orientalium. conf. ad ann. 574.

(174) *Pag.* 225. *Sodda.* السدة Fateor me ignorare, quid haec vox ſibi velit. Golius in Lexico reddit per *porta domus, veſtibulum.* Pocockius in verſione Abulfaragii p. 171 reddit verba جالس علي سدة *ſedens ſuper abacum.* Bene, ſi *abacus* idem eſt atque Turcarum *Soffa*, ſeu ſcamnum longum a ſolo elevatius. Id enim videtur vox *Sodda* hic notare debere. Sane Abulfaragius in hac hiſtoria enarranda ait قام عن السرير *ſurge-*

Digitized by Google

*ſurgebat de ſolio.* Eſt autem ſolium principum orientalium tribunal longum aliquot pedes a terra ſublevatum. Convenitque hoc cum etymologia vocis. Nam proprie notat *προβολην*, *obicem*, impedimentum ne quid recta linea procedere poſſit. Et hinc quoque concipitur, qui factum, ut princeps ex alto deſilire ſtudens, quum forte non poſſet per gradus commodo ſuo deſcendere, per trepidationem pronus in faciem prociderit. Hinc eſt, ut puto, quod Turcae aulam ſui imperatoris inter alia nomina quoque السدّة *Sodda*, vel *Süddet* appellant, proprie *ſolium*.

(175) *Pag.* 231. *Ibn-Furac.* Herbel. p. 354. b. Raud de hoc viro tradit haec: "Abu-Becr Muhammed ben al-Haſan ben Furac, al-Iſtad al-Motacallem, al-Adib, an-Nahvi, el-Vaët, el-Isfahani. Poſtquam ſtudiorum cauſſa in Irac aliquamdiu vixiſſet, ibat deinceps Raiam, dein Niſaburam, ibique varias ſcientias cum applauſu et benedictione divina docuit. Scripſit in Oſul [ſeu fundamentis] Fikhae, et ed-din [ſeu pietatis] et in ſcientia Corani [rite intelligendi] libros centum ferme. Vocatus Gaznam vehementer ibi cum Caramicis diſputavit [vid. ad ann. 595]. Redibat inde Niſaburam, ſed in itinere peribat ex veneno [quod Caramitae ipſi dederant, ut videtur] anno 406. Relatus Niſaburam ſepultus eſt in Hira, quae ne quis erret, non eſt urbs illa celebris, Hira, ſed ingens quidam vicus apud Niſaburam."

(176) *Pag.* 233. *Serderr.* Poſſet nomen loci videri. Sed non eſt, ut ego quidem exiſtimo. Tale loci nomen non invenio. Sed videtur mihi dicterium populare eſſe, quo hominis aviditatem et ſaevitiem exagitarint. Nam proprie compoſitum eſt ex duobus imperativis *ſerr* صرّ et *derr* درّ quorum illud *ſtringe*, hoc *mulge* notat. *Fiſcalis ſtringe-mulge* ſonabit ergo latine, tanquam ſi nomen proprium eſſet.

(177) *Pag.* 233. *Exundabat Tigris.* Saepe id Bagdado contigit, ut perhibet Teixeira Viagge p. 118. "Toda la tierra ſon campos llaniſimos y de tierra excelente, ſin monte ni collado nicoſa que impida la viſta; y por ſu mucha planitie ſe anegan algunos annos en las invernadas, deſuerte que ſe ſirven con barcas" — conf. p. 125 fine, ubi tamen fabulas narrat.



Digitized by Google

(178) *Pag.* 235. Pharus, vel Minnaret, ut Turcae appellant, et ex iis Itineratores noſtri, eſt in doctrina ſymbolica orientalium ſignum ſummae celſitudinis et potentiae; quemadmodum quoque vexillum. Vtrumque enim inſervit eo, ut qui procul abſunt, ad illud reſpiciant, redeantque, et verſus illud viam ſuam dirigant. Hinc legitur in Maraïo de quodam mamluco Sultano, ipſum aedificaſſe templum et Minnaret apud Miſram; ſed سقطت منارتها فهلكت بمكتبها نحو ثلاثماية نفس من الايتام وغيرهم، فلهج الناس بزوال دولته فقتل بعد ذلك بثلاثة وثلثين يوما "cecidiſſe illam turrim "et oppreſſiſſe ruina ſua tercentos propemo-"dum tam orphanos quam alios in appoſita ſchola tum agentes. Vnde ſurdus "rumor inter cives dimanavit, inſtare finem eius dynaſtiae. Et profecto tri-"geſimo et tertio die poſt illum caſum trucidatum fuiſſe."

(179) *Pag.* 235. Luculenter hanc partem exſequitur Renaudot pag. 442. 443. cuius locum capitalem vix me contineo quin adſcribam. Sed nimis longus eſt. Conferetur a ſtudioſis harum rerum. Cetera crudelem ait hominem fuiſſe illum Bedrum Gamalicum, erga Chriſtianos tamen, Armenos praecipue, indulgentiorem, quod ipſe Armenus origine eſſet. vid. p. 459.

(180) *Pag.* 237. Miretur forte quis quare hic Schaich Abu-Iſhac Schirazenus Nakibis et Cadiis praeponatur a Noſtro; quamvis non aſſeveraverim exactam rationem dignitatum in hac narratione habitam fuiſſe. Videtur tamen. Ratio rei mihi videtur haec eſſe. Erat ille Schaich (ut ex Sebekaeo conſtat) شيخ الاسلام Schaich el-Iſlâm, de qua dignitate ſcita tradit Sanſon p. m. 24. Idem auctor Sebekaeus ait: كان الخليفة المقتدي بامر الله كثير الاجلال للشيخ ابي اسحق وكان الشيخ سببا في جعله خليفة "maximi faciebat Chalifa Moctadi Abu-Iſhacum; neque ſine merito. Hic enim effecerat, ut ille Chalifa fieret."

(181) *Pag.* 237. Erant nempe varii Scharifi. Quidam Scharifi Abbaſici, minoris nobilitatis, alii Alidici. Et inter hos ipſos rurſus erant, qui ab Haſano, maiore Alii filio, deſcendebant, et alii, qui ab Hoſaino minore. Hi omnes particulares ſuos Nakibos ſeu praefectos habebant; quibus ipſis

Digitized by Google

ipſis praefectis praeerat unus aliquis generalis, Nakib en-Nocaba ſeu ſupremus Nakibus appellatus.

(182) *Pag.* 237. *Tarrad Zainobita,* ſeu Scheriſus Abbaſida, de Scheriſis Zenobicis, de quibus vid. ad an. 145. Conf. ad ann. 479.

(183) *Pag.* 237. *Cadi Abu-Obaidalla,* vel Cadi el-Codat, aut ſupremus Cadi, ut eum appellat Herbel. p. 968. a. voce *Ketab al-Heitan.* Videtur enim idem eſſe.

(184) *Pag.* 237. Inde *Tarich Gelal,* "cette celebre epoque, qu'on appelle Gelaléene, dont les Perſans ſe ſervent dans leur ſupputations aſtronomiques." La Croix Hiſt. Genk. p. 160. conf. Herbel. p. 857. b. Renaudot p. 448. et Matthias Fridericus Beck in Calendario Turcico, Auguſtae Vindelic. in fol. edito. Nairuz illud a Chaliſa, cuius tempore inſtitutum fuit, appellatur Moctadicum, ab Herbeloto certe pag. 395. b. cuius haec ſunt verba: "Cette grande ville [loquitur de Perſepoli, et eius conditore Gemſchido] étant achevée, il y fit ſon entrée, et y etablit le ſiege de ſon empire. Ce qui etant arrivè au même moment, que le ſoleil entroit dans le ſigne du belier, ce jour nommé par les Perſans Neurour, c'eſt à dire le nouveau jour, parce qu'il eſt le premier du primtems, fut fixé pour le commencement de l'année Perſienne, qui eſt purement ſolaire. Ce Neurouz ayant reculé dans l'année ſolaire faute du Biſſextile, fut remis ſous le Khalifat de Moctadi du quinzieme degré des Poiſſons, ou il ſe trouvoit, au premier degré du Belier" rel.

(185) *Pag.* 241. Hic eſt ille commentarius, quem citat Herbelot pag. 906. a. *Commentaire ſur le receuil des poëſies d'Abultaib.* Exſtat in Biblioth. Leid. eius exemplar eleganter ſcriptum (vid. Catal. p. 472. n. 1555.) quod tractavi olim et e quo excerpſi quaedam et exſcripſi carmina Motanabbii.

(186) *Pag.* 241. Maurophori nempe erant Abbaſidae. Candidus autem color erat inſigne Ommiadarum, et deinceps Fatemidarum. vid. Herbelot p. 28. a.

(187) *Pag.* 243. Hos verſus et plures ex eodem carmine habet Elmacinus pag. 281. ubi poëtam hunc non ابن جيوش *Ibn-Goiuſch,* ſed ابن

Digitized by Google

ابن حبوس *Ibn-Habus* appellat, rectius, mea ſententia. Hagi Chalifa ابن حيوث *Ibn-Haiut* habet.

(188) *Pag.* 247. *Anſuz.* Elmacinus pag. 282 eum ايسر المعروف بافسيس *Aiſarum, vulgo Affiſum dictum* appellat. An اقسيس *Acſis?* Infra ſane nomen Turcicum *Acſis* occurrit. Ceterum laudatus auctor haec paullo quam Noſter ſecius et diſtinctius narrat. Pro تنش *Tanaſcho* نيس *Niſum* nominat. Valde vexatum fuit illud nomen, ut alia talia, peregrinorum librariorum erroribus et contorſionibus. Scribunt alii تنش *Tanaſch*, alii بنش *Banaſch*, alii ينس *Ianaſch*, alii تغش *Tacaſch;* alii تتس unde Italus Hagi Chalifa interpres ubique *Tetes.* Herbelot alicubi تبس *Tebes.*

(189) *Pag.* 249. Conf. Elmacinus pag. 284. qui conditiones tradit, quibus Halebo potitus eſt Muſlem.

(190) *Pag.* 249. Iuvat hic longum quidem, ſed praeclarum locum de hac Abu-Iſhac legatione ex Tomo ſecundo Tabacat es-Schafeiat, auctore Sebekaeo, adſcribere. دخل الشيخ خراسان — وكان السبب في ذلك ان الخليفة المقتدي بامر الله تشوش من العميد ابي الفتح بن ابي الليث فدعي الشيخ ابا اسحق وشافهه بالشكوي منه وان اهل البلد حصلهم الاذي به وامره بالخروج الي العسكر وشرح الحال بين يدي السلطان وبين يدي الوزير نظام الملك "Veniebat Schaich [Abu-Ishac Schirazenus] in Choraſanam [vel in urbem "Meru]. Cuius rei cauſa erat, quod Chalifa Moctadi beamr allah, concepto "odio adverſus Amidum Abu'l-Fatum filium Abu'l-Laiti, noſtrum Schaichum "ad ſe vocabat, et ipſi coram planis verbis conquerebatur de Amido, dicens "urbem [Bagdadum] ab eo moleſtari. Ideoque iubebat eum ad al-Aſcar [ca-"ſtra, alias al-Ordu ſeu ſtativa auguſta] egredi et coram Sultano et Veziro "Nattam el-Molc ſtatum rerum exponere. فتوجه الشيخ — وكان عند وصوله الي بلاد العجم يخرج اهلها بنسايهم واولادهم فيمسحون بركابه وياخذون تراب نعليه يستشفون به "Exibat igitur Schaich. "Et quum veniret in urbes Agam [ſeu Parthiae] exibant earum incolae ipſi "obviam

"obviam cum uxoribus et liberis, et demulcebant manibus eius iumentum "[opinione, attactu bestiae, quae virum tantae sanctimoniae portaret, se ipsos "quoque sanctificari,] et pulverem calceorum eius studiose asservabant, eo "utentes ad implorandam a deo pluviam, et impetrandam istius pulveris osten- "tatione. وخرج اليه صوفيات البلد وما فيهن الا من معها سبحة "Exibant Suficae urbis [Savae] omnes rosariis instructae." Notabilis hic locus, propterea quod in eo *Suficae* memorantur, seu feminae vitae contemplativae devotae: quarum alius nullus auctor, quantum quidem nunc memoriae succurrit, meminit. Nam alterum illud, orientales quoque, pariter atque Catholici faciunt, rosariis uti, seu tesseris et coralliis, ad quorum numerum preces recitant, illud satis notum est ex Itineratoribus nostris. Vid. Addison Barbar. II. 9. pag. 97. ubi ait Mororum rosaria nonaginta et octo sphaerulas oratorias continere. وكان قصدهن ان يلمسها فيحصل لهن البركة ، فجعل يمرها علي يديه وجسده "Volebant autem, addit Sebekaeus, "feminae, ut rosaria sua contrectaret, quo ad ipsas benedictio redundaret. "Fricabat igitur ea super manus suas et reliquum corpus. ثم دخل نيسابور وحمل شيخ البلد امام الحرمين ابو المعالي الجويني غاشيته ومشي بين يديه كالخدم "Nisaburam delatus, portabat eius Ga- "schiam [seu tegmen ephippii] urbis, qui tum erat, Schaich [seu sacrorum "antistes] Abu'l-Maali Govainensis, et ibat pedibus coram eo [equitante] "velut aliquod mancipium. ثم عاد الشيخ الي بغداد وصحبته كتب السلطان الاعظم والوزير ، قلت واظن ان الشيخ في هذه السفرة خطب للخليفة بنت السلطان ، فان الشيخ هو الذي كان السفير في ذلك وما اراه الا في هذه السفرة ، فتزوج بها الخليفة واولدها جعفرا ، وكان قصد في ذلك التقرب الي خاطر ملكشاه ، فلم يزده ذلك الا بعدا وتغير عليه خاطر ملكشاه عن زمن قريب ، وكان قد جعل ولده المستظهر بالله ولي عهده ، فالزمه ان يعزله ويجعل ابن



Digitized by Google

ابن بنته جعفرا ولي العهد وان يسلم بغداد الي السلطان ويخرج
الي البصرة ، فشق ذلك علي الخليفة فبالغ في استنزال راي
السلطان عن هذا ، فابي ، فاستمهله عشرة ايام ليتجهز ، وقيل انه
جعل يصوم ويطوي واذا افطر جلس علي الرماد فيدعو علي ملكشاه ،
فلم يفلح ملكشاه بل مات عن ايام يسيرة ولم يتم له شي *

"Deinde redibat Schaich Bagdadum cum litteris Sultani maximi, Malicſchahi "et Veziri Nattam el-Molk." Quae hactenus narravit Sebekaeus ex aliis auctoribus deſumſerat. Iam ſuum addit iudicium. "Aio, ait, mihi videri "Schaichum iſtum in ea legatione negotiatum fuiſſe matrimonium Chalifae "cum filia Malicſchahi. Nam conſtat, eius intermedio par illud iunctum "fuiſſe; neque invenio qua in alia legatione Schaich iſtud negotium conficere "potuerit praeterquam in hac. Nactus Chalifa ſponſam ſuam, matrem eam "filii ſui, Gafari dicti, faciebat. Et in hoc quidem inſtituto voluerat ſe in "amicitiam Malicſchahi inſinuare, alienatumque ipſius animum ſibi concilia-"re. Sed prorſus contrarium eveniebat. Malicſchah tanto magis paullo poſt "nuptias filiae a genero abhorrebat; cogebatque hunc non tantum filium iam "olim ſuſceptum, illum qui deinceps ſub Moſtadhari titulo Chalifatum geſſit, "ſpe et iure ſucceſſionis excludere, quod illi pater iam antea tribuerat, et hae-"reditatem Chalifatus in alterum filium ex Malicſchahi filia ſuſceptum, Gafa-"rum, transferre, ſed etiam flagitabat, ut ad Baſram ſedes ſuas transferret, "Bagdado ipſi, Malicſchaho, permiſſa. Quod aegerrime tulit Chalifa, mo-"disque ſtuduit omnibus, quibus poterat, maximis, animum eius a poſtulatis "tam iniquis avertere. Sed omnis eius labor fruſtra erat. Qua propter ſal-"tem decem dies ſibi rogabat indulgeri, quo poſſit ſupellectilem ſuam conſar-"cinare, et ſe itineri parare. Quo intermedio tempore ferunt Chalifam ieiu-"naſſe, et prima precum verba iteraſſe; et quando tandem finiret ieiunium "victus aliquid aſſumendo, ſediſſe ſemper ſuper cineribus, et iram dei Ma-"licſchaho imprecatum fuiſſe. Quo factum, ut felix in coepto non fuerit "Malicſchah, ſed paucis diebus poſt obierit, rebus infectis." Hactenus Sebe-kaeus. Poſtrema haec negotia Malicſchahum inter et Chalifam valde memo-

rabilia

Digitized by Google

rabilia ſunt. Optandum erat, ut Arabes hiſtorici ubique rerum et conſiliorum rationes edidiſſent, ut hic hoc loco fecit. Quantum ad illam formulam طوى *iteravit verba precum prima*, ſeu *initialia*, tenendum eſt, repetitionem verborum in precum formulis initialium a Muhammedanis, phariſaeis et battologis, ſi qui unquam fuerunt, maximis, reputari pro inſigni opere meritorio. "Sie haben im Gebrauch, ait Addiſon II. 9. p. 98, daſz ſie die erſten Worte des Gebets oft wiederhohlen, welches ſie für ein groſſes Werck der Liebe halten, und wollen mit dieſer Wiederhohlung die Mängel derer, die hierin ſo eifrig nicht ſind, erſetzen."

(191) *Pag.* 249. Longe humanius tractabant Chalifas Bagdadicos hi Selgukidae, quam quos antea ſaevos experti fuerant, Maiores domus Turcas et Dailomitas. Simile quid de Togrulbeco refert Elmac. p. 275. ſed. locus mala interpretatione obſcuratus eſt. Revera nihil rei erat Sultanis cum re familiare Chalifarum, et tantummodo قلدوا ما وراء بابهم mandabatur ipſis cura rerum ab aulae inſtitutione alienarum: ſed qui potentiam in manu habebant, milites et numos, ſaepe tentabantur etiam, quo non vocabantur, manum extendere.

(192) *Pag.* 251. *Gun.* جون Ita erat in codice. Sed Abulfeda in Geographia جور *Gur* ſcribit. Herbelot p. 352. a. ſcribit *Khuz* خوز et inde derivat nomen *Chuziſtanae.* Scribitur quoque خور unde quoque Chureſtan dicitur eadem provincia. Abulfedae verba ſunt: قال في المشترك وفيروزاباد كانت تسمى جور في الزمن القديم فغير اسمها وسميت فيروزاباد ، وهي بلدة مشهورة قرب شيراز من فارس واليها ينسب ابو اسحق الفيروزابادي الامام المشهور ،

(193) *Pag.* 251. *al-Mohaddeb.* De hoc libro ſcitum quid habet Sebekaeus, quod una cum aliis eius verbis enarrabo. ابو اسحق الشيرازي صاحب التنبيه والمهذب في الفقه والنكت في الخلاف واللمع وشرحه والتبصرة في اصول الفقه والملخص والمعونة في الجدل وطبقات الفقهاء ونصح اهل العلم وغير ذلك ، وهو الشيخ الامام شيخ

الاسلام صاحب التصانيف التي سارت مسار الشمس — قد كان يضرب باسمه المثل في الفصاحة والمناظرة ، واقرب شاهد علي ذلك قول سلار العقيلي وهو احد شعراء عصره ،

يُقدّ ويفري في اللقاء كانه لسان ابي اسحق في مجلس النظر ،

"Abu-Ishak Schirazi, auctor et-Tanbih, et al-Mohaddab, qui fikham exponit, et Nocat, qui controverſias doctorum agitat, et Lomi, et commentarii in hunc ipſum librum, et Tabſirah, qui agit de fundamentis Fikhae, et Molacchesi, et Mauna, qui exponit de arte diſputandi, et Tabacat al-Fokaha [ſeu claſſes Fakihorum], et Nash Ahl el-Elm, et aliorum. Eſt hic Schaich el-Imam, Schaich el-Iſlam, auctor librorum, qui eo iverunt, quo ſol it; cuius eloquentia et in diſputando dexteritas in proverbium abiit. Cuius rei locuples teſtis eſt Sallar Ocailita, poëta ipſi aequalis, ita canens:

In longum et latum ſcindit [meus gladius] in pugna, ac ſi eſſet lingua
Abu Ishaki in acroaſi diſputatoria."

Poſt multa interiecta continuat: قيل انه كان يحفظ مسايل الخلاف كما يحفظ المرء الفاتحة ، وقيل ان سبب تصنيفه المهذب انه بلغه ان ابن الصباغ قال اذا اصطلح الشافعي وابو حنيفه ذهب علم الشيرازي ، يعني انه علمه هو مسايل الخلاف بينهما فاذا اتفقا ارتفع ، فصنف الشيخ حينيذ المهذب ، حكي ذلك ابن سمرة في طبقات اليمنيين ، حكي ان الشيخ صنف المهذب مرارا ، فلما لم يوافق مقصوده رمي به في دجلة فاجمع رايه علي هذه النسخة المجمع عليها "Dicunt, Schirazenum quaeſtiones controverſas tam probe tenuiſſe atque quis Fateham [ſeu primam Suram, Muhammedanorum Pater noſter] teneat. Porro dicitur occaſionem Mohaddebo concinnando dediſſe dictum aliquod Ibn-es-Sabbagi: hunc nempe aliquando iactaſſe: Si concordant Schafiaeus et Abu-Hanifa, nulla eſt doctrina Schirazeni. Quo volebat dicere: omnem eius eruditionem in ſcientia quaeſtionum controverſarum inter

Digitized by Google

inter hos duos doctores conſiſtere et ibi deſinere ubi illi duo concordant. Quo audito conſcripſiſſe noſtrum ſuum Mohaddebum [quo oſtenderet ſe quoque in Fikha probe verſatum eſſe]. Id narrat Ibn-Samora in Tabacat al-Iamanijin [ſeu vitis doctorum Arabiae felicis]. Fertur quoque ſaepius eundem librum retractaſſe, ſed quum nunquam ad animi ſui ſententiam et votum confingere poſſet, tandem abieciſſe in Tigridem, et illam editionem approbaſſe, quae inter manus hominum verſatur."

(194) *Pag.* 251. *en-Nocat.* Integrum titulum ſic exhibet Herbelot pag. 482. b. *Nakth fil Khelaf val maounah filgedel* النكت في الخلاف والمعونة في الجدال "c'eſt proprement (ita exponit) ce que nous appellerions la recherche de la verité" — et paullo ante: "un ouvrage qui contient l'art de diſputer dans les matieres ſcholaſtiques." Sed confudit duo libros, quos p. 668. a. diſtinxiſſe videtur. *En-Nocat* agebat *fi 'l Cheláf*, de argumentis controverſis, vel de diſcordiis doctorum quoad Corani expoſitionem, traditiones, ius ſacrum et ritus, rel. Alter liber, *el-Mauna*, agebat *fi 'l Gedál*, de ratione diſputandi. Erat ergo prior quaſi eccleſiaſtica hiſtoria; poſterior quaſi dialectica.

(195) *Pag.* 251. *Rovus el-Maſajel.* Forte idem eſt liber cum eo quem Herbel. pag. 840. b. commemorat, *Tadzkarat ol Maſ-uline.* Librum ante laudatum *el-Lomi* explicationem fundamentalium articulorum fidei eſſe dicit Herbel. voce Lama.

(196) *Pag.* 251. *Quidquid a Deo peteret, impetrabat.* Eſt hoc inter requiſita viri ſancti apud Turcas. Ita Cantemir I. pag. 239 de quodam Seid Beſchar narrat: "Sa vertu et ſa ſainteté faiſoient grand bruit parmi les Turcs; toutes ſes paroles paſſoient pour des oracles, et on avoit une confiance d'autant plus grande en ſes prieres, qu'on croyoit que Dieu ne lui refuſoit rien de ce qu'il lui demandoit."

(197) *Pag.* 255. Quia Muſlem Halebi dominus erat, et Solimanſchah Selgukida iſto victo et peremto primum Halebum obſidebat, deinde alter Selgukida, Tanaſch, tandem tertius eiusdem generis Malicſchah eam obtinuit, paucoſque intra contiguos annos haec contigerunt, et Selgukidae

de gente Tanaſchi eam urbem aliquamdiu tenuerunt: forſan ex eo eſt quod Hagi Chalifa, in Tabula dynaſtiarum, Selgukidarum dynaſtiam Halebenſem ab anno 477 auſpicatur, non 471 ut eſt apud Herbel. p. 801. b. qui locum iſtum profert, mirans velut ignotam rem et improbabilem. Rectius tamen feciſſet Hagi Chalifa, ſi dixiſſet Selgukidarum dynaſtiam apud Damaſcum anno 471 coepiſſe.

(198) *Pag.* 257. *Sangara.* Mihi nulla Sangara nota, praeter illam in Diar-Rabia, apud Mauſelam, in confiniis Curdiſtanae. Herbelot tamen gemino loco, p. 542. b. et 755. b. illam Sangaram, in qua natus fuit Sultan Sangar, dicit eſſe "une petite ville de la province de Khoraſſan."

(199) *Pag.* 259. *Sub Alphonſo.* Eſt Alphonſus VI, rex Caſtiliae. Vid. Revolut. Hiſp. T. III. 158. et antec. Roder. Tolet. VI. cap. 23. p. 239.

(200) *Pag.* 259. Eſt in Arabico: "mandatum ipſi erat — مجلس الذكر *conventus memoriae.*" Arabes termino theologico ſimpliciter *memoriam* appellant exercitia pietatis, in quibus nomen dei memoratur; ſed praecipue preces. Vid. Herbel. p. 60. a. voce *Adhcar.* Videtur ergo hic doctor curam habuiſſe et directionem particularium conventiculorum, ubi vel paraeneſes vel preces, vel utrumque ſimul, exercebantur, praeter illas publicas per nychthemeron quinquenas in publico templo recitandas. Et habere Muhammedanos in ſuis urbibus domos peculiares, talibus privatis exercitiis deſtinatas, ſatis patet ex de la Rocque Itinerario in Arabiam felicem pag. 121. ubi ait Gallos qui Anno Chr. 1709 iter illuc fecerunt ad commercium Coffeae inſtituendum, in tali domo habitaſſe, quam *Roſarium* appellat; deceptus a voce Arabica ورد *Verd*, quae revera *roſam*, ſed etiam penſum aliquod precum et Surarum e Corano, quae ex inſtituto in talibus domibus recitari ſolent, et hinc tandem, ipſam quoque talem aliquam domum, in qua id fit, ſignificat. Vid. Herbel. p. 60. b. lin. 16. Ad verba ſchedulae remiſſoriae, quam ibi producit: *la Caſa del Roſario dell' Alfagih Keder* haec notat de la Rocque: "E' 'l nome d' un dottore in legge — il quale aveva fatta fabbricare quella caſa per recitarvi le orazione giornaliere in publico. Si dà a queſte orazione il nome di Roſario dalla parola Ouerd, una roſa."

(201)

Digitized by Google

(201) *Pag.* 261. *Anno* 479 *occisus est Soliman.* Itaque non compono cum his Scriptores Cruciatarum, ut Wilhelm. Tyr. III. 1. et alibi, qui Solimanum aut Solimanschahum adhuc in vivis fuisse A. C. 1097 scribunt. Mirum foret illos in nomine falli, et pro Kilig Arslano Solimanum nominasse, aut Abulfedam tam enormem errorem commisisse, cum aliis scriptoribus Muhammedanis, ut diceret Solimanum tunc obiisse, qui postea obierit.

(202) *Pag.* 261. Conf. Elmac. p. 286. qui quod ait Ortocum possedisse tum temporis *Holvanam et regionem montanam* miror; nam alibi non legi. Non tamen est improbabile.

(203) *Pag.* 263. Non novi, qui de alia praeter hanc Malicschahi in Syriam expeditione loquatur, nisi solum Renaudotum, qui pag. 447 ait: "Melikschaum, vivente adhuc patre Albarslano, Remlam Hierosolyma et alias Palaestinae urbes expugnasse, pulsis diversarum familiarum regulis, qui inclinatis Fatimidarum rebus illas occupaverant." Probabile fit, auctores, e quibus illa hausit, falsos fuisse, et Malicschahum nunquam nisi hoc anno praesente in Syriam venisse, aut eam provinciam ordinasse.

(204) *Pag.* 265. Hic est ille *Abdala,* Gouverneur de Grenade, in Hist. Revolut. Hispan. T. III. p. 165. ubi longe aliter hae res, quam a Nostro, narrantur. Mirum de illa gente Sanhaga eiusque apud Granadam dominatione mentionem a dicto libro nullam fieri. Alphonsus ille, sextus est, rex Castiliae. Conf. quoque T. II. p. 342. ubi de illa memorabile pugna, in qua periit Sanctius, filius Alphonsi. Conf. Roderic. Tolet. VI. cap. 31. quod inscribitur *de adventu Arabum et morte Auenabet,* et 32. *de strage Christianorum in Saeraliis,* et 33. *de obsidione Velesii et morte Infantis Sancii.*

(205) *Pag.* 267. *Habus f. Malesi.* Apud Abu-Osaibam in vit. medic. invenio male, ut videtur, scriptum حيوس بن ماكسن *Haius fil. Makesen.*

(206) *Pag.* 273. *Schir f. Abu-becri.* Forte Abu-Becr ille fuit patruus Iosephi, de quo in superioribus ad ann. 448.

(207) *Pag.* 273. Roder. Tolet. c. 48. "Hyahye [Iahia] autem, dictus Alcadir billa [de gente Du'n-Nuni] postquam Toletum perdiderat, ivit Valentiam,

Digitized by Google

tiam, quae ad ſuum dominium pertinebat, et annis octo vixit ibidem [ab anno 477 inde, quo Toletum amiſerat] et interfecit eum iudex [Cadi] quidam, qui Abejaphat [Abu-Gafar] dicebatur. Poſtea cepit eam Rodericus Didaci campiator, et eo mortuo eam Almorauides occuparunt." Conf. Roder. Sanct. Hiſt. Hiſp. III. c. 27. p. 349.

(208) *Pag.* 275. ***Samadahi.*** Sic bis legebatur in meo codice. Forte rectius eſt ***Sadehi,*** vel ***Sammadi,*** ut habet Hagi Chalifa. Dominum Almeriae, cui Ioſeph Teſchfinida regnum eripuit, nominat Hiſt. Revol. Hiſpan. T. III. p. *166 Mohez Abdala* عبد الله المعز

(209) *Pag.* 275. Locus hic etiam apud Caruſium ex interpretatione Dobelii legitur, omnino conferendus, p. 22.

(210) *Pag.* 277. Caruſius l. c. pag. 22. in margine ad hunc locum notat ſibi videri hunc Emirum eundem eſſe, qui Fr. Conrado Panormitano in epiſtolis *Moluzita* nominetur. Relinquenda nobis res eſt in dubio. Forte poſſemus aliquid certius edicere, ſi liber ad manum eſſet. Interea videndum num aliquis princeps مالسي *Maleſita* deſignetur.

(211) *Pag.* 277. ***Maazzus.*** Procul dubio hunc intelligit Cedrenus pag. 740. *τον της Αφρικης αμερα Ουμερ* appellans. Illi vero Ioſephi nomen erat.

(212) *Pag.* 277. *al-Chalſa.* Erat in codice meo المخالصة Sed Dobelius in Eſcurialenſe invenit الخالصة *al-Chaleſa;* vertit enim *in loco nuncupato Alchalza:* idque rectius puto, propter ea quae Caruſius ad iſtum locum p. 22 notat. "Calſa, ait, ſive Al-Calſa, arx, palatium a quo via quae dividit urbem Panormi vulgo Caſſaro, et alia urbis regio Kalſa." Patet quidem ipſum duas diverſas voces Arabicas miſcere. Vox Caſſaro eſt ducta ab Arabica قصر *Caſcere,* ut Wilhelmus Tyrius ſcribit; quae palatium in genere omne notat. Altera vero vox Kalſa eſt Arabica خالصة. Patet tamen ſimul ex his antiquitatis reliquiis *Chaleſah,* non *Mochaleſah,* veram ſcriptionem eſſe. Conſentit quoque ratio grammatica. *Chaleſah* notat *το εκκριτον, το ειλικρινες;* vicum urbis quem praecipui cives incolebant, tanquam ſi *florem urbis* diceres. At *al-Mochaleſa* id nequit, et fere nihil poteſt, notare.

Si

Si scriberetur المخلّصة *al-Mochallasa*, geminato l, probum id foret, eundemque paene sensum daret, quem dat al-Chalesa. Post haec scripta incido in locum Geographi Nubiensis, qui dubium omne eximit, et quo clarior alter allegari nequit. Exstat p. 209. lin. 10. "Vrbs Palermo, ait, mari assita, — dividitur in duas partes, in قصر *Casr* [palatium, vel castellum] et ربض *Rabad* [suburbium]. Casr est Casr illud antiquum celebre, constans tribus seriebus [aedificiorum, seu plateis] quarum media praecipua complectitur palatia; reliqua duo apposita non minus constant superbis aedificiis. Rabad, seu suburbium, vero est altera urbs, illam superiorem undecunque cingens. In hoc suburbio est urbs antiqua Chalesa dicta, in qua fuerunt aedes ordinariae Sultani [seu praefecti] et magnatum, quamdiu Muslemi hanc urbem tenuerunt." — مدينة بلرم علي ساحل البحر وهي علي قسمين قصر وربض ، فالقصر هو القصر القديم المشهور وهو في ذاته علي ثلثة اسمطة، فالسماط الاوسط يشتمل علي قصور والسماطان الباقيان فيهما ايضا قصور ، واما الربض فمدينة اخري تحدق بالمدينة من جميع جهاتها وبه المدينة القديمة المسماة بالخالصة التي بها كان سكن السلطان والخاصة في ايام المسلمين ،

Altera linea deinceps explicat idem geographus, quid fuerit دار الصناعة quod, quamvis a re praesente alienum, non tamen inutile fuerit annotare. Ait ergo ودار الصناعة التي هي للانشاء "Dar es-Sanaa [domus vel officina artificii, la maison de la fabrique, vel la fabrique] quae destinata est scribendis et expediendis mandatis et litteris principis." Hinc intelligere licet locum Chronici Siculi Cantabrig. ad A. C. 938: قتلهم الامير سالم في دار الصناعة مقتلة الكلاب "Amires Salem eos palo infixit in officina." Ita vertit interpres, quisquis ille fuerit. Erudite quidem illud *palo eos infixit;* quum ad verbum sit *occidit eos caede canum*, eo mortis genere illos, quo canes perire solent, sustulit. At illud obscure, *in officina*. Reddendum iam erit *in Cancellaria*.



Digitized by Google

(213) *Pag.* 277. *Samſam*, vel, quod idem eſt; Samſam-ed-daula, ut in ſuperioribus nominatur. Dobelio eſt *Aſſaſam* p. 22. qui procul dubio *Aſſa̅ſam* ſcripſerat, lineola transverſa, vicem litterae *m* explente, ſuper *a* primo collocata; quae ab ignaris dein omiſſa fuit. Conf. Caruſius p. 107. in Saracenicarum rerum epitome.

(214) *Pag.* 277. *Abdalla f. Mancuti.* Dobelii verſio exhibet *Abdalla filius Manueth*, quod facile potuit ab imperitis ex *Mancuth* effingi. Adhuc propius quod Caruſius pag. 109. b. Epitom. R. Sarr. habet, *Abdallas Memuti filius.* Corruptius quod Gaufredi Monachi codices exhibent *Benecler, Bennecler*, et *Benemencler* L. II. Rer. Norm. cap. 3. et 4. Neque tamen difficile verae lectionis *Ben Mencut*, aut *Bene Mencut* veſtigia in depravatis litterarum ductibus invenire. Intelligimus itaque e Gaufredo hunc Ibn-Mancutum ab Ibn-Tumena peremtum fuiſſe; cuius mortem ulturus Ali ben Nema (ut videtur) utpote cuius ſororem occiſus in matrimonio habuerat, percuſſorem ex inſula eiecerit, et ad Normannos aufugere coëgerit. Ab hoc *Ibn-Mencut* dictum fuit *Caſr Ibn-Mencut* قصر ابن منكود (non متكود ut male editur) apud Geograph. Nubienſ. p. 214 circa fin. haud procul *Platina.*

(215) *Pag.* 279. *Ibn-el-Havvaſchi.* Videtur ille eſſe quem codices Gaufredi modo *Belcamed*, modo *Elcarmed* (ut p. 179), modo (ut p. 180.) *Belcamuer* (hoc eſt ابو القنبر Abu'l-Canbar) appellant. Patet id ex omnibus circumſtantiis, et ex eo quod cap. 17 dicitur dominus *Caſtri Ioannis*, ſeu Caſrianae, fuiſſe, et apud illud caſtrum a Rogerio magnam cladem accepiſſe, et in ipſo deinceps obſidionem toleraſſe. Non poſſum, quandoquidem in ea regione verſor, locum eiusdem Gaufredi eadem pagina, in fine capitis 16 non illuſtrare. "Inde, ait, progreſſi [foederati] ad molendina, ante Caſtrum Ioannis, in ripa fluminis, quod lingua eorum Guedeta dicitur, quod Latina reſolutum fluminis paludis interpretatur, caſtrametati ſunt." Leviter corruptum eſt fluvii nomen Arabicum, et alio modo apud Anonymum hiſtoriae Siculae ſcriptorem T. II. p. 838 *Gadentum*, aut ſecundum alios codices *Gaudentum*. Recte ſcribitur aut *Guedetin* aut *Guadeltin*, aut, ut nos ſcribere ſolemus *Vadi et-Tin*, *flumen coeni*, وادي الطين. Quo de fluvio vid. Geograph. Nubienſ. p. 217. 16. et 219. 3.

(216)

(216) *Pag.* 279. In his verbis desinunt excerpta Dobelii ex Ibn-Abu'd-Dammo, vel quod perinde est, ex nostro Abulfeda, quatenus res Siciliae spectant a Carusio prodita in Bibliotheca Sicula p. 23.

(217) *Pag.* 279. De discordia fratrum, Siciliae Emirorum, Abulafar ابي الاعغر Muhammed, et Abuchapsi, vel Abu-Haffi ابي حفص (qui quo pertineant, non novi) vid. Cedren. pag. 738. 740. Carusius, dubito num recte, eos ultimos gentis Calbidarum, vel, ut ipse nominat, Chielporum facit.

(218) *Pag.* 279. *ex urbe Malta.* مالطة Non est *insula Malta;* sed oppidum, vel *castrum*, *Melitum* in Calabria, cuius meminit Gaufredus Monachus Rer. Norman. II. 19. fine, ut sedis capitalis Rogerii primi, Comitis Siciliae; et cap. 21. init. ubi sic ait: "Castrum itaque nullum in sua a fratris potestate [hoc est in sua potestate, seorsim a potestate fratris] excepto solo Melito habens, [Rogerius] a fratre [Roberto Guiscardo, Duce Apuliae et Calabriae] ut, quod sibi promiserat, — medietatem videlicet totius Calabriae, impertiatur, requirit." Conf. c. 19. ubi ait Rogerium apud Melitum nuptias celebrasse. Cap. 23. ait eum in Melito a Duce, fratre, obsidionem tolerasse. Ibidem tandem et sepultus fuit. Vid. Appendic. Gaufredi p. 249. Anonymi Hist. Sic. p. 839 *Miletum* appellat.

(219) *Pag.* 279. "Agrigentum urbem obsessum vadit Rogerius (verba sunt Gaufredi IV. 5.) anno Dom. Incarn. MLXXXVI prima die Aprilis, quam undique exercitu vallans diutina oppressione lacessivit — tandem vigesima quinta die Iulii viribus exhausta imminentibus hostibus patuit." Incidit ergo ille casus in quartum vel quintum mensem anni Muhammedani 479. Non satis exacte respondent haec chronologiae Nostri.

(220) *Pag.* 279. Decessit Rogerius A. Chr. 1101 aut 1102. Hinc patet quid statuendum de loco Herbel. pag. 786. a. "Le Scherif Al Edrissi [auctor geographiae satis celebris] ayant été chassé avec toute sa famille par Mahadi le Fathemide [vid. ad an. 296] — fut obligé de se refugier auprès de Roger Roy de Sicile." Parachronismus duorum fere Saeculorum. De geographicis, quae ibi habet, nil dicam.



Digitized by Google

(221) *Pag.* 285. Conf. Hiſtor. S. Ludovici, T. I. p. 372. ubi ait: "Melik-cha ne pouvant même ſouffrir cette ombre de Calife, il avoit reduit Mouctadi — à quitter Bagdad, s'il ne l'eut quitté lui même par la mort, dans les dix jours, que le Calife avoit pris pour deliberer." Ita quoque auctor, cuius recenſio exſtat p. 341 Catal. Bibl. Reg. Pariſ. "Meh Melix [f. Mehir Melik مهر ملك] filiam Mulk Chah Selgiukidae uxorem duxit [Moctadi] in ſummum periculum adductus, Mulk Chah morte periculum evaſit." Confirmantur haec ab illis quae ſupra ad ann. 473 adſcripſi. Vnde miror tam memorabilem locum a Noſtro prorſus praeteritum ſilentio fuiſſe.

(222) *Pag.* 285. *Decem fere millibus caeſis.* Addit Renaudot pag. 469. 470 *uno die.* Quod non mirum reputanti morem venandi orientalibus, Tataris certe (forte quoque Turcis, et perinde Selgukidis) uſitatum, quem qui fuſius et luculentius deſcripſerit quam la Croix pater in Hiſtoria Genkizchani p. 331 ſqq. non novi.

(223) *Pag.* 285. *Borkeiaruk.* La Croix in Hiſt. Genk. p. 162 *Bercarue.* Geufraeus in Aula Turcica p. 133 *Belchiarocus.*

(224) *Pag.* 285. *Torcan Chatun.* Conf. Elmac. pag. 287. b. Erat filia Tamgagi, filii Bagra Chani, regum Turkeſtanae. Vid. Herbel. p. 542. b. ubi ait eandem anno 471 in thorum ductam Maliſchaho, Sangarum anno 479 edidiſſe. Mirum ergo, ſi et Sangari et Muhammedis et Mahmudi mater eadem fuit, quare potius minimum natu gubernationi admoverit, non alium paullo maiorem, cuius nihilominus tutelam gerere ſatis diu poterat, ſi ambitioſa erat.

(225) *Pag.* 287. *Tag el-Molk.* Alias Movaiied, vel, ut alii pronunciant, Mujad el-Molk. Vid. Herbel. pag. 187. a. 247. a. voce *Cami;* rectius *Commi,* ex urbe et provincia Comm oriundus. Id quoque non videtur emaculatum, quod ait ipſum Maliſchahi Vezirum poſt Nattam el-Molcum fuiſſe, ſed repetit tamen pag. 543. b. Quid autem ſibi velit p. 186. b. *Mogiared el-Mulk* (nam idem homo eſt) non exputo. Paret corruptum eſſe.

(226) *Pag.* 291. *Derepente decedebat Chaliſa.* Facit hoc ſuſpicionem admotae violentiae ab inimico Borkiaroco. Conf. Elmac. p. 288. qui particularia

Digitized by Google

cularia quaedam de ipſius morte habet. "Une peſte l'emporta ſubitement en l'autre monde" ait Herbelot p. 591. b. quod non de morbo quodam epidemio, ſed de acutiſſimo intra pauca momenta necante accipiendum eſſe, patet ex pag. 592. ubi ſcita habetur obſervatio, quid Arabes de ſubitaneo iſto mortis genere cenſeant.

(227) *Pag.* 293. *Scharhab f. Badri.* Atqui ſupra filius Muhammedis erat; modo idem ſit, quod non improbabile.

(228) *Pag.* 295. *Afdal.* Hic eſt ille *Elafdalius*, item *Emireius* [l. *Emircius*, Emir'el-Goiuſch] de quo Wilh. Tyr. edit. Bongarſ. p. 738. 768. quo poſteriore loco notat eum originis Armenicae et Chriſtianae fuiſſe. Mar. Sanut. p. 149 adhuc peius *Elafdolef.* Conf. Renaudot p. 474.

(229) *Pag.* 295. *Moſtanſer Abu-Tamim Moad.* Ergo fallitur Wilh. Tyr. VIII. 18. p. 773. ubi eum *Abu-Manſur* appellat, hac depravata ſcriptione *Bomenſor Elmoſtenſab*, id eſt *Abu-Manſur el-Moſtanſar.* Conf. Mar. Sanut. p. 151.

(230) *Pag.* 295. Hac de ſucceſſione Moſtaalae-billah memorabilia quaedam habet Renaudot p. 475.

(231) *Pag.* 297. Ad hunc locum haec aſſuit et animadvertit Herbelot p. 72. b. "Maſſoud ſon neveu lui ſucceda dans ſa principauté, quoi qu'il eut laiſſé deux enfans, dont l'un, nommé Decak, commanda dans Damas, et l'autre nommé Redhwan, ou Rizwan, devint Seigneur d'Alep. Ce Prince étoit de race Turqueſque, et voulut renouveller la religion des Carmathes." Horum auctorem citat Ibn-Schohnah, ſed aut habuit alium a noſtro et ex parte vitioſum codicem, aut praetervidit quaedam. Sane codex noſter de religione Carmatitarum nihil habet; et expreſſe ait Tanaſcho fuiſſe duo filios Dacacum et Rodvanum. Neque facile poterat hiſtoricus orientalis tam craſſi erroris genealogici inſimulari.

(232) *Pag.* 301. Principes orientales ſolent ei, quem honorare ſibique adiungere cupiunt, unam ſuorum aut uxorum, vel concubinarum potius, aut matrum, in matrimonium dare; quod hic etiam aut Tanaſch, aut Radvan, fecerat.

(233) *Pag.* 301. *Togtekin.* طغتكين Elmac. pag. 291 طعبلين *Tabalinum* nominat, vitio ſcribarum et interpretis, et peculiaria quaedam notabilia de ipſo narrat. Alterum illum, Sautekinum, nominat Elmac. p. 192 سوبكين *Subekinum.*

(234) *Pag.* 307. Nominat hoc chronicon Herbel. p. 455. b. *Bolgat el-Moſtamel:* verum ibi ait, illud in Chaliſatu Moſtarſchedi finire. Fallitur. Hic enim regnare demum a. 512 coepit.

(235) *Pag.* 307. *Harut.* Vid. Coran. Sura 2. et Sale pag. 13. 14. item della Valle II. 12. p. 51. Verba *inſpiravit et tradidit* ſpectant ad Coranum et traditionariam theologiam. Sed ne valde ſimus ſolliciti in his nugis intelligendis. Hoc eſt ſpecimen Serenadae Hiſpanicae, quales hodienum Hiſpani ſolent de nocte ſub feneſtris venerum ſuarum ſuper barbitis ſuis radere.

(236) *Pag.* 311. *Arſlan Argun.* Hunc procul dubio deſignare voluit, ſed aberravit tam in anno, quam in nomine, auctor, quisquis ille fuit, e quo Renaudotus p. 494 monſtroſam hanc et anecdotam notitiam hiſtoricam prodidit: "Anno 500, I. C. 1106, occiſus fuit a Batinaeis Singar Chah Sultanus, filius Malicſchahi." Sed ipſe ſibi contradicit et rectiora tradit p. 529. Saepe deprehenditur Vir cl. auctoribus uti parum peritis hiſtoriarum, infidis, pravo conſilio et inſcienter delectis, Chriſtianis potiſſimum, quibus curae magis erat fabulas et miracula incredibilia comminiſci, quam hiſtoriam ſcribere.

(237) *Pag.* 313. *Anuſchtekin.* Modo *Anuſchtekin* انوشتكين, modo نوشتكين *Nuſchtekin*, modo بوشتكين *Buſteghin* aut *Pouſchteghin*, modo توشتكين *Tuſchteghin* appellatur. Herbelot p. 181. b. ab initio eum ait mancipium fuiſſe *Balcateghini*, archipincernae in aulae Malicſchahi Sultani Selgukidae, heroque mortuo in eius munus ſucceſſiſſe. Pro *Balcateghino* nominat Hiſt. Genkizch. p. 161. *Pelcaykin* (nempe pro تكين *tekin* legit la Croix يكين *ikin*) aitque Anuſchtekinum noſtrum claudum fuiſſe.

(238) *Pag.* 315. Marai tradit, Moſtaalium, Chaliſam Miſrenſem, quum videret progreſſus Selgukidarum in Syria ſua, urbem unam poſt alteram ſibi eripientium, exciviſſe Francos; qui cum millies mille hominibus

advene-

adveneriht. Sed videtur haec ex odio immane, quo Schiitas illos persequebatur et quod ubique monstrat fervidus Sunnita, tradere.

(239) *Pag.* 315. *Bagi Seian.* Diversis modis scriptum in Abulfeda meo reperii hoc nomen. سنان *Senan* plerumque, quia Senan alias est familiare Turcis nomen. Sed forte rectior est scriptio سيان *Seian*, vel *Sien* ex Turcica pronuntiatione, quia a nostris scriptoribus expeditionum cruciatarum *Accien* appellatur, id est *Asien* cum praeposita aspiratione; vel ut scribit Wilh. Tyr. IV. 11 *Axcianus*, et ut Mar. Sanut. p. 143 scribit *Anxiens*. Iuveni quoque شيبان *Schaiban*, quod est nomen Arabicum. Ex *Bagi Seian* fecerunt *Casian*, et tandem *Castran*, ut apud Reusner. Epist. I. p. 13. Perhibetur hic Bagi Seian, filius Muhammedis, filii Alp Arslani, filii David Gagrubek, filii Michaël, filii Selguk fuisse; et eius pater Muhammed a suo patre, Alp Arslano, Antiochiam tunc accepisse, quum is Diogenem Romanum vicisset et maximam Asiae minoris partem arripuisset.

(240) *Pag.* 315. Videtur Alp Arslan Selgukida, pater Malicschahi, hic indicari, praesertim si Wilh. Tyr. l. c. verba consideres: "Axianus natione Turcus qui de familia fuerat magni et potentissimi principis Soldani Persarum — *Belsetoth* videlicet [is est Togrulbek] qui universas illas provincias [Asiam minorem] suo violenter subiugaverat imperio; tandem vero subactis populis et nationibus, volens ad propria redire, nepotibus suis ac vernaculis, universas distribuit provincias" rel.

(241) *Pag.* 315. Conf. Wilh. Tyr. VII. 8. ubi unum filiorum eius *Samsam-ed-daulam* appellat. Sic enim ibi leg.

(242) *Pag.* 317. Capta fuit Antiochia sub finem mensis Maii A. C. 1098. Vid. Hubert. Foliet. Hist. Genuens. I. p. 238.

(243) *Pag.* 317. *Corbuga.* Male hunc *Quetbouca* appellat Histor. Genkizch. p. 162. (nisi sit vitium typographicum, et *Querbouca* legendum) "Ce fut ce Sultan Bercaruc [Borkiarok] qui envoya sous les ordres de Quetbouca cette puissante armée, qu'il avoit levée dans la Perse, et qui fut defaite par les François après la prise d'Antioche qu'elle venoit sécourir."

Verum

Digitized by Google

Verum et ſic quoque Herbel. p. 268. voce *Cotbuca*. Nempe viſus ſibi fuit in codice ſuo habere قدبغا pro قربغا

(244) *Pag*. 319. *Vsque ad annum* 489. Putem itaque Wilhem. Tyrium ratione temporis falli, quando III. 19. et VIII. 10. ait eodem ipſo anno Aegyptios, duce Afdalo, Emirelgoiuſcho, Hieroſolymam Turcis ademiſſe, quo Francicam Aegyptiis ademerunt, et hos urbem ſanctam ultra undecim menſes non habuiſſe. Prava etiam harum rerum chronologia apud Herbel. p. 269. b. et ex Francicis, ut videtur, ſcriptoribus depromta. Rectius et ad mentem Arabicorum haec expoſuit Renaudot.

(245 a.) *Pag*. 319. *dies* 22 *octavi menſis*. Marai diem decimum tertium allegat, et addit, praeter Muſlemorum caeſorum ſeptuaginta millia, Francos quotquot Hieroſolymis repererint Iudaeos in eccleſiam compuliſſe, et combuſſiſſe. Nota ſunt exempla crudelitatis quacum plebs Chriſtiana tum dicta ad immanium monachorum incitationem et praedae cupidine Iudaeos in Anglia, Germania et alibi paſſim miſere vexavit. Addit denique codicem Corani, qui olim ad Otmanum, tertium a Muhammede Chalifam, pertinuerat, et e quo uno exemplaria, quae per orbem terrarum exſtant omnia manarunt, qui hactenus Hieroſolymis aſſeveratus fuerat, metu Francorum inde fuiſſe Tiberiadem deportatum. Haec ille. Facile iam ſubmoveatur obiectio Herbeloti p. 628. b. qui putat, orientalibus cum occidentalibus ratione chronologiae non convenire. "Cette année de l'Hégire, ait, (nempe 492) repond à celle de I. C. 1098. Cependant nos hiſtoriens ne marquent cette expedition qu'en l'année 1099." "Capta eſt urbs, ait Wilh. Tyr. VIII. c. ult. in fine, deſignans urbem ſanctam, anno ab incarnatione Domini milleſimo nonageſimo nono, menſe Iulio, quinta decima die menſis, feria ſexta, circa horam diei nonam." Non dubito, inſtituta inquiſitione hunc calculum cum calculo Abulfedae optime congruentem depreſenſum iri.

(245 b.) *Pag*. 319. *Modaffer Abivardenſis*. Herbel. pag. 11. b. ubi eum faſtus inſimulat; absque re. Si oriundus ab Omniadis erat, quare ſupprimeret genus? aut Bahelitam ſe diceret? Sequiturne ex eo, quod quis ſe Choreiſchitam, Alidam, Abbaſidam, appellat, quum ſit, aut ab aliis ita

nomi-

nominatur, ut superbus sit, eoque morbum animi prodat? Quod ait, eum "Tag el-Chorasan, la gloire de la province de Khorasan" fuisse cognominatum, etiam recte non perceptum est, mea quidem sententia. *Tag* et *Tag-ed-din* idem est. التاج الخراساني *Tag el-Chorasani* est idem atque *Tag-ed-din Chorasanicus.* Neque meritum ipsi vel gloria ex titulo accedit. Tales titulos in oriente assumunt etiam vilissima capita. *Divan,* quem Herbel. l. c. laudat, seu volumen operum eius poëticorum, videri posset illud esse, quod in Catalogo bibliothecae Leidensis pag. 476. n. 1657. recensetur hoc titulo: *Abu-Hafis Omar Ben Mudaffir Werdaei poëmata miscellanea.* Sed repugnant nomina. Conf. porro Herbelot pag. 859. b. voce *Tarikh Abiourdi*, et pag. 871. b. voce *Tarikh Nessa.*

(246) *Pag.* 323. *Zobaida Chatun.* Videtur ea, quod nomen *Chatun* gerit, non pellex, sed nobilioris generis fuisse. Significat illa vox *dominam,* et augustarum orientalium nominibus ex more additur.

(247) *Pag.* 325. *Regem.* Designat Boamundum I, Antiochiae Principem. Vid. de hoc casu Wilh. Tyr. VIII. c. 21. Redemptus fuit e captivitate A. C. 1102. Conf. Idem X. 25.

(248) *Pag.* 325. *Danischmend.* Item Danischman et Dalisman. conf. Leuncl. Pandect. pag. 414. ubi de horum Talismanorum officio pluribus agit. Saepe Bernier in Itiner. suum hospitem *Danechmend Canum* nominat, quod nomen ipse interpretatur p. 11. Tomi I. *le Savant.* conf. Geuffr. p. 5 et 31.

(249) *Pag.* 325. *Menhag.* Vel *Gezlah,* ut in edito Tacvino Latino appellatur, et in eiusdem codice manuscripto qui Leidae inter Vossianos asservatur, ubi tam confuse et corrupte scriptum hoc nomen est, ut vix agnosci queat. Sed memorabilis tamen ille locus ideo est, quod inde patet, quis sit *Carolus ille rex Christianissimus, eius nominis primus,* cui *nuncupatum* opus dicitur in editionis Moguntinae anni 1532 titulo. Est nempe Carolus Andegavensis Siciliae et Neapoleos rex, frater Ludovici Sancti. Non dicimus ab ipso Ibn-Gezlah hoc opus ipsi dedicatum fuisse; nam tempora non patiuntur; sed eius medicus, Iudaeus quidam, Latinam quam in Caroli usum et eius iussu fecerat, versionem ipsi obtulit. In editionis Moguntinae praefatione *Carolus*



Digitized by Google

ille dicitur Carolus Magnus esse. Confer. quae dixi in Actis Erudit. Mens. Sept. 1749, et Herbel. p. 400. a. 591. b.

(250) *Pag.* 325. *Tacvim.* Arabes omnes tabulas, et libros per tabulas digestos in singulari *Tacvim*, in plurali *Tacavim*, hoc est συνταξις et συνταξεις nominant. Ita Geographiam suam, quia in formam tabularum digesta est, inscripsit Abulfeda *Tacvim el-Boldan*, *Syntaxin urbium*, aitque in praefatione, se ad exemplum Ibn-Gazalah suum librum composuisse. Vt ergo *Syntaxis urbium et regionum* liber est per tabulas enarrans res quae ad urbes et regiones pertinent: ita *Syntaxis corporum* est liber per tabulas enarrans res ad corpora humana spectantes. Tales autem libros per tabulas digestos a Graecis *Syntaxes* appellari patet ex *Gregorii Chrysococcae excerptis ex Syntaxi Persarum* ab Ismaële Bullialdo et deinceps in Geographis Graecis minoribus editis. Conf. Catal. Bibl. Reg. Paris. p. 208. n. 1020. et p. 210. n. 1032.

(251) *Pag.* 331. *Ismaëlitae.* A scriptoribus Cruciatarum vocantur Assasini item Arsasini, de quo nomine varie coniectatum est. Mihi videtur probabile nomen hoc ab eorum institutore Hassano ductum, ut male scriptum et vulgo male pronunciatum sit *Assasini* pro *Hassanini*, vel Hassanici. Vel etiam, ex eo, quod passim scribitur hoc nomen *Chassasini*, quod nostro more pronunciatum sonat *Schassasini*, coniicias dictos ab Arabica voce جساس *Gassas*, hoc est *Schassas*, vel Gallice *Chassas*, notante κατασκοπον, *exploratorem*, *un espion.* Id enim istorum nebulonum opus erat. Conf. Iacob. de Vitriaco Hist. Hierosol. I. 13. 14. ed. Bongars. in Gestis Dei per Francos p. 1062. l'Histoire de S. Louis I. p. 371.

(252) *Pag.* 333. Magnum Chronicon Belgicum ad A. C. 1101 ita narrat. "Postea Caesaream Palaestinae cepit rex Balduinus, ubi captus est Admiratus, vel Admiraldus, urbis, et Episcopus eorum, quem Archadium [leg. Alchadium القاضي] vocant."

(253) *Pag.* 335. *Abu-Ali Mansur.* Abu Mansur Ali eum nominat Elmacinus pag. 294. qui notabilia quaedam a nostro praeterita habet. Conf. Herbelot p. 632. a. et Renaudot p. 475. [In numis nominatur Abu-Aii Mansur. *A.*]

(254)

Digitized by Google

(254) *Pag.* 337. *Gekermisch.* Hic est ille *Geigremich*, et *Socman* ille *Sochomanus*, qui apud Reusner. L. I. p. 12. in epistola Tancredi (sive ea vera, sive ficta sit) dicuntur "readunatis viribus — repentina obsidione civitatem Rohas et muros eius occupasse."

(255) *Pag.* 337. *Sangil.* In Arabico hic et alibi erat ضيبحيل *Daihil:* verum id aut auctoris aut scribarum in rebus Europaeis imperitia invexit. Reposui ubique صنجيل *Sangil.* Intelligitur Raimundus Comes Tolosanus, vel, quod idem est, Comes S. Aegidii, *le Comte de S. Giles.* Nam tractus Tolosanus, hodie Languedoc superior, medio aevo Gothia et provincia S. Aegidii appellabatur. Robertus de Monte Append. ad Chron. Sigeberti Gemblac. A. Chr. 1118: "Gelasius Papa — in Gallias venit et per Burgundiam et Gothiam, quae provincia Sancti Aegidii dicitur, synodales causas agit." Celeberrimum nomen huius Comitis S. Aegidii in historia primae Cruciatae. Vid. Sigeb. Gemblac. ad A. 1096, Ioannes Villanus apud Lami in Deliciis Erud. ad Bonincornii Chronic. et praecipue Robert. de Monte p. 639. ad A. C. 1160, ubi sic ait: "unde idem Raimundus in libro eiusdem [Hierosolymitanae] expeditionis nunc comes S. Aegydii, nunc Comes Tholosanus appellatur." De expugnatione Antartusae vel Tortosae, aut Antaradi conf. Wilh. Tyr. X. 13.

(256) *Pag.* 343. "Anno 1103 (ait Oliver. Schol. p. 1361) rex [Balduinus] Accon obsedit, nec eam cepit: sed anno revoluto, tempore verno, gente sua congregata, cum Ienuensibus, qui septuaginta naves rostratas habebant, per viginti dies commoratus redditam sibi suscepit urbem VII Idus Maii." Naves erga Genuensium sunt illud *subsidium per mare acceptum*, de quo Noster.

(257) *Pag.* 357. Vid. Wilh. Tyr. X. 23. Non satis intelligo quae Renaudot p. 494 habet huc pertinentia: "Anno 499, ait, I. C. 1105 Ismaëlitae arcem Apameae occupabant occiso Ahlaf [legit ergo احلف pro خلف] filio Mulaheb, iussu Abutaheri, qui, inquiunt, primus sectam Batinaeorum seu Assasinorum propagavit." Vtinam fontem indicasset.



Digitized by Google

(258) *Pag.* 357. *Quinque annos.* *Septem* ait Elmacinus pag. 296. Vterque recte. Abulfeda numerat usque ad annum 500, in quo ſumus; Elmacinus usque ad annum 502, quo capta fuit Tripolis.

(259) *Pag.* 365. *Hella.* *Helam* appellat Teixeir. Itin. p. 111. et de ipſius antiquitatibus haec habet: "Hela pueblo antiguo en el paraje, por do los hijos de Iſrael paſſaron cautinos para Babilonia; cuyos campos, que ſon en la Meſopotamia cerca del rio Eufrates, eſtan todos cortados de rivulos, por los quales ſe crian muchos Sauſes, y a quellos heran los rios de que el Pſalmiſta haze mention en ſu Pſalmo." Sit fides penes auctorem. Fieri poteſt, ut auctores veteres de Hella quadam alia, non de hac locuti fuerint: "Auctore Iacuto, ait Abulfeda in Geographia, eſt Hella filiorum Maziad in terra Babel, inter Bagdad et Cuſam; in qua primus deſignavit habitationes et exſtruxit Saif-ed-daula Sadaca, filius Dobaiſi, filii Alii Maziadi, Aſadita, anno 494. Solum, in quo poſita fuit, antea nominabatur Gamein. Eſt etiam Hella, pergit idem, pagus inter Vaſet et Baſram, quae diſtinctionis gratia Hella Bani-Kebla dicitur. Tertia Hella eſt oppidum inter Baſram et Ahvaz, de Dobaiſo, filio Afifi, Aſadita, cognominata. Quarta tandem Hella eſt magnus pagus apud Mauſel, Hella Bani-Marak appellata." Hactenus Abulfeda ex auctore ſuo. Quarta haec Hella ad Tigridem videtur illa eſſe quam Arabſchiades in Vita Timuri p. 92 memorat. Confundit hanc cum Hella Dobaiſi Herbel. p. 446. ubi etiam id ſenſu caret, quod ait, Hellam conditam eſſe "ſur le Tigre, entre Bagdet et Couſa." Poſſet concipi ſi Cuſa Tigridi aſſideret. Atqui Euphrates eam alluit.

(260) *Pag.* 365. *Tamim.* Vel *Temim.* Hic eſt ille *Tevinius*, vel *Teuminius*, quem memorat Anonymus auctor Hiſtoriae Siculae T. II. Bibl. Caruſ. pag. 855 lin. ult. Vtraque corrupta ſcriptio eſt, in qua facile vera, *Temimus*, vel *Temminus* deprehenditur. Verba eius ſunt: "Vxor Beneverti [Ibn-el-Vardi ابن الورد reguli quondam Syracuſani] cum filio ſuo — in Africam ad regem Tevinium [al. cod. Teuminium] profugiens" cet.

(261) *Pag.* 367. *Dar el-Mamlacat* diverſa a *Dar el-Chelafat*, ſeu palatio Chaliſarum, et a *Dar es-Sultanat*, ſeu palatio Sultanorum, et pro Moluk ſeu minoribus principibus deſtinata fuiſſe videtur.

(262)

Digitized by Google

(262) *Pag.* 369. *feſtivae hilaritatis.* In Arabico eſt للتفرج *letta-farrug.* Subit memoriam Ioſephum Barbarum ea voce paſſim uti, quam pro more iſtius temporis fere ſemper *tanfarruzo* effert: ut pag. 36 "diſſenio che voleva darmi un poco di tanfarruzo" conf. pag. 83. Recte tamen habet pag. 34 "mandommi a dir che andaſſi al Maidan, cioè alla piazza, a veder il Tafarruccio, cioè la feſta."

(263) *Pag.* 369. Forte memoriae falſus fuit Abulfeda, nominavitque Motanabbium pro Abu'l-Ola. Mihi certe nunc non ſuccurrit de Tabrizii commentario in Motanabbium ullibi legiſſe. Sed in Abu'l-Olae *Sekm ez-Zendi* Commentarius, *Dau ez-Zendi* inſcriptus, de quo vid. Herbelot pag. 795. b. 834. b. 950. a. et alibi, penes me eſt ex codice Leidano (p. 473. n. 1572.) exſcriptus, multa doctrina refertus, ſed quae omnis magiſtro, Abu'l-Olae, non diſcipulo, debetur.

(264) *Pag.* 371. Atqui ſupra dicebat, Francos Tripolin per quinque annos obſediſſe, quod cum verbis Wilh. Tyr. p. 800 lin. 25. ed. Bongarſ. concinit. Forte ſic accipiendus eſt hic locus, ut dicamus, Francos huius anni nono menſe acriorem inſtituiſſe obſidionem, hactenus remiſſius tractatam. Conf. Wilh. Tyr. p. 801. XI. 10. Oliverius Schol. ſic narrat: "Anno MCIX Chriſtiani Tripolin obſederunt — Adveniente rege Balduino ad ſupplicandum Ienuenſibus ut citra mare moram facerent prolixiorem, Tripolitani defenſores obſidionis incommodo nimis anguſtati ſub pactione vitae Tripolin dediderunt menſe Iunio."

(265) *Pag.* 371. Wilhelm. Tyr. XI. 14 captam Sidonem ſcribit die 19 Dec. A. C. 1111. Ad menſem Decembrem anni 1110 refert Oliverius Scholaſticus: "Anno MCX, ait, rex Balduinus Berithum obſedit eamque potenter cepit. Poſthaec — applicuerunt Norenſes cum claſſe 55 navium, quorum auxilio rex obſedit Sidonem a terra, Norenſes autem a mari. Vrbs ſe defendere nequiens regi ſe dedidit menſe Decembri." Conf. Magn. Chron. Belgic. pag. 142.

(266) *Pag.* 373. *Bardovil.* Is eſt Balduinus, Godofredi Bullionei frater, et in regnum Hieroſolymitanum ſucceſſor. Vid. Herbelot p. 188. b.



Digitized by Google

Rectius omnino Ibn-Chalican; nam Balduinus obiit A. C. 1118. Vid. Wilh. Tyr. XI. 31. Notabilis exſtat apud Geographum Nubienſem traditio, p. 127 lin. 9. "In eo lacu ſunt inſulae, ait, praeter urbem Tanis, ut جزيرة حصن الماء inſula caſtri Aquae [vel aquatici] in tractu et vicinia Farmaae; واليها وصل الملك بردوين الذي استفتح بلاد الشام بعد الاسلام وغرق بفرسه بقربها Et ad eum [lacum] acceſſit rex Barduin, ille qui Syriam Muſlemis ademit; et ſubmerſus periit una cum equo ſuo in eius vicinia" [vel poſſit quoque verti *in eius medio*, rariore ſignificatione vocis قرب].

(267) *Pag.* 373. *Sabechat Bardovil.* Marin. San. p. 261. 40 "Sabaquet Baridoil, ubi mortuus eſt Rex Balduinus." Vox Arabica notat *ſalſuginoſa*, hoc eſt tractum arenoſum, ſterilem, ſalibus, aut nitro ſcatentem. Renaudot p. 495 *ſalinas* non bene reddidit. Aliud enim ſunt ſalinae, ubi ſal excoquitur, et aliud ſolum ſalſum infoecnndum. Locus eius eſt memorabilis. "Anno 509, ait, I. C. 1115 Afdalus, Emirus Aegypti, inducias cum Balduino rege Hieroſolymorum fecit, poſtquam is ingentem caravanam Muſlemanorum cepiſſet, deſperaretque Emirus poſſe eum armis opprimi. Contigit hoc eo in loco, qui retinuit nomen Sebkhat Bardüil, Salinae Balduini." Conferantur quae idem paullo poſt ſub eiusdem paginae finem diſputat. Hic Balduinus eſt ille *gigas* quem memorat Ioannes Tucher Norimbergenſis in Itinerario p. 679. "Darbey, ait, [id eſt prope Lariſch, vel Ariſcham] iſt auff eine halbe Tagreiſe ein Begräbniſs eines groſſen Rieſen, der etwan daſelbſt in der Wüſten gewohnet hat."

(268) *Pag.* 375. *Gazalicus.* Vid. Leon. Afr. vit. Arab. p. 262 ſqq. Pocockii Spec. Hiſt. Ar. p. 371. Herbel. p. 362. a. b. ubi et titulos et libros eius plurimos et praecipuos recenſet, de quibus conf. p. 71. ubi pro *Ahja* leg. *Ihja*, p. 118. b. 123. a. 342. a. 422. b. 621. b. 631. a. Alios alibi memorat; ut p. 250. b. *Canun er-Raſül;* p. 633. et 991. a. *Chatem;* ſed integer ille titulus non eſt; p. 893. b. *Tohfat al-Falaſafat;* p. 944. a. *Dahab el-Abriz;* et p. 947. a. *Dachirat el-Ilm.* Librum eius *Naſihat el-Moluk* vidi in Bibliotheca Academiae Vltraiectinae, qui codex quondam Ravianus fuerat.

Librum

Digitized by Google

Librum minutum, sed elegantem, a verbis initialibus *Ajjuha el-Veld* appellatum, habet bibliotheca senatoria Lipsiensis ex Acoluthiana quondam. Librum eius *Hall er-Romuz* magicum esse non puto, ut tradit Herb. p. 422. b. sed titulum libri allegoricum. Ipse tamen monet p. 362. b. ipsi falso hunc librum tribui.

(269) *Pag.* 357. *Zain-ed-din.* Etiam apud Muhammedanos invaluit mos doctoribus magnificos titulos apponendi, ut apud nostros olim *doctores angelici, seraphici,* rel. audiebant. Imo ita invaluit, ut multi non exspectantes publicam vocem, ipsi sibi splendidos titulos arrogarent, ut Zaineddini, Nureddini, Saifeddini, al. Notat autem Zain-ed-din *ornamentum religionis,* Hoggat el-Islam autem *elenchum fidei Muslemicae,* vel talem virum, qui vel scriptis veritatem fidei Muhammedanae adversus adversarios evicit et asseruit, vel a cuius exemplo et argumento veritas illa demonstrari queat.

(270) *Pag.* 375. *In eius collegio.* Nattam el-Molki nempe. Hinc intelligitur quis fuerit ille quem non nominat Leo Afric. l. c. dicens: "Hoc tempore accidit quod viceecancellarius consiliariusque maior struxerat mirabile collegium in civitate Bagdad." rel.

(271) *Pag.* 375. Hi sunt illi libri, quos Leo barbaris et horribilibus istis nominibus designat, *extensio legis, mediocritas legis, breviarium legis,* rel.

(272) *Pag.* 377. *Francus.* Is est Tancredus, Roberti Guiscardi ex filia, et Baimondi ex sorore, nepos.

(273) *Pag.* 377. *Eam.* Ambiguum, Armeniam, an Antiochiam: sed patet ex sequentibus ad an. 513 Antiochiam intelligi debere, et per *Sirogalum* Rogerium, filium Richardi, de quo vid. Wilhelm. Tyr. XI. 18. 22. XII. 9. 10. unde facilis nascitur coniectura istud corruptum *Sirogal* vel *Sirogel* esse pro *Sir* (dominus) *Rogel* vel *Rogel,* id est *Roger,* *r* in *l* mutata ut saepe fit, praesertim ab imprudentibus Barbaris. Ita (ut ait Wilh. Tyr. XI cap. 30.) "Alexandrium Arabice dicitur Scandarium: vulgares vero R in L conversa dicunt Scandalium." *Sir* autem illis temporibus praefigi principum nominibus solebat; ut apud Cantacuz. l. 1. c. 56 Συϱ γη ντη Λεζιανο, id est *Sire Gui de Lusignano.* Vid. Boivin. ad Niceph. Greg. XII. 15.

(274)

Digitized by Google

(274) *Pag.* 379. ***Maudud.*** Hic eſt ille ***Menduc*** Wilhelmi Tyrii XI. 19. Oliverio Scholaſtico, cuius locum paullo poſt citabo, eſt ***Mandulfus.***

(275) *Pag.* 379. Wilh. Tyr. XI. 20. fin. "At vero hoſtilium exercituum princeps, qui regnum ita potenter afflixerat [cum antea ***Menduc*** appellaverat] Damaſcum perveniens, conſentiente, ut dicitur, Damaſcenorum rege Doldequino [leg. Docdequino] a quibusdam ſicariis interfectus eſt. Suſpectam enim eius dicebatur habere potentiam, ne eum regno privaret." — Totum hunc articulum ſic enarrat Oliv. Schol. "Anno MCXIII, ait, congregati ſunt Turci trans Euphraten, Ieroſolymorum partes adituri — fugit rex, vexillo ſuo perdito; fugit et patriarcha — menſe Iunio. Sarraceni ſublato regis tentorio et manubiis, terras vaſtando proceſſerunt Sichem (Neapolin) — Apud Damaſcum eſt interemtus Mandulfus a quodam ſicario Saraceno, dives et potens inter Turcos, qui multa mala Chriſtianis intulerat."

(276) *Pag.* 383. *Acſoncor Borſakenſis.* Cruciatarum ſcriptores *Burſequinum* appellant. Conf. ad hunc articulum Wilh. Tyr. XI. 23. et Marin. Sanut. p. 156 lin. 26. qui *Borges* appellat, coll. lin. 36. Nomen habet de vetere hero Borſaco, Schehna Bagdadi.

(277) *Pag.* 383. "Anno MCXVI, ait Oliverius Scholaſticus, Franci inter Antiochiam et Damaſcum conſederunt. Vnde Doldequinus princeps Damaſcenorum metuens vindictam pro morte Mandulfi, quem in praetorio, ſicut ſuperius dictum eſt, conſenſerat doloſe perimi, cum rege Balduino et Rogerio principe Antiocheno foedus iniit, quod intelligentes Turci ſimulata fuga delituerunt in cavernis."

(278) *Pag.* 389. *anno DXVI obiit Faraï.* Ita Hagi Chalifa et Raud, ex quo Herbelot p. 167. b. etiam attulit. Sed idem p. 361. b. annum 426 citat. Conf. p. 855. a. Praeter libros huius viri, quos Noſter et Herbelot l. c. nominat, invenio apud Raud شرح السنة في الحديث quod expono, commentarium in ſex illos praecipuos auctores, qui totidem Corpora Sunnae, prae aliis eius generis libris celebrata compoſuerunt, ut ſunt Bocharius, Muſlem, Tarmadi, rel. de quibus vid. ad ann. 204. Conf. quoque ad ann. 287 dicta.

(279)

Digitized by Google

(279) *Pag.* 391. "La ceremonie de l'investiture se pratiquoit par les patentes, la couronne, la chaine, et *les braselets* que le Kkalifeh envoyoit au Sultan, qu'il investissoit." Herbelot p. 541. a. Ita Rihan in descriptione praelii Du-Car [de qua vid. ad ann. 2] ait eum, qui Persicum imperatorem transfodit, اخذ ديباجه وقرطيه واسورته وكذلك كان زي الملك عندهم "cepisse ipsius auro pictam vestem sericam, et geminas inaures, et armillas. Is enim ornatus erat principum apud ipsos" veteres nempe Persas. Confer. Elmacinus p. 217. l. 6. et p. 240. item p. 241. ubi recte vertit Erpenius verba وخلع عليه وطوقه وسوره "dignitatis quoque vestem ei induit, et torquem atque armillas." Sed male pag. 235. qui locus corrigendus ex superioribus. Similis est in historia Byzantina لبس الخف الاحمر "indutio caligarum purpurearum" ut Elmac. p. 252. 1. loquitur. Idem auctor p. 290 caerimonias omnes apud investituram principis usitatas complexus ait خلع عليه وتوجه وطوقه وسوره وولاه ما وراء بابه 1) "induebat Chalifa ipsi (de Borkeiaroco sermo ibi est) vestem honoris" *togam pictam* si cum Romanis loqui malis; 2) "imponebat ipsi Tagum" h. e. diadema, cidarin, qualem veteres Persiae reges gestaverant: Muhammedanum gestamen id non est, sed *Amama*, rotundum epicephalaeum; 3) "circumponebat ipsi torquem aureum; 4) armillas; 5) mandabat ipsi curam rerum quae extra suam curiam et oeconomiam forent." Sed nondum habemus omnia. Plura enumerat Renaudot p. 448. "A Califis, ait, instituebantur Sultani, hoc est accipiebant ab iis vestem, birrum [forte Tag vel cidarin intelligit] vexillum nigri coloris, qui apud Abbasidas sacer, ensem, torquem, armillas, et diploma investiturae."

(280) *Pag.* 395. *Sirogal.* Rogerius, filius Richardi, successor et affinis Tancredi, tutor Baimondi secundi, filii Baimondi primi. Vid. Wilhelm. Tyr. XII. 9. 10. 11. ubi memorat *Cerepum*, quae Nostro est *Atareb*, et *Sardonas*, quae Nostro *Zardana*. *Afrin* videtur *Campus Sanguinis* esse, Tyrio memoratus, aut certe in vicinia. "Anno MCXIX (ait Oliverius Schol.) Rogerius, princeps Antiochenus, cum gente sua committens praelium contra Turcos interemtus cecidit et de Antiochenis septem millia ceciderunt, de Turcis vero nec etiam viginti. Princeps iste male vivendo iram dei contra se provocavit.

vocavit. — Rex autem Ierufalem — cum Sarracenis iuxta oppidum Sardanicum pugnavit — fugerunt perfidi." Matthias Parif. "Rogerus princeps Antiochenorum, ait, cum equitibus tercentis et peditum tribus millibus contra tres principes, Turcorum fcilicet, Damafcenorum et Arabum, qui fecum trahebant armatorum fexaginta millia, praelium nimis inaequale committens, interfectus eft cum fuis omnibus, ita quod nec unus evafit qui cafum fidelibus narraret."

(281) *Pag.* 399. Conferri cum his, et hinc emendari poterit caput decimum libri VII. Roderici Toletani de rebus Hifpaniae; quod quia parvum eft huc adfcribam. "In diebus huius Aldefonfi furrexit apud Arabes vir quidam Auentumerth, homo in aftronomia [hoc eft aftrologia] et naturalibus valde doctus. Hic curiofitate vigili inveftigans quaefivit iuvenem filium figuli, qui Abdelmon proprio nomine dicebatur, et ei fuadens grandia praedixit eum regem Arabum affuturum; qui mox confentiens prophetae monitis acquievit. Auentumerth autem afcivit quendam qui Almohadi dicebatur et erat in Mahometi doctrina valde peritus, et coepit librum Machometis qui dicitur Alchoranus exponere et docere, et Caliphe de Baldac, qui eft Papa Arabum — contraria praedicare; fimiliter contra Almorauides, qui tunc culmen regni in Africa obtinebant, rebellia adhortari. Et tantam feduxerunt populi multitudinem, quod licet Rex Albadi [Aben Ali], qui erat rex et dominus Almorauidum, cum eis faepius concertaffet, et etiam deuiciffet, tanta fuit commotio eius gentis, quod non potuit praevalere. Ille etiam Abdelmomus, qui regalia exercebat, adiutus praedicatione Almohadi, et conciliis Auentumerthi, regem Aboali vicit et interfecit et totum regnum Africanum obtinuit, et apud Marrochum, gentis illius metropolin, ftatuit fedem fuam et Almohadi quafi dei prophetam in omnibus honorabat, cuius praedicatione totam Africam acquifivit et fuo gladio fubiugavit. Tandem etiam in Hifpaniam cisfretavit et fere fuo dominio omnes Arabes incurvavit, et eo reverfo in terram fuam mortuus eft Almohadi, quem Abdelmomus non longe a Marocchis regio funere fepelivit. Et in tanta veneratione habetur, ut in neceffitatibus fuis ad eum recurrant fubfidia petituri. Et ab eius nomine complices huius fectae Almohades nominantur. Alii tamen dicunt Almohades *unitos* inter-

interpretari. Poſt haec mortuo Abdelmuno filius eius Aueniacop ſucceſſit in regno, qui in Hiſpanias veniens a quodam Chriſtiano occiſus fuit in Portugalia. Cui ſucceſſit frater eius Abiniuzeph, qui in bello Alarcuris repulit Chriſtianos; et hoc mortuo, ſucceſſit ei filius eiut Auenmahomath, qui in Nauis Toloſae ab Aldephonſo rege nobili fuit victus; quae victoria diſceſſionis et exterminii Almohadibus cauſſam dedit." En brevem huius dynaſtiae ideam ex Roderico Toletano. Notetur quoque Herbelot p. 585. b. qui temere Abd-al-Mumenum et filium Tomruti eundem facit. "Le premier fondateur de cette dynaſtie, ait, fut Mohammed Abdelmoumen fils de Tomrut" cet. Sed rectius Idem p. 605. b.

(282) *Pag.* 401. ***Abu-Becr Tortuſchanus.*** Eſt ille ***Etartoſim,*** quem memorat Leo Afric. p. 263. Vit. Ar. dicens de Gazalio: "In Alexandriam acceſſit incognitus, ubi Etartoſim in theologiam audivit."

(283) *Pag.* 401. Ad verbum ***inſtituebat imperare agnitum, et vetare non agnitum.*** Frequens haec elocutio eſt in libris Arabum hiſtoricis, ubi dicunt aliquem, ut mos eſt illorum vagabundorum, per urbes et vicos obeundo, quod nos dicimus, ***praedicaſſe.*** Habuimus iam ſimilem locum ſub anno 201 in turbis Bagdadicis. Non male Herbelot p. 607. b. "Ces deux hommes vinrent enſemble a Maroc — et precherent publiquement, qu'il ne falloit ſuivre dans la religion que ce qui eſt connu et approuvé de tous pour juſte, et rejetter ſeulement ce qui étoit reconnu de tous pour injuſte. Les Arabes appellent cette maxime الامر بالمعروف والنهي عن المنكر" Non videtur tamen omnino vim dictionis penetraſſe. Scilicet ***agnitum*** eſt illud, quod ſana ratio hominum omnium, civili cultu et revelatione divina imbutorum, pro honeſto, aequo, ſibi et civili vitae congruo agnoſcit, verbo, ***boni mores,*** in quorum obſervationem univerſale concordia omnes conſenſerunt, ritus, ſanctiones non ſcriptae, ſed ſola memoria et conſcientia valentes. Hinc عرف ſanxit legem, ritum introduxit, et ſtabilivit. العرف eſt talis lex non ſcripta. العارف eſt moraliſta, *ηθικος*, homo bene moratus, modeſtus, ſobrius, contemplativus, ſpiritualis, myſticus, ſanctae vitae ſtudioſus. Non recte proinde vertit Herbelot pag. 43. b. ***Akhbar al-Areſin***

 اخبار

اخبار العارفين *histoire des gens doctes.* At rectius vertit pag. 126. a. *des gens spirituels, des docteurs mystiques.* Vid. p. 373. a. et 827. a. *Sultan el-Arefin.* Hinc et quod عرف *agnitio*, notat *determinatio provinciae*, tractus terrae ab altero non per naturam, non fluvio, non montibus, sed consensu gentium et diuturnitate consuetudinis ab altero tractu contiguo separatio, et peculiare nomine designatio, quod audiens protinus agnoscit et distinguit. Adhibetur illa vox eo sensu ab Ibn-Arabscha in Hist. Timuri p. 26. lin. pen. وفي عرفهم ما وراء جيحون الي جهة الشرق توران "Ex ipsorum determinatione, constitutione et limitatione geographica, id omne, quod a fluvio Gihun [vel Oxo] in orientem patet, est et appellatur Turan." Hinc intelligitur quid sit الاقليم العرفي, terminus Geographicus, quem Gravius non satis perspicue reddit *clima cognitum.* Debuerat *clima morale;* quod non natura, non caloris et frigoris diversitas, non subtilitas exacta mathematicorum, ab altero distinxit, sed gentium consensus, sanctio, ritus pro peculiare climate agnoscit. — Inde patet, quid Moncar sit, oppositum nempe agniti, *non agnitum;* mali, improbati ab omnibus mores, foedi et infames.

(284) *Pag.* 401. *Abd-el-Mumen.* Hic est ille Hispanorum *Abdulmenon.* Vid. Hist. Revol. Hisp. T. III. pag. 181. Leoni Africano est *Habdul Mumen* loco statim laudando.

(285) *Pag.* 403. *Tinmalil* est ergo *Temnella* Leonis Africani II. 52. p. m. 115: "Temnella est illud oppidum Elmahdi, concionatoris quondam disertissimi, nec non et huius discipuli Habdul Mumen, monumentis celebre. Incolae etsi ab omnibus pro haereticis habeantur, nulla tamen eruditio quam sibi non audeant arrogare; idque eo fortasse quod Elmahdi scripta (qui tamen et haereticorum dux fuit) ad unguem teneant; adeo ut si quem exterum ad se venisse sciant, mox hunc ad litterarium certamen provocent."

(286) *Pag.* 405. *Movahhedin.* Leo Afr. suo more *Muoachadin*, qui etiam eos titulo, quem sibi peculiarem habet, *Concionatores* appellat, propterea quod Ibn-Tomrut talis fuit. Vid. III. 53. p. m. 254.

(287) *Pag.* 405. Ergo falsus fuit Abu-Osaiba, quum in vita Avenzoaris c. XIII scribit, Mahdium in Hispaniam cum Abd-el-Mumeno venisse

et

Digitized by Google

et homines ad ei obsequendum invitasse. في ايامه دخل المهدي الي الاندلس وهو ابو عبد الله محمد بن عبد الله بن تومرت ومعه عبد المومن وشرع في بث الدعوة لعبد المومن وتمهيد امره ،

(288) *Pag.* 407. *Dux Abdelmumeni, Omar.* Videtur is idem esse, qui alias Abu-Hafs Omar appellatur, conditor gentis, quae apud Tunetum imperavit, sub Haffidarum nomine. Vid. ad ann. 541 et 652.

(289) *Pag.* 407. Vivum combustum esse Teschfinum perhibet Hist. Revol. Hisp. T. III. pag. 181 et 190. Sed cum Nostro facit Leo Africanus p. m. 103. ubi exitum huius dynastiae satis bene describit. In eo differt a Nostro, quod dicat Teschfinum (quem Abrahamum nominat) de consilio se cum uxore e rupe praecipitasse.

(290) *Pag.* 409. Robertus de Monte Contin. Sigeb. Gembl. ad An. 1152 patibulo suspensum perhibet Emir Ishacum: "Massamuti, quos quidam Moabitas [leg. Moahitas] dicunt, post usurpatum [hoc est violenter raptum et occupatum] Mauritaniae regnum regemque patibulo affixum" cet. Similiter Chronicon Cassinense in Bibliotheca Sicula Carusiana p. 510 ad A. C. 1151: "Naassamonites, gens Mauritaniae, regem suum, eiusdem provinciae, laqueo suspenderunt; deinde iter agentes nobilissimam urbem Buceam et multas alias civitates tum vi tum dolo ceperunt, rege eius fugato" — Addit eodem articulo: "Naassamonites regem Buceae in Constantina urbe captum suspendunt." Vid. ad an. 547.

(291) *Pag.* 409. De hoc templo Maroccano Leo Africanus II. 45. p. m. 100 haec habet, ex parte quamvis *ανιστορητα.* "Quaedam templa a Lontunorum rege [Iosepho Teschfinida], quaedam item ab huius successore Elmuachidino [non est homo, sed gens] exstructa sunt; sed nullum artificiosius, neque magnificentius, quam quod medio urbis ab Haly, Iosephi illius filio, primo Marocci rege [imo secundo] aedificatum est; vulgo templum Hali ben Iosephi nominant. In huius tamen locum successit quidam Habdul Mumen, qui, ut prius illud nomen deleret, suumque apud posteros notum redderet, maximum hoc totius Marocci templum extinguere, atque aliquanto



Digitized by Google

quam antea erat, magnificentius reſtaurare curavit. Verum ſumtum omnem atque operam perdidit: vulgus enim et in hunc usque diem templum antiquo illo nomine appellant."

(292) *Pag.* 411. *el-Afdal.* Alio nomine ipſum appellat, Alaeddini nempe, l'Hiſtoire de S. Louis I. pag. 373: "Ils prirent Jeruſalem ſur Aladin Sultan du Califе d'Egypte."

(293) *Pag.* 411. In urbibus orientalium, in regione ſicca et calida, ubi raro pluit, et viae plerumque lapidibus ſtratae non ſunt, maximum incommodum creat pulvis. Hinc quando rex Mogolorum e palatio ſuo in Moſcheam procedit (ita narrat Bernier p. 69.) "cinq ou ſix cavaliers bien montés doivent — courir bien loin devant le roi de peur de lui faire de la pouſſière, afin de faire écarter le peuple. Avant qu'il ſorte de la forterеſſe, les rues par ou il doit paſſer, ne manquent pas d'étre bien arroſées à cauſſe de la chaleur et de la pouſſière." Hinc pag. 74, ubi pompam procerum aulae Mogolicae deſcribit, ait talem magnatem, ubi vehitur vel portatur in aulam, habere circa ſe famulos plures, "un ſerviteur à coté, qui porte le Piquedans, ou le Crachoir; deux qui lui font du vent et lui chaſſent les mouches et la pouſſière avec des queues de paon."

(294) *Pag.* 411. Non ſatis intelligo quod Marai ait ضربه فرادي فقتله quod vi vocis aliud ſignificare non poteſt, quam *percutiebat ipſum homo σποραδικος*, (ſingularis, particularis, ſeorſim euns) *et occidebat eum.* Sed aliud requiro. En totum loccum iſtius auctoris de hoc Sultano: "Auctoritas omnis erat penes Vezirum Afdalum, filium Emir el-Goiuſchi Badri Gamalici. Hic Afdal eſt ille, qui condidit الجيوشي Goiuſchicum [nempe القصر quod ſubintelligitur, *palatium*] in planitie montis Mocattami; et Game ſeu templum Gizae, et Game al-Attarin [ſeu templum aromatatiorum] in marchia [ثغر] Alexandrinae, et forum de ipſo Emir-el-Goiuſchicum dictum, ſed quod vulgus per contractionem *Mirguſch* efferre ſolet. Erat Sunnita — — Reliquit, ut refert Ibn-Challacan, opes innumerabiles. Sexcenties millies mille numos aureos; argenteorum ducentos et quinquaginta Ardebas [modios] Miſrenſes; ſeptuaginta millia telarum ſerici panni auro inter-

intertexti; pyxidem auream gemmis oneratam, ad duodecies mille aureorum pretium; quingentas ciſtas veſtiarias, pro condendis veſtibus corporis ſui; duas magnas ciſtas, in quibus erant acus aureae pro mundo muliebre: de aliis ſpeciebus tantum, quantum ſolus deus bene norit." —

(295) *Pag.* 413. *ab ipſo illo Chaliſa.* Quem Renaudot p. 493 "crudelem, durum, ingratum erga Afdalum, vafrum, mendacem, ſuperbum, ingenio valentem, et fraudum artificem eximium" perhibet. Memorabilis eſt eiusdem locus huc proprie pertinens p. 495. "Anno 515, ait, I. C. 1121 occiſus eſt a ſicariis Emir Afdal, immiſſis a Califa Amero, quem ſaepe veneno appetierat, quum iam animadverteret gravem ſe et odioſum eſſe principi." Characterem huius Emiri habet idem p. 474. "Laudat Afdalum, ait, magnopere auctor hiſtoriae, quod Aegyptum ſumma prudentia, aequitate et temperantia gubernaverit, adeo ut felicitas publica ei deberetur." Circumſtantias caedis paullo aliter quam Noſter enarrat idem p. 496.

(296) *Pag.* 413. *Guilielmo.* Hunc Maimburg p. 270 Hiſt. des Croiſ. *Galeran* appellat ex Geſtis Dei p. 616.

(297) *Pag.* 413. *Latus templi Meccani auſtrale*, vel, ſi mavis, *latus — Iamanicum.* الركن eſt proprie *fulcrum*, *columna*, *lapis angularis*; et in genere *paries*. Appellatus fuit hic paries Iamanicus, quia Iamanam ſeu Arabiam felicem reſpiciebat, aut quia, ut perhibet Ibn-Cotaiba, vir aliquis Iamanicus eum condidit. Vtrumque ſimul conſiſtere poteſt. Verba Ibn-Cotaibae ſunt: ذكر قوم ان ابي بن سالم الكلبي ورد مكة وقريش تبني البيت ، فتشاجروا عن اخراج النفقة ، فسالهم ان يولوه ركنا من اركانه ، فولي الربع الذي فيه الركن اليماني ، فبناه فسمي اليماني ، قال شاعرهم ،

لنا ايمن البيت يعبدونه وراثة ما بني ابي بن سالم ،

واكثر الناس علي انه يمانيا لانه من الشق الايمن

"Perhibent quidam, Obaiium, filium Salemi, Calbitam veniſſe Meccam, quo tempore Coraiſchitae Caabam ſtruerent. Illis tum aeſtuantibus ob modum exigen-

exigendorum ſumtuum, rogaſſe virum illum, ſibi veniam dari, ſuo de aere parietem unum aliquem condendi. Sic attributum ipſi fuiſſe quadrantem illum, in quo eſt Rocn-el-Iamani. Quem quum ille exſtruxiſſet, appellatum de autoris patria fuiſſe Iamanicum. Inde ait gentis eiusdem aliquis poëta:

Nobis eſt dextrum [vel auſpicatiſſimum] latus domus, quam illi [Arabes, vel Coraiſchitae] colunt, quamdiu ipſa perſtabit, haereditas ab Obaiio, filio Salemi, accepta.

Plurimi tamen in ea ſunt opinione, dictum fuiſſe illum parietem *Iamani* ideo quod ſit in latere *el-iman* ſeu dextro vel auſpicato."

(298) *Pag.* 413. *Hariricus.* Hotting. Bibl. Quadr. p. 292. cl. Schultens in praefat. ad ſuas editiones Conſeſſuum aut potius *συςασεων*. Herbelot p. 430. ubi pro *Abou Schirwan* leg. *Anu Schirwan.*

(299) *Pag.* 413. *Macamat* ſunt diſſertationes, in quibus enarrantur quae in publicis conventibus, concurſibus plebis, dicta factave fuerunt. Proprie *conſiſtentiae*, ſeu concurſus populi, coronae ſpectatorum et auditorum: ut Graeci talium narrationes *ςοας*, *περιπατους*, *συςασεις*, *λεςχας* appellent. *Mokimin* ſunt *οι περιςησαμενοι οχλον*, plani, impoſtores, praeſtigiatores, thaumaturgi, qui populi multitudinem ad ſe alliciunt. Talis fuit ille Abu-Zaïd, quem Haririus in unaquaque diſſertatione introducit alia atque alia et ſemper diverſa ratione impoſturae crumenas auditorum emungentem. Talium nebulonum plenas eſſe urbes orientis atque Africae docent itineratores, ut Olearius, Leo Africanus pag. 464 et alibi, Leunclav. in Pandect. p. 464. qui fraudes et facetias iſtorum hominum deſcribunt. Eſt ergo liber hic Haririi enarratio fatorum, quae aut revera ſubiit, aut ſaltim fingit ſubiiſſe ſuis in itineribus Haririus. Eius generis ſunt noſtrates *Robinſoni Cruſoe*, et ſimilis farinae libri. Credidi me debuiſſe veram vocis ſignificationem exponere, quae ab interpretibus hactenus percepta non fuit. Herbelot p. 524. "*Macamat.* Aſſemblées et Converſations; lieux communs et piéces d'Eloquence, ou diſcours academiques qui ſe recitent dans les compagnies de gens de lettres." V. ibi ſeqq. in quibus (quod iuvat in tranſitu notare) pro *Macamat Al Kamas* leg. loco ultimae vocis *Alkawas;* et paullo poſt rurſus *Alkawas*, pro *Allawas*. Vid. p. 716. b. item vocem *Nakſchbendi* non recte redditam,

*pictor.*

*pictor*. Notat enim illa vox Turcica *religiosum* ordinis vel regulae Suficae. Forte confudit vir d. vocem Turcicam cum Arabica *Naccasch*, quae revera *pictorem* notat.

(300) *Pag*. 415. *Maschan pagus*. Ita quidem et Ibn-Challican et Abulfeda geographus, et forte sic obtinet hodie pronunciatio. At olim erat ميسان *Maisan*, unde sinus Persicus Ptolemaeo dicitur κολπος Μαισανιτης, Plinio et Ammiano *Mesenen*. Conf. Asseman. Bibl. or. T. II. dissert. de Monophysitis, voce *Bassora*. Tota illa regio quondam *Misan*, et *Dost Misan* [campania Misan], *Mesene* dicta fuit, unde Basra Syris *Ferat Mesene*. Vid. supra ad an. 24 locum Ibn-Cotaibae de acquisitionibus Muslemorum sub Omaro comparatis; ubi *Misan et Dost Misan* memorantur. Hinc emendanda Eliae Damasceni tabula episcopatuum orientalium, et pro دستهسان (ut editur Tom. II. Bibl. or. Asseman. p. 459. aut دسيمسان ut editur T. IV. p. 729. et pro quo cl. Assemanus putat دهستان reponendum esse, h. e. Dehestan) rescribendum omnino دستميسان *Dost Misan*.

(301) *Pag*. 417. *Abu-Asvad Doiolita*. Est hic unus των ἑταιρων, seu sociorum Muhammedis, vir a prudentia, sed et ab aviditate clarus, de quo narrat Ibn-Cotaiba, quod *primus Arabismum formaverit* وهو اول من وضع العربية, quod non intelligo. Forte dicere vult, ipsum primum Arabicam linguam in formam scientiae, et grammatices deduxisse. Porro narrat, ipsum fuisse elegantem poëtam, et commendasse suis liberis parsimoniam his verbis: لا تجاودوا الله فانه اجود امجد، وان شاء ان يوسع علي الناس كلهم حتي لا يكون محتاج لفعل، فلا تجهدوا انفسكم في التوسعة فتهلكوا هزلا، "Ne certate cum deo liberalitate. Deus sane est liberalior et laudabilior quam ullus homo; et posset omnes divites facere, non tamen facit; quod sane faceret, si vellet, et consultum videret, tanta omnes in amplitudine collocare ut nullius ope indigerent. Ne itaque vosmet ipsos defatigatis in studio alios locupletandi, cum periculo simul ipsi fame et macie pereundi." Porro narrat, eum in castris Alii adversus Moaviam apud Saffinam pugnasse. Facetum est colloquium quod cum λιχνῳ quodam et famelico Arabe habuit referente Nuvairio, qui plura de



Digitized by Google

ipsius, seu avaritia, seu parsimonia narrat. Adscribam ipsa verba, ut specimen eloquentiae Arabicae, promptae pariter et aptae, vivumque testantis ingenium huius nationis, praesertim Scenitarum. وقف عليه اعرابي وهو يتغذي فسلم فرد عليه ، ثم اقبل علي الاكل ولا يتعرض عليه ، فقال الاعرابي اما اني قد مررت باهلك ، قال كان ذلك طريقك ، قال وهم صالحون ، قال كذلك فارقتهم ، قال وامراتك حبلي ، قال كذلك عهدي بها ، قال ولدت ، قال ما كان بدلها ان تلد ، قال ولدت غلامين ، قال كذلك كانت امهما ، قال مات احدهما ، قال ما كانت تقوي علي رضاع اثنين ، قال ثم مات الاخر ، قال ما كان ليبقي بعد اخيه ، قال وماتت الام ، قال جزعا علي ولديها ، قال ما اطيب طعامك ، قال ذلك جزاي علي اهله ، قال اف لك ما الامك ، قال من يناسب صاحبه *

"Accedebat ad ipsum comedentem aliquis Arabs Scenita. [Procul dubio id in urbe Basra contigit, ubi Abu'l-Asvad obiit.] Salutabatque. Cui quum salutem regessisset Abu'l-Asvad, comedere instituebat denuo, tanquam si Arabem non vidisset. [Neque invitabat ipsum ad epularum societatem, quod Arabs ab hospitale Arabe exspectabat. Arabs id aegre ferens et adspectu cibi fameque lacessitus, quaerebat occasionem colloquio, num forte sic contraheret cum socio suo familiaritatem, et voto suo potiretur. Ideoque,] Transii apud gentem tuam, aiebat [in campania nempe]. Respondebat Abu'l-Asvad: Illuc te ferebat via tua. Sunt probi et boni homines, continuabat Arabs [vel etiam, bene valent adhuc]. Respondebat Abu'l-Asvad: Ita reliqui eos. *Arabs*. Vxor tua erat gravida. *Resp*. Talem nuper eam vidi. *Arabs*. Peperit. *Resp*. Non poterat non parere [gravida cum esset]. *Arabs*. Peperit duo pueros. *Resp*. Itaque fuit amborum mater [si ambos peperit]. *Arabs*. Vnus eorum obiit. *Resp*. [Bene fecit; nam bona femina] non poterat duobus lactandis sufficere. *Arabs*. Dein mortuus est etiam alter. *Resp*. Probabile et congruum erat, ut fratrem frater sequeretur [vel destinatus non erat ut

ut fratri superesset]. *Arabs*. Tandem mortua quoque fuit mater. *Resp*. Non ferens desiderium geminorum suorum. *Arabs*. Quam bene sapit cibus tuus." *Resp*. Nempe praemium est quo dignos afficio. *Arabs*. O quam tu agrestis et sordidus es. *Resp*. Accommodo me scilicet ad exemplum sodalis mei, quem coram me habeo." Haec Nuvairius. Apud eundem exstat fragmentum vae grande (nam 140 versus continet) carminis, ut ait, multo longioris, in aliquem Cadium paederastam, quo foedius et exsecrabilius aliud scriptum non memini legisse. Petronius, et forte quoque Strato, prae illo castus est. Colligas ex eo carmine, luem veneream aut certe analogum quid iam ante octo Saecula in oriente notam fuisse. Sed quorsum haec. Nempe allusio fit in eius carminis aliquo versu, ad huius viri nomen, ridicula quidem et infrunita. Versus hic est:

يا سيدي ما اسمه فقلت ابو الاسود يكنى وليس الدولي ،

"Mi domine, quod nam est ipsi nomen? [Penem intelligit.] Praenomine Abu'l-Asvad vocatur, respondebam, sed non Dulita."

Scilicet ipsi res erat cum Cadio, cui viri huius nomen, ut unius de sodalitio prophetae, ignotum esse nequibat. Cetera pudor vetat explicare. *Dulita* vero et *Doiblita* idem est.

(302) *Pag*. 417. *Cateb*. Et inde quoque titulus ipsi adhaesit فخر الكتاب *Fachr el-Cottab, gloria scribarum*, vel secretariorum, ut perhibet Raud. Vid. Herbelot p. 1027. a.

(303) *Pag*. 417. Est primus versus celeberrimi Lamiiat el-Agam, carminis quod sub hoc titulo cl. Pocockius Oxonii anno 1661. 8. cum commentario edidit, Iac. Golius quoque Leidae, et Anchersen, Danus, Vltraiecti. Muhammedani carmen hoc pueris in schola inculcant. Leo certe Africanus l. c. de se narrat, "quod illud carmen memoriae mandaverit, cum doceretur in civitate Fezz puerili aetate," et primum hunc versum sic vertit: "Nobilitas consilii custodivit me ab errore, et habitus virtutis ornavit me tempore privationis." Pocockius ita reddidit: "Generositas animi custodivit me a futilitate, et ornamentum praestantiae ornavit me, cum abessent alia ornamenta."

 (304)

Digitized by Google

(304) *Pag.* 417. *deditus erat Chimiae.* Leo Afric. III. 46: "alius auctor de hac arte ingens edidit volumen, inscriptum Attogrehi [tanquam libri nomen esset, quod viri est]. Hic Bagadedae principi a secretis fuit; de quo in vitis philosophorum Arabum scripsimus." nempe pag. 265. edit. Hotting. ubi ait: "Thograi coactus fuit Alchymiam addiscere, in qua composuit opus, cui titulus est: *Devirginatio naturae.*"

(305) *Pag.* 419. Paullus Langius Monachus in Chronico Citizense hunc Ilgazium a Balduino secundo, vel de Burgo, peremtum scribit p. 784. "Balduinus secundus, ait, Gayum [leg. Gazium] Persarum regem, praelio victum interemit, et Damascenorum Ascalonitarumque reges prostravit." Sed falsus fuit ab auctore suo male percepto, ut patet ex Magno Chronico Belgico p. 151. qui ait: "Rex Ierosolymorum Balduinus de Burgo congressus est cum Gazi, alias Gari, principe Turcarum potentissimo; qui Gazi innumeram Turcarum multitudinem secum habens, victus in praelio, caesis ex suis quatuor millibus, multis autem vinculo mancipatis, cum reliquis fugae praesidio vix evasit." Wilhelmus Tyrius XII. 14 eum ex apoplexia periisse scribit.

(306) *Pag.* 423. Wilh. Tyr. III. 11 caesum Balacum ab ipso Ioscelino in acie scribit, et Manbegae (quam Hierapolin vocat) dominum a Balaco prius decollatum fuisse. Conf. Marin. San. p. 160. lin. 40. qui urbem *Grisopolin* appellat. Conf. Oliverii Schol. verba protinus citanda. Si attendendum sit ad vocabulorum similitudinem, videtur hic ille *Voluces* esse, de quo Ludovicus Cavitellius in Annal. Cremonens. ad A. C. 1099 haec portentosa narrat. "Otho, ait, Vicecomes [nempe Mediolanensis] congressus pugna singulare cum Voluce, regulo Saraceno, staturae giganteae, eum superavit, et occidit, ei ademto insigni viperae habentis in ore hominem semidevoratum, quo utebatur."

(307) *Pag.* 423. Aliter tradit Wilhelm. Tyrus XIII. 13. Multis agit hac de obsidione Tyri Oliverius Scholasticus p. 1366. 1367. tandem ita finit: "Dum haec apud Tyrum aguntur, Balach, qui regem Balduinum una cum aliis nobilibus in custodia tenuit, Ierapolin obsedit, et dominum civitatis verbis pacificis ad se vocans occidit dolo. Vnde Goselinus senior, Edessanus Comes,

Comes, congreſſus cum Balac victor victo caput abſcidit; quod intelligentes Tyrii ſpe liberationis penitus depoſita mediante rege Damaſceno vitae ſuae conſuluerunt huiusmodi conditionibus — Introierunt autem orthodoxi 3 Cal. Iulii anni 1123." Robertus de Monte App. ad Sigeb. Gembl. an. 1124 haec habet: "Venetiani navali exercitu Aſcalonem obſidentes, accepta ab Aſcalonitis pecuniae taxatione, recedunt, et Tyrum aliquamdiu obſeſſam in deditionem accipiunt."

(308) *Pag.* 425. Conf. Wilh. Tyr. XII. 16. Marin. Sanut. p. 160. Oliver. Schol. qui ſic narrat: "Eodem anno [MCXXIII] rex Balduinus datis obſidibus pro centum millibus Michaëlitarum a captivitate rediit liber — mox Halepiam obſedit. Sed regreſſus eſt Antiochiam infecto negotio. Interea Buſſequinus inter orientales potentiſſimus partes Antiochenas igne vaſtavit et ſpoliis — virtute regis victa fuit pars inimica — rex de manubiis ſoluta pecunia filiam ſuam obſidem liberavit feſtinanter."

(309) *Pag.* 425. *A.* 483 *primum aſcenderat in arcem Almut.* Quo facto iecit fundamenta dynaſtiae Iſmaëlitarum. Male Herbel. p. 417. a. init. poſt an. 524 ait contigiſſe.

(310) *Pag.* 425. *Invitavit ad conſtitutionem Imami.* Et tamen haec ſecta diverſa eſt ab illa quae a ſtudio Imamorum Imamica dicta fuit, id eſt a ſecta Schiitarum. Id patet ex loco Maraii, qui ait, aliquando ſub Fatemidis fuiſſe Miſrae quatuor iudices, Malekiticum, Schafeïticum, Iſmaëliticum et Imamicum. Patet ex eodem quoque, Sunnitas Iſmaëliticam hanc religionem multo peiorem ipſo Rafedismo habere, et ne in cenſum quidem Muhammedanorum ſectarum admittere. Sed tamen nimis obſcura et inſufficientia ſunt quae de horum opinionibus hactenus reperii. "Magna, ait Renaudot p. 320. et praecipua eorum haereſis fuit, quod alios docerent, Chaliſis Abbaſidis nullam a fidelibus Muſlemanis deberi obedientiam, cum imperium ad ſe per vim et fraudem transtuliſſent quod Halis poſteritati proprium eſſet. Ea enim origo prima fuit rebellionis eorum, qui Fatimitae deinceps appellati, novum in Aegypto Chaliſatum inſtituerunt."



Digitized by Google

(311) *Pag.* 425. Huc pertinet, quod ad an. 494 ex Raudo attuli; vetuisse Ismaëlitas, *ne quis semen in solum aridum et salsuginosum proiiceret:* hoc est, ne praedicaret illi divinam veritatem, cuius durum cor et stupor capere illam nequeat: tales pro maxima parte sunt plebeii. Vetuisse quoque, *ne quis loquatur vel disputet in loco, ubi sit lucerna:* hoc est, ut abstineat ab omne omnino inquisitione in res fidei, neque frequentet locum, unde lumen accipere queat et instructionem, sive audiendo, sive legendo. Et tamen ipse Hassan erat vir litteratus et in scientiis mathematicis probe versatus, qui scripsit *Ketab al-Corra* كتاب الكرة *traité de la sphére*, ut perhibet Herbelot p. 976. b.

(312) *Pag.* 425. Wilh. Tyr. XIII. 20 dicit, Acsoncorum gladiis domesticorum et familiarium suorum occisum. Historia S. Ludovici eum appellat *Selgukidam*, non recte. Tom. I. p. 376.

(313) *Pag.* 427. Marin. Sanut. p. 161. 40. Oliver. Scholast. "Anno MCXXVI, ait, rex cum Doldequino pugnavit feliciter — Consequenter Tripolitanus Pontius — Raphaneam obsedit et ad deditionem coëgit ultimo Martii."

(314) *Pag.* 433. *Tag el-Moluc Buzi.* Paene semper in Nostri Cod. Leid. erat بوري *Buri* pro *Buzi* بوزي. Posterius tamen habent alii omnes auctores, et nisi fallor confirmat quoque Wilh. Tyr. qui XIV. 23 aliquem *Bezeuge Damascenorum principem militiae*, et in Indice Capitum *Bezzeuge Damascenorum procuratorem* nominat. Qui forte idem est cum nostro, nisi tempora pugnent. Nostri certe mentionem facit idem XXII. 17. ubi *Tegelmeluch Damascenorum rex* vocatur.

(315) *Pag.* 437. *Sectae Zaidi.* Vel *Zeidicae.* Nondum mihi de huius sectae dogmatibus constat. Credo tamen eandem esse cum illa, quam Ricaut, aut potius eius vel interpres vel typographus, male, ut puto, *Zeilicam* pro *Zeidica* nominat p. m. 314. cap. 12. lib. II. haec de illa secta narrans: "Les Zeilis disent, que Dieu envoyera au monde un prophete choisi d'entre les Persans, avec une nouvelle loi, qui abrogera celle de Mahomet." Appellati sunt de illo Zeido filio Alii Zein-el-Abedin, nepote Hoseini, de quo Noster ad

ad ann. 121 expoſuit. Id intelligo ex Ibn-Cotaiba, cuius haec ſunt, non plura, de his hominibus verba in capite في اديان العرب *de religionibus et ſectis Arabum.* الزيدية هم المنسوبون الي زيد بن علي المقتول وهم اقل الرافضة غلوا غير انهم يرون الخروج مع كل من خرج "Zaiditae nomen habent de Zaido, filio Alii, Mactulo, ſeu occiſo; inter omnes Rafeditas minimum extravagantur, minimum abſurdi ſunt; fere aliud nihil peccant, quam quod Imamum et magiſtratum legitimum nolunt agnoſcere; qua in re ipſis ceterisque Charegitis omnibus convenit." Herbelot p. 954. b. memorat aliquem Iahya ben al-Mortadha librum *de la ſecte et de la croyance des Zeidiens* edidiſſe ſub titulo كتاب القلايد في العقايد علي مذهب الزيدية *Kitab el-Kalaïd fi'l Acaïd ala madhab al-Zeidiah.* Neque multo plura habet p. 926. a. voce *Zeidiah.*

(316) *Pag.* 439. *Praeturarum ab Halebi occidente.* الغربية Ita ait Abulfeda in ſuo codice ſe inveniſſe; putare tamen rectius ſcribi العربية *al-Oraiba,* h. e. *praeturarum Oraibae.* Vid. ad ann. 563.

(317) *Pag.* 439. *Peremtus — Chalifa Amer.* Caedis circumſtantias exſequitur Renaudot p. 496 loco memorabile, cuius hoc eſt initium: "Ipſe Amer anno 524, regni vigeſimo nono, occiſus eſt a Batinaeis, conductis, ut quidam exiſtimaverunt, ab aliquot purpuratis, qui clientes aut amici fuerant Emiri Bederelgemali, et Afdali eius filii, quamvis decem ſicarii rem absque aliorum ullorum auxilio perfecerint" cet. Occiſus fuit die Martis, quarto menſis penultimi, in urbe Giza, ut perhibet Abu-Oſaiba in vita Schaichi Sadidi, cap. XIV.

(318) *Pag.* 439. Viginti octo annos, novem menſes et aliquot dies regnaſſe Amerum, perhibet Abu-Oſaiba l. c. Viginti novem annos et ſeptem menſes, Marai; qui addit eum in *Rauda* cecidiſſe, quae eſt inſula Nili e regione Miſrae, in qua deinceps Malec es-Saleh Eiub, penultimus Eiubidarum in Aegypto Sultanus, arcem, Calaat er-Rauda dictam, pro condendo ibi ſuo mamlucorum Turcicorum ſeminario, condidit anno 639. Non itaque ſatis exacte auctor Hiſtoriae S. Ludovici arcem hanc ipſam *Rauda* dictam ſcribit

I. pag.

Digitized by Google

I. pag. 472: "ſon corps fut porté a Rauda, un chateau qu'il avoit batu dans une isle du Nil."

(319) *Pag.* 439. De ſucceſſione novi Chalifae "ingens inter purpuratos diſcordia erat, (verba ſunt Renaudoti p. 503.) nec minor ex ſuperſtitioſa plebis contentione. Pervulgatum enim erat, neminem ex illa Fatemidarum ſtirpe absque prole maſcula mortuum [ſapit fabulam monachi] atque ita exſpectari voluerunt partum uxoris Ameri, quae tunc uterum gerebat, utque Hafet interea regni adminiſtrationem haberet. — Cum illa feminam peperiſſet, Hafetus Chalifa renunciatus eſt."

(320) *Pag.* 441. "Amer poſt caedem Afdali [de qua vid. ad a. 515] filium eius Abuhali Ahmed in carcere tenuerat; eo occiſo eductus et dignitati patriae avitaeque reſtitutus ſtatim cogitavit quomodo Califam in poteſtate haberet — unde principis iuſſu, non toto vertente anno, occiſus eſt." Verba ſunt Renaudoti p. 504.

(321) *Pag.* 443. Forte miretur quis pellicem eunuchi. Non rara res in oriente uxores eunuchis cohabitare. Vid. della Valle III. pag. 153. Debent profecto, etiamſi eunuchi, familiam habere, et eius directricem feminam, quae cibum, lintea, et alia ad feminas pertinentia curet.

(322) *Pag.* 445. Magni momenti eſt pro principibus orientis, conſeſſibus, ut appellant, aut, noſtro more, ſecreto conſilio in perſona adeſſe, aut abeſſe. Nam ſi abſint ſtatim id pro ſigno habetur, principem peſſime valere; et turbae fiunt in urbibus, et clauduntur fora, ne diripiantur. Solent enim milites id ius ſibi arrogare, ut defuncto domino et nondum renunciato ſucceſſore fora et tabernas expilent. Propterea timent principes in conſeſſibus aulicorum non comparere, curantque ſe, quamvis aegros, *illuc* portari. Vid. Bernier II. p. 48.

(323) *Pag.* 447. Vid. Herbel. p. 416. b. voce *Hafet*, qui totus articulus non parum turbatus et contaminatus eſt. Fadlum appellat eius patrem, qui Afdal eſt; et ex Haſſano, filio Chalifae, videtur filium occiſi Veziri Ahmedis ſui facere, ſi recte capio verba non nimis perſpicua. Multum differt a Noſtri narratione. Mitto reliqua. Vid. Renaudot p. 503.

(324)

Digitized by Google

(324) *Pag.* 451. Wilh. Tyr. XIV. 17 *Tegelmolucho*, ut appellat, hoc est huius Schams-el-Moluki patri factum imputat, Oliverius Scholasticus Togtekino.

(325) *Pag.* 461. Memorabilia sunt quae de his turbis e probis auctoribus, quos praeter morem suum nominat, narrat Renaudot p. 504.

(326) *Pag.* 461. "Mirum est (verba sunt Maraii) Hafetum munus Veziri Christiano Armeno, Baharamo, dedisse [cui gerendo homo a nostra fide alienus prorsus ineptus est]; et cum aulici rei indignitatem ipsi re monstrarent, et prae ceteris pellex eius amicissima negaret, Christianum posse munus illud gerere, quia Veziri inter alia officia etiam hoc sit, ut Chalifam die Veneris non tantum in templum, sed et in ipsum sanctissimum templi locum, Manbar, seu suggestum, comitetur, passus tamen non fuit se a destinatione sua averti, et dicebat: Quantum ad hoc officium, poterit illud Baharami loco summus Cadi exsequi." Renaudot pag. 505 ait, hunc Baharamum a regibus Armeniae devenisse.

(327) *Pag.* 463. Raud ait, Mostarschedum fuisse hominem pium, tam versatum in Traditionibus, ut Olamaï undecunque ab ipso Traditiones peterent; scripsisse elegantia carmina, et fuisse ultimum Chalifam qui super suggestu publice Chotbas dixerit.

(328) *Pag.* 463. Principes orientales, plerumque rudes litterarum, non melius, quam somniarent, aut nihil agerent, tempus fallunt. De Emiro Arabe, quem invisit, narrat d'Arvieux apud de la Roque pag. 6: "tandis qu'il revoit en fumant il s'amusoit à decouper un petit baton blanc avec son couteau." Occasione processionis, quam describit della Valle III. 32. p. 146 memorat, orientales principes, quod aliud agere nesciant, dentes identidem mandendo exercere (vel canna sacchari, aut folio Betel, aut confecturis, vel fragmentis nivis cet.) "Het is hen genoeg dat hun mont en tanden altydt beesig zyn. Ik ben hieraf niet verwondert, om dat zy niet dit angenaem tydtverdryf en dit eerlyk vermaek hebben, 't welk onder ons is. Daer by zyn zy niet so scherp van verstandt en niet zo bestandig van ordeel, om van een zaak te redenieren; in voegen dat zy niets anders doen konnende

gedwongen zyn te eeten en te drinken, om de tydt niet in leedigheid doortebrengen."

(329) *Pag.* 465. Vid. Herbel. p. 710. b. ſed apud quem prava iſta ſunt: "Il arriva heureuſement pour ce Khalife, que Davud ben Mahmoud, qui étoit auſſi de la même race, mais d'une autre branche, ennemie de celle de Maſſoud, lui amena de trouppes." Atqui Davud erat Maſudi ex fratre nepos.

(330) *Pag.* 467. *Motammana.* Ad verbum eſt ἡ ὀκταδικη, ſeu octonaria. Pocockius in Abulfaragio pag. 254 vertit *in domo octogona.* Forte nomen eſt ſellae auguſtae. Aut certe triclinii, vel refectorii, vel camerae auguſtae, qualis e.c. fuit Byzantina illa Πορφυρα, unde Porphyrogeniti, aut το Ἑβδομον, *Septimum*, templum Conſtantinopolitanum, de quo vid. Meurſ. ad Conſt. Porphyr. de admin. imp. p. 42.

(331) *Pag.* 467. *Manaſeb.* Eſt hic pluralis a ſingulari *Manſab;* quae vox *ſtationem*, *munus*, *ordinem*, item *fixum et ſtatum ſtipendium* notat. Inde prefrequens illa Berniero vox Manſeb dar, et Manſeb dari, qui ſunt iidem hic loci deſignati. "Manſebdars ſont de cavaliers (ait T. I. p. 292.) a Manſeb qui eſt une paye particulière, honorable et conſiderable, non pas tant que celle des Omrahs [Emirs] mais bien plus que celle des autres. Auſſi ſont ils conſiderés comme petits Omrahs, comme étant du rang de ceux, qui le deviennent, d'autant plus qu'ils ne reconnoiſſent d'autre chef que le roi" rel.

(332) *Pag.* 469. *Ibn-el-Vakhaſch.* الوكخشي Ita in meo codice. Renaudot pag. 506 ait in aliis الوحكشي *al-Vahakſchi*, item الولحكشي *al-Valahakſchi* eſſe. Barbarum et rarum nomen, quaecunque tandem vera ſit pronunciatio.

(333) *Pag.* 471. De numis nihil habet Wilh. Tyr. XIV. 29. Deſcribit totam hanc actionem a cap. 25 — 29. *Mons Ferrandus*, quem ibi nominat, diverſus a Barino eſſe nequit.

(334) *Pag.* 471. Wilhelm. Tyr. XV. 8. "Hanc urbem (Paneadem) Doldequinus Damaſcenorum rex paucis ante annis violenter occupaverat; ſed poſt-

Digitized by Google

postmodum magistratus, cui eam commiserat, a Damascenis deficiens, contra Damascenos Sanguino adhaeserat" rel.

(335) *Pag.* 473. Hac de re narrat quoque Wilh. Tyr. XV. 1. seqq. sed multum ab his diversa. Graecorum imperator fuit Ioannes Comnenus. Narrat quoque Nicetas Choniates p. 18. seqq.

(336) *Pag.* 473. *Bazaa.* Est ergo haec Πιζα Nicetae l. c. Arabice *Bozaa*, et *Bezaa* et *Bazaa* dicitur.

(337) *Pag.* 473. *Atareb.* Est Nicetae Φερεπ, pro quo forte Αθερεπ rectius legatur.

(338) *Pag.* 475. *Schaizara.* Nicetae Σεζερ. Sed quid sit Ιστριον quod ibi memoratur, nescio.

(339) *Pag.* 475. *Abu'l-Asakir Sultan.* Hic videtur ille esse, quem Nicetas Σαμουλ Αμηραν pag. 21. appellat. Nam in voce Ατταπακα, item *του Ζακη* [leg. Ζαγκη] (nam unus et idem homo est), palam est Atabecum Amad-ed-dinum Zenkium seu Sanguinum designari.

(340) *Pag.* 479. *Vno die praesessum fuit ad excipiendas consolationes.* Perfunctorium id, ut saltim officium fecisse viderentur. Sed in magno luctu tres dies praesidebant. Vid. ad an. 589 in exitu Saladini.

(341) *Pag.* 481. De hac obsidione Damasci Wilh. Tyr. XIV. 7. seqq. ubi, quem hic Noster Moïn-ed-dinum Atozum appellat, eum appellat *Ainardum*, regni procuratorem, militiae principem, socerum quoque regis Damascenorum. Nempe non possum dissimulare in Leidano Codice pro أتز *Atoz* quod semper exhibui in versione, fere semper scribi انز quod aut Anoz aut Anaz legi potest. Si unum punctum tollas erit *Anar* انر, si scribas اينر erit *Ainar*, unde facile potuit *Ainardus* nasci. Idem Wilh. Tyr. XVI. 8. titulum eius quoque habet, ubi sic ait: "procurator regis Damasceni, *Mehenedin*, qui alio nomine *Ainardus* dicebatur, cuius multo maior, quam ipsius regis, in universis Damascenorum finibus erat auctoritas." — "Posthaec, ait Oliver. Schol. Sanguinus de variis bellorum successibus elatus usurpare sibi regnum Damascenum cepit. Anardus autem, Damasci procurator, inferior viribus,



Digitized by Google

a rege Ierosolymae petens auxilium foedus prudenter cum iis iniit — adiiciens conditionibus, quod urbem Paneadensem expugnare valerent suis et illorum viribus, quam olim Doldequinus violenter obtinuit, [male, ut supra iam ad ann. 527 notavi] eo civitas in iure Christianorum rediret." — Reliqua dabo ad ann. 543 ad quem proprie spectant, secundum Nostrum certe; adeoque censendus sit Scholasticus tempora miscuisse. Non tamen ausim ego quidem forte insontem, caussa nondum satis explorata, damnare.

(342) *Pag.* 483. *Badii astrolabici.* Vid. ad ann. 398. Abu-Osaiba pluribus de illo agit in Vitis medicorum, ubi eum appellat Abu'l-Casemum Hebatallum, filium Hosaini, filii Ahmedis, Bagdadicum, Hakimum excellentem, litteratorem, medicum, philosophum, logicum, poëtam; sed maxime philosophiae studuisse. Pro specimine poëseos viri citat hoc distichon:

تقسم قلبي في محبة معشر بكل فتي منهم هواي منوط ،
كان فوادي مركز وهم له محيط واهواي اليه خطوط ،

"Divisum est cor meum per amorem societatis, a cuius unoquoque membro dependet inclinatio mea.
Quasi pectus meum foret centrum, ista societas virorum esset peripheria, et amor, quo unumquemque illorum seorsim prosequor, totidem essent radii e centro ad peripheriam tendentes."

Idea non inficeta. Ait porro ipsum reliquisse *Compendium* [quasi Extractum, aut Anthologiam dicas] *operum poëticorum Hoseini filii Heggagi;* [scurrilem illum poëtam designat, de quo vid. ad annum 392] et *Zig* vel *tabulas astronomicas, Mahmudicas cognominatas, quandoquidem pro Sultano Mahmudo, filio Muhammedis, confectae fuerint, eique dedicatae.* Sultanum Selgukidam designat. De hoc viro legere aliquid apud Herbelotum non memini.

(343) *Pag.* 485. *Calajed el-Ecjan.* Vid. ad ann. 488. Herbelot p. 242. b. tit. *Caissi,* et p. 954. tit. *Kelaid,* et p. 983. tit. *Khacan.* Hotting. Bibl. Quadr. p. 293 init. "Abunazarus Phatihus, fil. Chacan, multa scripsit. Syllogen poëtarum Arabum, quos et docte explicat. De studiis populi Andalusiae, qui liber raro inter Arabes reperitur, et a singulari usu commendatur, eximium magni ingenii specimen." Vid. Catal. Bibl. Leid. p. 450. n. 1002.

(344)

Digitized by Google

(344) *Pag.* 487. *Ibn-ed-Danischmend.* Hic est ille Τανισμανιες Περσαμενιος Cappadociae et Castamonae dominus, quem memorat Nicetas I. 5. pag. 14. ubi et illum ipsum Μασουτ Selgukidam, quem Noster, memorat. Sed anni non congruunt.

(345) *Pag.* 489. *liber Kasschaf.* Vid. Herbel. p. 962. a. voce *Keschaf*, et Bibl. Leid. p. 411. n. 75.

(346) *Pag.* 489. *Mofassal.* Vid. praeter Herbelot Catal. Bibl. Reg. Paris. p. 232. n. 1229.

(347) *Pag.* 489. *Faiek.* Vid. Catal. Bibl. Leid. p. 418. n. 248.

(348) *Pag.* 489. Memorat horum quosdam Raud, ut الاساس *fundamenta;* ربيع الابرار *Rabi el-Abrar, ver iustorum*, ad quem librum commentarius est hic ipse, quem cito, Raud el-Achiar; القسطاس *al-Costas, trutina.* المصطفي *al-Mostafa, selectum:* est commentarius in proverbia Arabica. شقايق النعمان *Schakaiek en-Noman, tulipae:* est elogium *Nomani,* hoc est Abu-Hanifae, conditoris sectae Hanafitarum. المنهاج *el-Menhag, trames:* commentarius in versus a Sibuieh in grammatica citatos. Hos ipsos et adhuc alios libros memorat Herbelot pag. 923. a. Addam hic, quos ille non loco suo, sed aliud agendo, sparsim memorat. Vt est *Mochtalaf el-Ismaï,* p. 619. a. *Tag el-Ismaï,* p. 842. a. *Kitab el-Amcanat va'l Gebal,* p. 965.

(349) *Pag.* 491. Wilh. Tyr. XVI. 5. scribit, Edessam A. C. 1142 expugnatam, vel potius 1143 primo sub anno regni Balduini III, filii Fulconis. Sed Robertus de Monte, continuat. Sigeberti Gemblac. pag. 627. etiam ut Noster sub A. C. 1145 hunc casum enarrat.

(350) *Pag.* 493. Atqui Timurtasch, pater eius, tum vivebat et regnabat adhucdum.

(351) *Pag.* 493. *Barsac* vel forte rectius *Bursac.* Videtur enim veterum *Tuburfica* esse; de qua vid. Adr. Heringa Observat. c. XII. p. 102.

(352) *Pag.* 405. *Occupabant Franci Santarin.* Duce Alphonso primo, rege Lusitaniae. Vid. Revolut. Hisp. T. IV. pag. 246. "Alphonse —



Digitized by Google

prit Liſbonne en 1147 après cinq mois de ſiége, y joignit un tres grand nombre d'autres villes" rel.

(353) *Pag.* 495. *Santarin.* Faria y Suſa pag. 176. "En menos de una hora dellegado eſcalò (Alphonſos) aquella noble y fuerte placa (Santaren) la noche de San Miguel, dia ſiete del mes Mayo 1147."

(354) *Pag.* 495. *Tager.* Quaenam haec ſit indagare nondum potui. Viderint alii. Faria hic non prodeſt; qui inter urbes ab Alphonſo tum ſubactas et Mauris ademptas numerat praeter Santaren et Liſſabonam, "la villa de Mafra, la fuerça de Sintra — las villas de Francoſo, Obidos, Alanquer, Serpa, Alcaçare do Sal, Elvas, Coruche, Ceſimbra, y otros lugares en la Eſtramadura." Fuit procul dubio locus ibi terrarum *Tager,* aut Tagar dictus, quandoquidem "les Mores, ut ait Herbelot p. 360. a., qui ſe ſont refugiés en Barbarie, ſont appellés encore aujourdhui Grenadins, et Tagarins."

(355) *Pag.* 495. *Oſthbunam.* Faria l. c. "Fue la reſiſtencia de cinco meſes con muerto de duzientos mil barbaros, dia de los martyres Criſpin y Criſpino (anno 1147)."

(356) *Pag.* 495. *Abu-Manſur Gavalikenſis.* Hotting. Bibl. Quadr. p. 292. "Abu-Manzur Mauhub auctor multorum ſcriptorum, uſu Muhametanis commendatorum, eorum praeſertim, qui ad linguae et ſtyli faciunt elegantiam." Herbelot p. 53. a. et 403. a. mortem eius ad a. 465 refert. Vid. Catal. Bibl. Leid. p. 474. n. 1612.

(357) *Pag.* 495. Talem quandam ſectam apud Turcas الحيرتيون *Hairetiun* dictam, hoc eſt *attoniti, ſtupidi,* qui de omnibus rebus dubitant et ſemper dicunt, ut Noſter, لا ادري *la adri, non novi,* الله اعلم *deus optime novit,* memorat Ricaut p. 331.

(358) *Pag.* 479. Caruſius in Bibl. Sicul. T. II. p. 1189. b. init. haec citat ex Roberto de Monte, quae ait apud ipſum ſub A. C. 1145 legi, ego vero in editione, qua utor, Piſtoriana, deſidero. "Rex Siciliae Rogerius Tripolitanam provinciam in Africa ſuper Paganos cepit. In hac expeditione fuit et multum profuit Richardus de Linghenc [h. e. Lingen] miles optimus, qui nuper

Digitized by Google

nuper de Bajocense comitatu illuc perrexerat, et a rege Rogerio comitatum Andri insulae, quam nuper idem rex super imperatorem Constantinopolitanum ceperat, dono acceperat."

(359) *Pag.* 499. Wilh. Tyr. XVI. 7. "qui eum interfecerant a domino urbis obsessae ex condicto intra moenia recepti ultrices consanguineorum exstincti manus effugerunt" cet.

(360) *Pag.* 503. *Mahdia.* Est eadem, quae Roberto de Monte ad an. 1148 *Africa* dicitur. "Rogerus, ait, rex Sicilicae exercitum navalem direxit ad fines Africae captaque insigni civitate quae dicitur Africa, Suilla [زويلة], Affax [leg. Saffax, صفاقس Safacos], Clipea, aliisque pluribus castris" cet. Conf. Append. Gaufredi p. 250. A. C. 1149 cuius mense Iulio captam a Rogerio Tripolin perhibet. Hugo Falcandus Hist. Siciliae p. 410. in Biblioth. Caruf. "Tripolin Barbariae, ait, de Rogerio rege differens, Africam [hoc est Mahdiam], Faxum [h. e. Safacosum], Capsiam [h. e. Cabes] aliasque plurimas Barbarorum civitates multis sibi laboribus ac periculis subiugavit." Conf. Marin. Sanut. p. 168. lin. 8.

(361) *Pag.* 503. *Cusiram.* Vel Cosiram, Cossyram, hodie Pantalaream. Vid. Ism. Bullialdi not. ad Ducae Hist. Byzant. p. 227.

(362) *Pag.* 505. Fallitur ergo Morgan I. 185. et eius, ut videtur auctor, Marmol, dicendo, hunc *Hassan Aben Ali* periisse in pugna adversus Cruciatam catervam, a Rogerio II. rege Siciliae et Calabriae, aliisque principibus Palaestinam versus expeditam, sed casu in Barbariam delatum a. 1148.

(363) *Pag.* 505. *sub regis Alamanorum auspiciis.* Erat is Conradus III. Imperator. Wilh. Tyr. XVII. 2. ad A. C. 1147 refert. Geuffr. p. 138: "Anno 1143 imperator Cunradus et Ludovicus rex Galliae, filius Ludovici Crassi, in Syriam transmiserunt, et una cum Balduino obsederunt Damascum, sed re infecta domum redierunt, seditione inter obsidentes exorta." Confer. l'Histoire de S. Louis T. I. p. 378.

(364) *Pag.* 507. *Edessam adoriebatur.* Iunior enim Iosselinus recuperaverat. Sed parum diu tenebat vid. Wilh. Tyr. XVI. 14. 15. 16. Oliver.

Schol.

Digitized by Google

Schol. p. 1373. — De hac vero Damaſci obſidione fruſtranea ſic tradit Oliverius, poſt recenſita Chriſtianorum in oriente damna: "Summus pontifex Eugenius, ait, compaſſus orientalium fletibus, praedicatores emiſit, inter quos Beatus Bernardus, Clarevallenſis Abbas, exſtitit praecipuus. Eo tempore ſignacula crucis acceperunt Conradus Rom. Imp. et Lothewicus rex Francorum — Indicitur curia ſollemnis apud Ptolemaidam — Huic tractatui interfuerunt nominati viri, Theotinus Portuenſis epiſcopus, Apoſtolicae ſedis legatus; et Guido S. Chriſogoni Presbyter Cardinalis, Apoſtolicae ſedis legatus; Fretthericus dux Suevorum adoleſcens; Theotoricus — Hi omnes communi conſilio Damaſcum redeunt per Paneas et montem Libani anno MCXLVI. Fortitudo Damaſci virgultum eius, quod tamen Chriſtiani violenter occupantes terrorem et deſperationem hoſtibus incuſſerunt. Porro Damaſceni nihil intentatum reliquentes promiſſa pecunia ac ſoluta, quae tamen inventa eſt reproba, quosdam de filiis Belial, quorum nomina Dominus ſcit, corruperunt. Reges autem perſuaſi veneno proditionis a virgulto Damaſci ſe transtulerunt in partem civitatis alteram, ubi fruſtra laborantes obſidione ſoluta inglorii redierunt."

(365) *Pag.* 507. Hoc eſt illud praelium, quod Wilh. Tyr. XVII. 9 deſcribit, ubi dicit accidiſſe apud caſtrum *Nepa,* et Raimundum Principem Antiochenum ibi cecidiſſe, die 27 Iunii A. Chr. 1148 inter Apamiam et Rugiam, in loco qui dicitur *Fons Muratus.* Oliverius Scholaſt. de illo ſic perhibet: "Noradinus interea conſiderans Chriſtianorum paucitatem, principatum Antiochenum aggreſſus eſt. — Princeps ſicut vir impetuoſus et incautus cum eo in patentibus campis pugnavit, ubi victus eſt et occiſus et cum eo Rainaldus Comes de Mares, vir ſtrenuus. Poſthaec Noradinus Harenc occupavit, quam usque in hodiernum diem recuperare non valuit Chriſtianitas." Aut hic turbat chronologicum ordinem rerum, aut Abulfeda noſter, qui ad an. 544 ait Principem, Raimundum, dum abigere Nur-ed-dinum ab Haremi obſidione ſtudet, occubuiſſe. Noſtro auctori, quoad chronologiam conſentit Robertus de Monte contin. Sigeberti Gemblac. qui caedem Raimundi ait calendis Auguſti A. C. 1149 contigiſſe.

(366)

Digitized by Google

(366) *Pag.* 507. Robert. de Monte contin. Sigeb. Gemblac. ad annum 1148 haec notat: "Citeriores Hispani capiunt Almariam, et sequenti anno Tortosam, insignes civitates Sarracenorum." Per *citeriores Hispanos* intelligit Arragonenses citra Iberum fluvium sitos. Tortosae expugnationem, quoniam eius partem Genuenses quoque habuerunt, enarrat Vbert. Folieta I. Hist. Gen. pag. 258.

(367) *Pag.* 511. Conf. Renaudot pag. 519. Non hunc Abbasum, sed eius filium, Nasrum, vel Naserum nominat Renaudot l. c. ex auctoribus suis, quos vehementer turbare ipse queritur. Et profecto non immerito. Addit, Abbasum ortum fuisse *ex regia familia Moltemidarum filiorum Temim* [quam ego non novi genealogiam] *qui in Africa interiore regnum occupaverant; quod,* addit idem, *ab aliis non scribitur.* Confundit Moltemidas (aut Molattaminos vel Morabetinos] cum Badisidis aut Sanhagitis.

(368) *Pag.* 511. *Arcem Harem.* Vulgo nostris male Harenc audit, scriptoribus nempe Cruciatarum. Est inter Antiochiam et Halebum.

(369) *Pag.* 511. *le Prince.* Est Raimundus, filius Comitis *de Poitiers.* Conf. Wilh. Tyr. XVII. 9.

(370) *Pag.* 511. *Baimundus.* Est Baimundus tertius.

(371) *Pag.* 511. *Vidua.* Est Constantia, filia Baimundi secundi.

(372) *Pag.* 511. *Alicui Franco.* Est is Raimundus de Castellione, de quo deinceps in vita Saladini aliquoties recurret. Conf. Wilhelm. Tyr. XVII. 26. ubi eum *stipendiarium* et *paene gregarium militem* appellat. De eius autem captivitate agit XVIII. 28. *Megedin* quem ibi commemorat, rectius scribetur *Megdedin* et est Magd-ed-din, filius Nutricis.

(373) *Pag.* 513. *Organ.* Vel *Arragan*, ut scribit Raud, أرّجان قصبة من خوزستان *Arragan est Cassaba* [hoc est castellum] *in Churestan.* Alii *Argan* scribunt. Vid. Herbelot p. 122. b. 126. b. Raud inter elegantias huius viri refert sequens distichon:

احب المرء ظاهره جميل لصاحبه وباطنه سليم ،
مودته تدوم لكل هول وهل كل مودته تدوم *



Digitized by Google

"Gratiſſimus hominum eſt ille, qui ſe erga ſocium ſuum ab extra politum,
ab intra cordatum et ſincerum monſtrat.
Talis amicitia durat adverſus omnem calamitatem. An autem amicitia
cuiuscunque durat?"

Artificium eſt in ſecundo verſu: poteſt enim antrorſum et retrorſum legi. Etiam Arabibus placuerunt hae ineptiae.

(374) *Pag.* 515. *A Guſelino.* Hic eſt filius eius, cuius facta in ſuperioribus mentio, et qui A. Chr. 1142 obiit. Hunc iuniorem Ioſſelinum longe alia facie proponit Maimbourg Hiſt. Croiſ. pag. 273. quam Noſter, ex Wilh. Tyr. XVII. 11. ubi is eum a praedonibus iam A. C. 1148 captum et Halapiam deductum, ibique in vinculis mortuum ſcribit. Conf. Herbelot p. 402. b. 403. a. Sed ille quidem, ſive ſecutus, ſive non recte percipiens auctores ſuos orientales, patrem et filium confundit. Alia quoque inſunt in iſta notitia, hiſtoriae non ſatis congrua; ut eſt illud: "la priſon de Joſſelin tombe dans l'an 1149 de J. C. un an après que Louis VII et l'Empereur Conrad eurent par la trahiſon des Chretiens de la Paleſtine manqué la priſe de Damas, et furent partis pour retourner en Europe, au tems que S. Bernard prechoit ſa Croiſade." Atqui S. Bernardus praedicavit ſuam Cruciatam ante dictorum principum paſſagium, et ipſe illi interfuit. Peius adhuc quod pag. 680. a. habet: "Le même auteur écrit, [ait, Chondemirum deſignans] que ce Sultan [Nur-ed-din] combatit pluſieurs fois les Francs auprès de Haleb, qu'il fut une fois batu par Joſſelin, prince d'Antioche — et qu'enfin dans une autre rencontre il defit et tua Joſſelin, auquel Boemond ſon fils ſucceda dans la principauté d'Antioche." Citat fateor auctorem ſuum. At non nocebat vel verbulo demonſtraſſe et in ordinem redegiſſe turbas, quas in Europaeis rebus dat auctor vel in ipſa orientis citerioris hiſtoria non ſatis probae fidei.

(375) *Pag.* 517. Wilh. Tyr. XVII. 16. has urbes nominat Turbeſſel [h. e. Tellbaſchar], Hamtab [leg. Haintab], Ravendel [Ravendan], Rancular [forte Hain Galut], Bile [f. Birah], Samoſatum. Idem X. 24. haec recenſet, quae Balduinus a Burgo Goſcelino dono dederit "urbes Coritium [forte Curas aut Caritain] et Tulupa [leg. Tuluca دلوك] oppida vero ampla et munitiſſima Turbeſſel, Hamtab et Ravendel et quaedam alia."

(376)

Digitized by Google

(376) *Pag.* 517. Corruit ergo totum illud Leonis Africani I. 13. p. m. 17. galimathias, quod, ſi quid in illis αδιανοητως intelligo, eo tendit, ut dicat ab huius Abd-el-Mumeni nepoti, Manſuro, deſtructam fuiſſe gentem Badiſidarum. "Succeſſit poſtea regno Marocci, ait, quidam Manſor. Hic quartus fuit rex et pontifex eius ſectae, quae Muoacchedin [h. e. Muvacchedin] dicta eſt" rel.

(377) *Pag.* 517. Robertus de Monte cont. Sigeb. Gemblac. ad A. C. 1152 peremtum hunc regulum ait: "Maſſamuti — regem Bulgiae [l. Bugiae] occidentes, regnum eius invadunt, ipſamque Siciliam, Apuliam, Romam quoque ſe invadere minantur." Et Chron. Caſſinenſe in Biblioth. Sicula Caruſ. T. I. p. 510 c. f. "Anno Chr. 1151, ait, Naaſſamonites [Maſſamutitae] regem Buceae in Conſtantina urbe captum ſuſpendunt."

(378) *Pag.* 519. Leo Afric. fata regni Tunetani deſcribens haec habet lib. V. c. 58. p. m. 372. "Bugia à Ioſefo Teſfini filio occupata fuit, qui — regno principem expellere noluit, ſed quamdiu imperium penes poſteros ſuos fuit, Bugiae regnum ab omne iniuria liberum eſſe voluit. Deinde poſtquam Marocci rex, Abdolmumen, Mahdiam Chriſtianis ademiſſet [vid. ſupra ad an. 543] Tuneto iter faciens id ſibi imperium uſurpavit. Tranquilliſſime igitur Tunetum Marocci regis imperio paruit tantiſper dum penes Abdul [Abd-el-Mumenum], eius filium Ioſephum, ac deinceps eorum ſucceſſores, Iacobum et Manſorem, ſtetit imperium." cet.

(379) *Pag.* 519. *Poſtquam advenerat.* Hamadanam, ut videtur, "qui étoit pour lors la capitale des Selgukides dans l'Iraque," ut ait Herb. p. 563. a.

(380) *Pag.* 519. Certum et exploratum eſt, *Gandar* nomen officii aulici fuiſſe. Recurret Saeculo ſeptimo ſaepius. At quale fuerit nondum comperii. Herbel. p. 544. b. locum hunc, ſed multo aliter exhibens, pro جاندار dat خاندار *Khandar* tanquam nomen proprium. Quid ſi putetur a Gallica voce *Gens d'armes*, orta.

(381) *Pag.* 519. Non conſentit Wilh. Tyr. XVII. 17. ubi has easdem res enarrat. Quam ille ibi *Tulupani* nominat, ea eſt Noſtri Daluc, aut Doluc. Etiam temporis ratione rerumque aliarum diſcrepat.



Digitized by Google

(382) *Pag.* 521. Vid. hac de revolutione Herbel. p. 361. a. voce *Gaurian*, et p. 364. voce *Gaznavia*. Sed eo in articulo pravum id est, quod ait Gaznam a Mahmudo Gaznevita conditam fuisse. Condita non fuit; ampliatam et ornatam non negarim. Conf. item p. 436. ubi chronologia Herbelotiana non satis nostrae congruit; et p. 998. b. voce *Khosruschah*.

(383) *Pag.* 523. *A.* 550 *e vivis excedebat.* Teixeira p. 330 ait anno 547. Herbelot anno 548.

(384) *Pag.* 523. *Schenurana.* شنورا ن Videtur شنوزان *Schenuzan* rectius esse, quod habet Hist. Timurbeki T. III. p. 41. ubi la Croix in notula: "Chenouzan, ait, ville de Cabulestan près de l'Indus."

(385) *Pag.* 525. *Casim Emir el-Mumenin.* De hoc titulo observat Maraï in vita. Bibarsi Bondocdarici, وهو اعلي الالقاب esse omnium titulorum, a Chalifis unquam tributorum, excelsissimum.

(386) *Pag.* 527. *Agor.* Mihi nondum alibi occurrit huius urbis mentio. Videtur tamen inde dictus fuisse ille *Agari*, vel Ogori, quem Herbelot p. 43. b. et 69. b. memorat. Nam improbabilis est et minus congruit Arabicae grammaticae quam p. 46. a. initio dat, etymologia, *le faiseur de briques*. Conf. p. 685. b. voce *Ogri*, ubi pro anno 360 annum 560 exhibet.

(387) *Pag.* 531. Attingit hunc casum Renaudot p. 522. Sed fabulam admiscet, victum Sultanum a victoribus cavea ferrea conclusum fuisse. Quem nominat *Cachanum Turcarum regem* non novi aliis memoratum.

(388) *Pag.* 531. *Arsanidensis.* Videtur huius pater ille esse quem Herbelot pag. 129. b. voce *Arsanid* memorat, anno 512 mortuum. Ait ibi Arsanid esse "une bourgade du territoire de la ville de Merou dans le Khorassan."

(389) *Pag.* 533. *Abbaso.* Vid. Renaudot p. 519. qui eum ait *Belbeisae urbi et vicinae regioni praefectum* fuisse.

(390) *Pag.* 535. *Potiebantur Franci Ascalone.* Late hac de re disserit Wilh. Tyr. XVII. fine, ubi ait captam urbem fuisse d. 12 Aug. A. C. 1154. Conf. Robertus de Monte contin. Sigeb. Gembl. p. 631. ad A. C. 1153.

(391)

Digitized by Google

(391) *Pag.* 535. *Melal v'an Nehal.* Vid. Herbelot p. 575. b. voce *Melal*, ubi non recte ait esse librum theologiae scholasticae, et adhuc peius, quod pag. 782. b. ait "le livre *Almelal val nehal, des moyens de querir l'ennui et la melancholie;*" quam sententiam qui potuerit vir doctissimus ex istis verbis exsculpere non video. Forte cogitabat verbum مل *taedio fuit affectus.* Conf. Idem p. 25. b. et Pocock. Spec. Hist. Arab. p. 368. qui ex eius libro modo citato depromsit ea omnia, quae p. 264 seqq. de variis sectis Muhammedanorum habet. Item Catal. Bibl. Leid. pag. 433. n. 587. collato numero 585. — Sequentem librum Talchis el-Acsam lemadaheb el-Enam rectius forte nominat Herbelot p. 848. b. *Talkhis alacsam limedhaheb Al Imam fil Kelam,* voce Imam pro Enam posita: ubi de libri argumento sic narrat: "C'est un traité de la subdivision des sectes et des opinions sorties de l'ecole du grand Docteur de la theologie scholastique des Musulmans." Designat Ascharicum.

(392) *Pag.* 535. Necesse est Nostri ex Geographia verba proferre, ubi in marginalibus ad tab. XIX. ita tradit. جي بفتح الجيم وتشديد المثناة من تحت اسم لمدينة اصبهان العتيقة ، قال وكانت تسمي جي ثم سميت شهرستان وقد خرب اكثرها واستمرت اليهودية علي العمارة وهي مدينة اصبهان العظمي وبين اليهودية وشهرستان خراب نحو ميل وبين جي مدينة اصبهان وبين اليهودية نحو ميلين ، قال وسميت اليهودية لان بختنصر لما خرب بيت المقدس نقل اهله الي اصبهان فبنوا لهم بها منازل ، فتطاولت المدة فخربت جي مدينة اصبهان وعمرت محلة اليهود ثم خالطهم فيها المسلمون فوسعوها وبقي اسم اليهود عليها فقيل لها اليهودية ، "Gaijum est nomen veteris Isfahanae, olim Gai, dein Scheherestan dicta; maxima ex parte obsolevit, Iahudia, quae maxima urbis Isfahanensis pars est, culta permanente. Est inter Scheherestanam et Iahudiam desertum ad miliare fere; inter Gaijum vero, urbem Isfahanae et Iahudiam fere duo mi-

 liaria

Digitized by Google

liaria intercedunt. [Haec non intelligo, neque concilio pugnantia.] Dicta autem fuit ea urbis pars Iahudia de Iudaeis, quos Nebucadnezar ex Hierosolymis illuc transtulit, et qui ibi primum quidem sibi privas aedes construebant, deinde vero longo procedente tempore crescebant per ruinam Gaji, veteris urbis; tandem etiam Muslemis inter Iudaeos illos considentibus retinuit urbs nihilominus vetus suum de Iudaeis nomen, et Iahudia continuavit appellari.

(393) *Pag.* 537. *menfe primo.* Eiusque vigesimo nono die, ut perhibet Abu-Osaiba cap. XIV.

(394) *Pag.* 537. *Abbas Sanhagita.* Est ille *Habeis* Wilhelmi Tyrii XVIII. 9. quod totum caput huc pertinet, et hinc egregie potest illustrari. Conf. Robert. de Monte cont. Sigeb. Gemblac. ad A. C. 1154 verbis *Regem Babyloniorum* rel. et Chronic. Magn. Belgic. p. 173. qui Nasrum *Nosteradinum* appellat et in huius casus chronologia vehementer turbat, dum eum in annum Balduini tertii 17 et ultimum, h. e. Christi 1163, Fugae 560 reiicit.

(395) *Pag.* 539. *Talaieum Ibn-Razikum ex Moniat Ibn-Chasib.* Renaudot p. 520. ubi hanc tragoediam ex parte aliter et paullo fusius, quam Noster, narrat, more suo *Thalihia filium Rezik praefectum Moniat Banî Khascib* appellat. Illa apud Nostrum est vulgatissima scribendi ratio. Alii *Moniat Abu-Chasib* scribunt. Saepissime *Abu* أبي et ابن *Ibn* vel *Abn* permutantur ex errore. Alii *Moniat Bani Chasib*, *Moniah filiorum* (non *filii*) *Chasib* scribunt. Hoc Renaudotus habet, in loco modo allegato. Constare potest haec scriptio cum nostra. Chasibidae urbs dicta fuit de auctore. Chasibidarum potuit dicta fuisse a conditoris gente ibi collocata et post eius fata remanente. Meminit diversarum istarum scriptionum Abulfeda, qui eam ait "esse urbem Saïdi [vel Sahidi, ut alii scribunt, seu Thebaidis] instructam foris et balneis et templo cathedrale, et pluribus Medresis vel collegiis in usum Malekitarum et Schafeiticorum; exstare in ripa Nili occidentale, valida diaeta infra Oschmunin." Conf. Wansleb p. 27. 357. et 401. qui eam *Miniet* et *Miniet Ibn Chassib* appellat. Qvid sibi velit vox *Monia* aut *Miniet*, non novi. Certe Arabicam non puto, sed forte Copticam, qua de re viderint

rint eius linguae periti. Nullibi alias occurrit haec appositio, quam in Aegypto, in qua septendecim urbium, ni fallor, nomina a Moniat incipientia enumerat Geographus Nubiensis. Videtur *stationem*, aut *habitationem* notare. [Recte coniecit Reiskius. Coptis enim MONI est *stare*. A.] Iam videndum quis ille Ibn-Chasib, oppidi conditor, fuerit. Fuit praefectus Thebaidis circa tempora Mamuni, filius *Abu-Nasri Chasibi, filii Abd-el-Hamidi, qui Abu-Nasr Chasib fuit* صاحب ديوان الخراج *praeses Divani* (vel tribunalis) *Charragae* (vel tributi ex fundis solidis redeuntis) *in Aegypto ab Harone Raschido anno* 190 *institutus*. Ita perhibet Raud el-Achiar, et confirmat Elmacinus pag. 119. "Eodem anno 190 praefecit Rasjidus Chasibum filium Abdulhamidae tributo Aegypti [ita exhibet Erpeniana interpretatio], atque hic ille est de quo Abu-Navas" rel. Operae pretium est, data occasione versus, qui corrupte prostant, emendare et recte interpretari male acceptos. Sunt autem hi:

اذا لم تزر ارض الخصيب ركابنا فاي فتي بعد الخصيب تزور

فما جازه جود ولاحل دونه ولكن يصير الجود حيث يصير

فتي يشتري حسن الثناء بماله ويعلم ان الدايرات تدور

"Terram Chasibi ni licet camelis nostris frequentare, cuius tandem viri terram frequentabunt praeter istum,

virum, cuius latus non deserit liberalitas, neque alibi, quam ubi ille, καταλυει, et ibi est, ubicunque tandem ille sit.

Virum qui laudum et gratiarum decus redimit munificentia sua, bene gnarus optime sic collocari opes, quarum usu et possessione dominum mille adversi casus evertere queant."

Ad secundum huius fragmenti versum conferri poterunt quae in Actis Eruditorum Lipsiensibus Anni 1748 mense Decembre ad *Schultensianorum ex Hamasa Excerptorum* pag. 424. vers. 9 dixi. Ceterum conf. hac de urbe Leo Afric. VIII. 48.

(396) *Pag.* 539. *porta Zavila.* Vel Zoveileh. Vid. Wanslebii Voyage d'Egypte pag. 120 et 123. *Beb Zuaila* Leoni Afric. VIII. 18. Aliis *Bessuella*, nota etiam nostratibus ex eo, quod Sultan Selim A. C. 1517 ultimum

mum Mamlucorum Circassorum Sultanum, Tumanbegum extra istam portam suspendio necaverit. Multis constat e testimoniis similibus, extra eam portam supplicia sumi de sontibus Cahirae consuevisse. Dicta vero fuit ab urbe Libyae, versus quam respiciebat, *Suilla*, vel *Soaila*, quam memorat Rodericus de Monte cont. Sigeb. Gemblac. pag. 629. ad A. Chr. 1148 et ad Ann. 1158 ubi *Sibillam* appellat, "civitatem metropolin sitam inter Africam et Babylonem. Est autem, addit, eadem civitas caput regni Gerx." Designat insulam *Gerbe*. Vid. ad ann. 50 ubi iam de hac urbe exposui.

(397) *Pag.* 539. *Mogir-ed-din.* Hic est ille, quem Wilhelm. Tyr. XVI. 8 *Mejeredin* appellat. Conf. finis eiusdem capitis. Successivas molitiones, quibus Nur-ed-din, a morte statim Moïn-ed-dini Atozi, Damascum tentavit, enarrat Renaudot pag. 529. "Anno 545, ait, qui fuit J. Chr. 1150, Noraddinus Damascum cepit, sed ita ut eam Megireddino relinqueret in clientelam recepto." Hoc qui prodiderit alius non memini. "Anno 546, continuat, Noraddinus rediit Damascum Megireddino infensus, is Francorum auxilium imploravit, atque ita Nuraddinum exclusit. — Anno 549 Noraddinus proditione civium Damasco potitus est."

(398) *Pag.* 541. Wilh. Tyr. XVII. 26. "Pro viro impotente [puta Mogir-ed-dino] et qui pro sua debilitate nostris erat obnoxius, eatenus, ut tanquam subiectus annua tributa persolveret" rel. Totum illud caput hunc articulum pulchre illustrat.

(399) *Pag.* 541. *Francis adimebat.* Non Francis, sed Graecis, quibus Franci Comitatum Edessenum post fata Gosselini tradiderant. Sic certe narrat Wilhelm. Tyr. XVII. 16. 17. qui paullo post A. C. 1148 hoc contigisse scribit.

(400) *Pag.* 545. *Masud.* De illo Μασουτ saepius Nicetas. De ipsius morte p. 76. Ipsius filium et successorem ibidem male appellat Κλιτζασθλαν. Leg. Κλιτζαρσλαν aut —αρσολαν.

(401) *Pag.* 547. *Forsa.* Invenio quoque in Viagge nell Arabia felice p. 74 *Bab al-Forsa* in urbe Moca; unde colligo forte in pluribus orientis urbibus plures tales sic dictas plateas esse. Caussam vero appellationis non percipio.

(402)

Digitized by Google

(402) *Pag.* 547. *Vava.* Suſpectum hoc. Putem Varvar, de quo vid. Herbel. p. 715. b. 912. a. 915. a.

(403) *Pag.* 547. Wilh. Tyr. XX. 19 menſe Iunio A. C. 1170 contigiſſe ſcribit. Conf. Marin. Sanut. qui ſimilia contigiſſe A. C. 1148 narrat pag. 189.

(404) *Pag.* 549. *Monkeditas Schaizaram Graecis a.* 474 *ademiſſe.* Elmacinus pag. 284. ad annum 473 refert, et primum eius arcis hac de gente poſſeſſorem appellat Sadid-ed-daulam Abu'l-Haſanum Alin, filium Mocalladi, rel. plane eundem quem laudati a Noſtro auctores perhibent.

(405) *Pag.* 551. *Harut* eſt angelus Corani ficticius, Magorum patronus. Nota quoque fabula Muhammedanorum de *Salomonis* in genios potentia et imperio, ſtructisque immanibus operibus eius iuſſu, horum opera. Vid. Herbel. p. 820. a. et 974. a. voce *Ketab al ohud* كتاب العهود (ubi non animadvertebat vir d. hunc ipſum Salomonem, filium Davidis, regem Iudaeorum deſignari. Alias non dixiſſet *un nommé Soliman ben Davud.*) Totum hoc Galimathias dicere vult: *intelligent omnes, me aliquid humanis viribus maius praeſtitiſſe.*

(406) *Pag.* 559. Qua ratione hic Mahmud et quando regno exciderit, de quo tacet Noſter, et finem impoſuerit Selgukidarum in Choraſana dominationi, quae deinceps ad Chovarezimſchahos tranſiit, narrat Herbelot p. 537. a. Conf. p. 757. a. ubi variantes auctorum ſententias de ſucceſſore Sangari affert.

(407) *Pag.* 559. *Bacaïtae.* Hoc eſt, oriundo ex eo Syriae tractu, qui Baca, ſeu alta et late patens planities appellatur. Vt in Syria ſunt Omek *profundum*, et Gaur, ſeu *ἡ κοιλη*, *ὁ αυλων*, nomina tractuum, ita quoque Baca eſt nomen peculiaris tractus.

(408) *Pag.* 561. *Sadr.* Hinc ſaepe apud Sanſonum occurrit صدر خاصة *Sadr Chaſſa*, et صدر الممالك *Sadr al-Mamalek*, quae qualia ſunt munera, videri apud ipſum poteſt. Conf. della Valle IV. 26. pag. 94. ubi templi صدور *Sodur* dicti meminit, in quo Sadri (Sodur, pluralis a ſingulari Sadr) ſepulti fuerint. "De voornaemſte Moſchee die zy Sadur noemen, dat

is de Heeren, om dat eenigen van Mohammets Bloet daer begraven zyn." Conf. ad ann. 558.

(409) *Pag.* 563. Late hunc caſum raraque in iſto aevo elegantia ſermonis enarrat Hugo Falcandus in Hiſtoria Siciliae p. 420. 421. "Cum in partes Hiſpaniae miſſo ſtolio [vel extolio, ut eo aevo loquebantur, hoc eſt claſſe, Sicula nimirum] Maſmudorum [المصامدة hoc eſt Movahhedinorum] rex potentiſſimus Africam [h. e. Mahdiam] obſediſſet" rel.

(410) *Pag.* 563. Quomodo Mahdia rurſus ad Francos pervenerit A. C. 1180, narrat ad illum annum Robertus de Monte p. 665. "Rex Maroc [ait, deſignans Abu-Iacub Iuſefum] reddidit regi Siciliae [Wilhelmo bono] ſcilicet Africam et Sibiliam [Zuvaila زويلة] quas Saraceni [ſub eius patre, Abd-el-Mumeno] abſtulerant Wilhelmo [malo] regi Siciliae, patri iſtius regis."

(411) *Pag.* 567. *Damaſci ſum.* Et ſane non erat ibi ut privatus homo. Wilh. Tyr. XVIII. 27. "Erat Damaſci quidam nobilis *Negemedinus* nomine, cui ob plurimam rerum ſecularium, quam habere dicebatur, experientiam negotiorum ſuorum curam commiſerat Norandinus et urbem cum ſuis pertinentiis pro eius arbitrio eidem tradiderat gubernandam."

(412) *Pag.* 567. *Redibat ad ſuos poſſeſſiones.* Forte vult dicere in agrum Zabidanum, qui ad Tahamam ſeu planitiem pertinet, et eius capitalis eſt, quemadmodum Sanaa montium eſt capitalis.

(413) *Pag.* 575. *Ibn-Razik.* رزيك Modo ſic ſcriptum inveni in codice, modo زريك *Zarik.* Maraï رزبك *Rasbek* habet. Elogium eius vid. ann. 565.

(414) *Pag.* 575. Intelligit Abbaſum, filium Adeli; qui poſt caedem Daferi, (vid. ad ann. 549) puerum, Faiezum, huic ſeni praetulerat.

(415) *Pag.* 581. *Malek el-Adel.* Atqui, ſi fides adhibenda Renaudoto p. 522. titulus et nomen ipſi erat الملك الاجل مجد الاسلام *Malec al-Agal Magd el-Iſlam.* Sic enim interpretor quae ibi ſatis plebeie et ſordide enunciantur "Rezik, eius filius, eadem dignitate a Califa ornatus eſt appellatusque Ajal Meged El Selam."

(416)

Digitized by Google

(416) *Pag.* 581. *Erat Ibn-Razik elegans poëta.* Et ceterum quoque vir egregius. Iuvat eius elogium ex Maraïo apponere, verbis Amad-ed-dini Catebi, eius qui ſecretarius Saladini fuit, eiusdemque vitam ſtilo cothurnato ſcripſit, et pro eloquente et elegante ſcriptore Arabico habetur, et quidem Arabica ſimul dabo; non tantum quia modo Arabico ſunt elegantia, ſed etiam quia ſimilia ſunt illis quibus laudes Saladini enunciavit, et quas Noſter ad ann. 593 attulit, cum quibus conferri poſſunt. قال العماد ، لما قتل الصالح كسفت شمس الفضايل ورخص سعر الشعر وانخفض علم العلم ، ولم تزل مصر بعده منحوسة الحظ منكوسة الراية ، لم يكن مجلسه يقطع الا بالمذاكرة في انواع العلوم الشرعية والادبية وفي مذاكرة وقايع الحروب مع امر دولته ، "Poſt caedem Salehi (verba ſunt Amadi) eclipſin paſſus fuit ſol elegantiarum, et vilis evaſit annona poëſeos [nemine deinceps cupiente illam tanti emere] et humi depreſſum vexillum ſanctioris doctrinae. Miſr poſt eum nunquam non fuit uſa infelice aſtro; vexillum eius nunquam non fuit inverſum *ανω κατω* [hoc eſt, imperium, Chalifatus, eminentia, dignitas, reverentia eius prorſus peſſum iverunt]. Eius ſodalitium abſolvebatur tantum in ſermonibus de varii generis diſciplinis et argumentis tam fidem quam litteraturam concernentibus; aut de variis belli caſibus et rebus politicis, domeſticis et extraneis. Erat poëta; litteras elegantiores amabat et earum peritos: id unum in eo culpandum, quod nimis acriter Imamicae [ſeu Schiiticae] ſectae faverit. Hic eſt ille qui — Maſchhad [ſeu martyreum] Hoſeini [filii Alii] apud Cahiram condidit." Vid. ad a. 61.

(417) *Pag.* 583. *Mons Abu-Cobais.* Meccae vicinus. Herbelot p. 569. a. *Abu-Cais* ابو قيس pro ابو قبيس. Non recte, ut puto. Attamen et alibi ſic legi.

(418) *Pag.* 583. *arcem Harem, quam Franci tenebant.* Captam a Balduino III anno Chr. 1159, ut tradit Robertus de Monte in fine iſtius anni. "Balduinus rex cepit ſuper paganos Caeſaream magnam Palaeſtinae [forte

 poſtre-

Digitized by Google

poſtrema haec vox delenda] haud procul ſitam ab Antiochia: cepit etiam caſtrum Harenc; quod commendavit Reinaldo de S. Walerico." Sane Caeſaream non Palaeſtinae, ſed Cappadociae, hic deſignari, ut ipſa verba ſatis produnt, ſic expreſſis verbis ſignificat auctor Magni Chronici Belgici p. 173. "Balduinus circa natalem Domini [A. Chr. 1159] Antiochiam veniens duo caſtella, Harenc et Femie [Famiam, Apameam; vulgo male *Fenne* proſtat] acquiſivit, et quaecunque princeps eius Raimundus incuria et inſolenti temeritate amiſerat, Turcis irruentibus cum maxima parte ſui exercitus occiſus, ipſe viriliter agens recuperavit. Deinde progreſſus in ulteriora Caeſaream Cappadociae obſedit, obſeſſam quarto die cepit; et quia retinere non potuit, utpote a noſtris longe poſitam, deſtruxit, et ſic omnia proſpere agens ad ſuos Hieroſolymam reverſus, ibidem biennio commoratus eſt."

(419) *Pag.* 585. *Sabbahicus.* Hoc eſt, oriundus a Sabaho, patre illius Haſani, qui primus ordinem Iſmaëlitarum inſtituit, et arcem Almut occupavit, de quo vid. ad ann. 518.

(420) *Pag.* 587. *Schavero.* Hunc appellat Maraï Vezirum Fatemidis aeque infauſtum et ominoſum, atque Ibn el-Alcam Abbaſidis fuit. Nam ut hic Tataros Bagdadum, ita illum Francos in Aegygtum exciviſſe. Imo vero Nur-ed-dinum ante illos. Sed auctor ille nimium Sunnita eſt; et aviditatem Nur-ed-dini atque Saladini aliena bona corripientium tegit eo, quod Nur-ed-din a Moctafio, Chaliſa Bagdadico, iuſſus fuerit Aegyptum ſubigere, et eius inveſtituram iam dudum ante haec tempora acceperit. Addit porro idem auctor, Razıkum anno diutius non tenuiſſe Veziri munus.

(421) *Pag.* 587. *Dergam.* Hunc ſcriptores Cruciatarum Dorgan, iſtum Schaverum autem Savarum appellant. Conf. Wilhelm. Tyr. XIX. 5. Renaud. pag. 523.

(422) *Pag.* 589. Deſcripſit hoc facinus Wilh. Tyr. XIX. 8. ubi ait "circa partes Tripolitanos contigiſſe in eo loco qui vulgo appellatur *la Bochea.*" Eſt ergo hic locus et Heſn el-Acrad idem. Oliverius Scholaſticus ita narrat. "Secundo, ait, Almerici anno — Noradinus turpiſſime fugatus eſt, dum in terra Tipolitana deliciis vacaret. Huius victoriae duces fuerunt Giſelbertus

de

de Lacis, princeps militiae Templi, et duo nominati viri, qui orationis caussa Ierosolymam ascenderant de Aquitania venientes, Gaufredus et Hugo de Linziaco. Haec autem laetitia Christianorum postmodum versa est in luctum."

(423) *Pag.* 591. De hac expeditione conf. Wilhelm. Tyr. XIX. 5. ubi Schircuho elogium hoc tribuit: "virum iudustrium et in armis strenuum, liberalem supra vires patrimonii sui, gloriae cupidum et in re militare admodum exercitatum, militibus carum efficiente munificentia et acceptum, *Siraconum* nomine" rel. quae de eius corporis forma habet.

(424) *Pag.* 591. Atqui Wilh. Tyr. XIX. 7 ait Darganum et Francos societate belli iunctos vicisse Schaverum et eius socium. At deinceps Darganum a suo quodam servo clam sagitta percussum periisse. Vid. Renaudot pag. 523. 524.

(425) *Pag.* 591. *Saiiedae Nafisae.* Saiieda, vel Sitt contracte, hoc est domina, indicat eam esse de gente Alii. Pater eius fuit Emir Hasan, filius Zaidi, Schaich el-Haschemijin, qui obiit a. 168: ipsa obiit anno 208 et nacta est splendidum et celebre *μαρτυρειον* ubi haec pugna contigit. Vid. Leo Afric. VIII. 23.

(426) *Pag.* 593. *dictam arcem.* Harem scil. Quam Balduinus tertius A. C. 1159 ceperat. Vid. supra ad a. 557.

(427) *Pag.* 593. *Princeps — et Comes.* Boëmundus, filius Raimundi; et Raimundus IV, filius Raimundi III. conf. Wilh. Tyr. XIX. 9. Diversa haec est pugna ab illa quae ad a. 544 narratur.

(428) *Pag.* 593. Wilh. Tyr. XIX. 10. ad A. Chr. 1167 refert, ut istam superiorem cladem ad A. 1165. Noster autem in unum annum 1164 confercit.

(429) *Pag.* 597. *Nasr fil. Chalafi.* Pertinet ad Soffaridas.

(430) *Pag.* 597. *Bagi Arslan.* *Iagi Bassanum* appellat hunc Hagi Chalifa ad an. 560, et similiter Nicetas Choniates p. 76 Ιαγουπασσαν. Videtur ergo falsus Abulfeda in nomine viri fuisse. Sed quis ille sit Δαδουνης, quem ibidem memorat Nicetas, nondum deprehendi. Quid si sit Δουνουνης

 aut

Digitized by Google

aut ſaltim Δανουνης aut Δαλνουνης legendum? Tunc idem foret cum hoc noſtro Du'l-Nuno aut Du'n-Nuno. Quod non improbabile.

(431) *Pag.* 599. *Ibn et-Talmid.* *Ibnu Telmid* Leoni Afric. vit. Arab. p. 251 ſeqq. Totus articulus ſcatet nugis; quod in Barbaro non miror. In fine ait, eum obiiſſe a. 384 ſed multum fallitur. Conf. Abu-Oſaiba cap. X. Herbelot p. 110. b. 440. a. 894. a.

(432) *Pag.* 601. *Abu'l-Haſan Hebatalla f. Saïdi.* Catal. Bibl. Reg. Pariſ. pag. 207. n. 1007. invertit et auctorem *Abu'l-Haſſan Saïd*, *filium Hebatallae* nominat aitque ſub *Moctadiro* vixiſſe; quod cum Noſtri chronologia non concilio. Nam Moctadar obiit an. 320. Forte legendum ſit *Moctadio*, eiecta litterula *r*.

(433) *Pag.* 603. *Gilenſis.* الجيلي Gilenſis, Gilanenſis, Guilanenſis, Ghilanſis, omnia idem. Sic repoſui ex Herbeloto p. 5. b. ex Hagi Chalifa ad hunc annum, et ex Ricauti loco, quem mox, ridiculi gratia ſaltim, adſcribam. In Cod. Leid. erat الجبلي, quod hominem ex Montana regione oriundum, ſeu Parthum, notat. In Herbeloti l. cit. male redditur *Aſna'l Macaſſed*, per *l'hiſtoire excellente;* cum proprie vi vocis notet اسني المقاصد illuſtriſſimus locus locorum omnium ad quos contenditur, aut contendi poteſt, ἡ λαμπϱοτατη των πϱοσοδων. Sed ſi المقاص legas, *al-Macaſs*, tunc recte habet verſio. Ricauti, quem memoravi, locus exſtat lib. II. Hiſt. Imp. Ott. cap. 16. quo toto loquitur de ordine religioſo *Cadriorum.* "Leur premier fondateur, ait, a été un nommé *Abdul Cadri Ghilani;* fort eſtimé à cauſſe de ſa ſageſſe et de ſon abſtinence. Son tombeau eſt hors les portes de Babylone, ou la plus part de ceux qui entrent dans ces ordres religieux, vont en pelerinage. — Il naquit en l'Hegire 561 [NB.] et mourut en l'année 657. Son maitre, on celui qui l'avoit inſtruit s'appelloit *Abdul Mumin Gazeli,* qui compoſa deux livres, l'un appellé *Mugrib*, ou la grammaire Arabe, et l'autre *Andalus.* Au temps que *Helakin* [Hulacu] fils de *Genahiz Han* vint à Babylone il l'obligea de tuer un nommé *Alcami* qui etoit alors Viceroi de cette ville, parce qu'il étoit de la ſecte des Perſans que les Turques appellent *Rafizi* ou Heretiques."

(434)

Digitized by Google

(434) *Pag.* 603. Videtur ille Haſſan deſignari, de quo Noſter ad ann. 518 et 541 narravit.

(435) *Pag.* 605. *Abu-Saïd — Samanida.* Herbelot p. 751. a. et 869 hunc modo *Abu-Saad*, modo *Abu-Said* appellat, et anno 562 obiiſſe ait. Forte idem quoque voluit exarare p. 301. b. ubi vitioſe annus 552 citatur. Conf. p. 117. a. et de Ebn-Samani p. 862. b. item ad ann. 630 in notitia Ibn il Atiri. Ceterum notetur, hoc nomen *Samani*, niſi fallor, idem eſſe cum nomine *Aſſemani*, quod duo praeclari eruditione orientale viri *Ioſeph Simon*, patruus, et nepos eius, *Euodius*, maxime ornant et in celebritatem extulerunt. Sed hi quidem, ut puto, non ab Arabica tribu, ſed a quodam ſuorum maiorum Chriſtiano, Saman, hoc eſt Simeone vel Simone, ſui nominis etymologiam repetunt.

(436) *Pag.* 609. *Comas ſui gynaecei reſectas addiderat.* Genus aliquod et quidem extremum ſupplicationis aut obteſtationis. Vxores principum magno ſunt in honore apud orientales; neque facile quidquam rogantibus illis negatur. Extrema eſt humiliatio, ſi princeps, qui ſupplex alteri cui ſupplicatur, comas ſui gynaecei mittit, in teſtimonium, et illas ipſi ſupplicari et ancillas eius eſſe. Nam comae reſectio eſt ſymbolum ſervitutis. Vltra hoc nihil poteſt ſubmiſſius. Comae, *βοστρυχοι* ſimilem fere uſum apud Graecos olim habebant.

(437) *Pag.* 609. Si Roberto de Monte credimus, neceſſe eſt ut credamus Noſtrum rem magnopere exaggerare; aut de diverſi generis numis loquuntur ambo auctores. Robertus ad A. 1165 ait, regi Almerico quondam a Schavero *triginta millia aureorum* annuatim data fuiſſe; poſt captam vero Belbaiſam *duplicatum iſtud tributum fuiſſe*; et ad A. 1168 ait, poſt captam Alexandriam pactum fuiſſe tributum annuum *ſeptuaginta millium aureorum.*

(437 b.) *Pag.* 613. *Sepulcrum Schafiaei viſitatum iverat.* Celebris Imami, cuius ſectae ipſe Schircuh adhaerebat, in publico Miſrenſe coemeterio, Caraffa vel Caraffah, conſpicuum. Vid. Wanſleb pag. 132. Leo Africanus VIII. 22: "Viſuntur ibi plurimae hominum ſepulturae, quas elegantiſſimis altiſſimisque fornicibus exſtructas interiusque variis tum emblematibus tum coloribus

loribus exornatas plebs ſtolida ceu ſanctorum momumenta colit, muris ac pavimento ſumtuoſis tapetibus obducto. Hunc plurimi ſingulis veneris diebus ex Alcairo reliquisque ſuburbiis matutina hora religionis cauſſa conveniunt, multasque eleëmoſynas largiuntur." Sed maxime huc pertinet illud Wanſlebii pag. 419: "Vn Bacha, ait, auparavant que de faire ſon entrée au Caire eſt obligé d'aller viſiter le tombeau du Sçiech il Sciafei, qui eſt enſeveli à la Caraffe, et qui eſt le Protecteur des Ottomans, parce que les Turcs ſuivent ſes ſentiments dans la religion Mahometane pour obtenir par ſon interceſſion auprès de leur prophete un gouvernement heureux et paiſible; et lors qu'il quitte ſa charge, il eſt obligé de rendre le même devoir au tombeau du *Sultan Cayed Bay*.

(438) *Pag. 617. Dovin.* "Secundum Iacutum, ait Abulfeda in Geographia, eſt Dovin vel Davin urbs Armeniae prope Tiflis, ad quam originem ſuam referunt Banu-Eiub, principes; el-Lobab autem in Aderbigana ponit. Patet prius potius eſſe."

(439) *Pag. 623.* Mirum qui Nur-ed-dinus id potuerit a ſe impetrare. Graviter profecto peccavit in politicam orientalem et ſua commoda eo facto. Solent enim principes orientales eorum, quos ut legatos provinciis immittunt, liberos, fratres, patres, agnatos velut obſides fidei et obſequii penes ſe retinere. Renaudot p. 535 ait, *Saladinum id aegre a Nuroddino obtinuiſſe.* Neque mirum.

(440) *Pag. 625. Baha-ed-din Caracuſch.* Homo noſtratibus quoque ex eo notus, quod Philippus Auguſtus Rex Franciae, eum in urbe Ptolemaide captivum nactus eſt. "Francus quoscunque in poteſtate habebat, aſſervari iuſſit. (Verba ſunt P. Aemilii l. VI. p. 178.) Inter eos erat quidam nomine Characux [hoc eſt Caracuſch] prudentiae fama nobiliſſimus, cuius conſilio uſus Saladinus ad tantas opes perveniſſe dicebatur."

(441) *Pag. 627. Iarukitae.* Hi ſunt illi, quos Oliverius Scholaſt. *Hiaroquin* appellat. "Procedente tempore, ait, quidam nobiles Turcorum qui Hiaroquin nuncupantur, Hieroſolymam ſibi haereditario iure deberi dicebant — cum armata manu ad ſanctam civitatem aſcenderunt." — Caſum

latius

Digitized by Google

latius narrat Wilh. Tyr. XVII. 20. qui quod ait "quorum ſancta civitas, antequam a Chriſtianis liberaretur, fuiſſe dicitur haereditas" non intelligo, neque totius caſus nexum et rationem, ſilentibus Arabicis ſcriptoribus, percipio.

(442) *Pag.* 627. Robertus de Monte ad A. C. 1171: "In die Apoſtolorum Petri et Paulli, ait, terrae motus horribilis factus eſt in transmarinis partibus; quo corruit civitas Tripolis, pars Damaſci, Antiochiae plurimum. Agareni etiam non fuerunt expertes huius tribulationis; nam Halappe, quae eſt caput regni Noradin, et quaedam aliae civitates Sarracenorum non evaſerunt hanc peſtem."

(443) *Pag.* 627. Atqui Wilhelm. Tyr. XX. 8 Cotb-ed-dinum anno Chr. 1173 (Fugae 569 aut 570) adhuc ait in vivis fuiſſe, et ſuo ex fratre nepoti, filio Nur-ed-dini, Halebenſi, adverſus Saladinum ſuccurriſſe. In quo procul dubio fallitur. Lib. XXII. c. 8 eum quoque *Thebet* appellat. Neſcio unde. Ergone ipſi nomen proprium ثابت *Tabet* fuerit?

(444) *Pag.* 629. ***Magd-ed-din.*** Eſt ille, quem Wilh. Tyr. VIII. 28 ***Megedin*** appellat (rectius Megdedin, aut Megededin) et dicit eum cepiſſe Rainoldum de Caſtilione, tum principem gubernatorem principatus Antiocheni. Addit: "Megedin praefectus Halapienſis Noradino familiaris et fidei ſinceritate coniunctiſſimus."

(445) *Pag.* 629. *Solvan el-Motaï.* Herbelot pag. 825. a. hoc libro contineri ait ***des motifs de conſolations dans les maux de la vie.*** Ait porro, auctorem anno 565 hoc opus ſcripſiſſe, et a. 568 vita deceſſiſſe. Appellat eum Meccanum, forte quia tempus aliquod Meccae transegit; item Moëzzicum; forte a Tauromenio urbe Siciliae, de Moëzzo Fatemida Moëzzica dicta. Atqui pag. 596. a. nominat eum ***Moëzzi, celebre poëte Perſien;*** et pag. 925. a. voce ***Zefer, Docteur Arabe d'origine, qui étoit natif de Sicile,*** aitque eum anno 655 obiiſſe. Verum id vitium typographium eſt pro 565. Conf. Catal. Bibl. Leid. p. 429. n. 502. ubi libri titulus ſic exhibetur سلوان المطاع في ادوان الاتباع. Melior haec lectio quod ad extrema quam Herbelotiana p. 825 في عدوان الطباع quod non intelligo. Notandum autem ادوان, et الاتباع pariter, eſſe infinitivos octavae coniugationis; illa prior



Digitized by Google

formatio perrara est. Conf. Catal. Biblioth. Reg. Paris. pag. 138. n. 374. et p. 201. n. 948. et p. 249. n. 1412. cuius foedi quidam circa hunc auctorem et librum errores facile possunt ex dictis et Herbeloto emendari.

(446) *Pag.* 631. *Adad-ed-daula.* Ad ann. 567 Adad-ed-din appellatur; et ita quoque ab Abu-Osaiba, qui paullo aliter et distinctius refert. Locum integrum dabo ad ann. 570.

(447) *Pag.* 633. *Dar el-Gazl.* دار الغزل Sic scripsi, quum in Codice esset دار العزل cum solitario puncto: *domum depositionis* id notat, quod retinuit expressitque cel. Schultens in interpretatione sua, reddens, cui nomen a *munere remotis* inditum est. Ego vero Dar el-Gazl credo eandem esse eum illo aedificio quod in aula Mogolica vidit et descripsit Bernier T. II. p. 47 sub nomine *Gozel Canay.* Erat illud aedificium locus, in quo rex circa vesperam cum intimis suis amicis et curialibus كان يغزل solebat paullo familiarius versari, colloqui, iocari, paullum remittere de maiestate, quam in publico Megles circa meridiem omnibus praesidens monstraverat. "De la grande sale de l'Am-Cas on entre dans un endroit plus retiré qu'on appelle le *Gozel Canay* غزل خاناي comme qui diroit le lieu ou on se lave." Sed in eo fallitur Bernier. Confudit غزل *Gazl* cum غسل *Gasl* lotio. Debuerat ergo potius scribere: "comme qui diroit le lieu du caquet, (ou on babille, ou on plaisante, ou on se divertit)." Certe descriptio loci sequens cum Bernierii etymologia non convenit. Possit quoque العزل cum uno solitario puncto retineri, et notari, *locus solitudinis*, ubi rex *μονασει*, "ou la cour est petite," quomodo loquitur Bernier pag. 49. Sed forte aliena videbitur nonnullis et improbabilis accidet coniectura; cui ipse ego non nimium tribuo. Quid si ergo pro العزل, ut in codice est, legatur العدل *domus iustitiae.* Ita appellabantur fora in quibus iudices iniuriarum vindicandarum praesidebant. Id unum huic coniecturae obstat, quod narrat Raud el-Achiar, de Nur-ed-dino, filio Zenkii, هو اول من بني دار الكشف عن المظالم وسماها دار العدل quae verba Herbelot p. 679. b. sic reddidit Gallice: "Nuroddin a été le premier entre tous les princes Musulmans qui ait établi une chambre de justice contre les violences que les grands seigneurs faisoient

aux

aux particuliers, et donna le nom de *Dar el-Adel, maiſon de juſtice,* à cette commiſſion." Et talis eſt illa *Adalet Kanay* (la Chambre de Juſtice) quam deſcribit Bernier II. p. 44. Quid tantum ſi دار الغزل interpretemur *domum filationis;* in qua ſericum in fila torqueretur, folliculi ſerici coctione in fila ſubtilia fierent, et deglomerarentur. Cl. Muratorius T. II. Antiqu. Italiae medii aevi pag. 896. tales domos ait primum Bononiae, dein in aliis quoque urbibus Italiae fuiſſe, *Filatoi* dictas. Sed vix probabile domum tam ampli et communis uſus, quae fiſco multa referret, in uſus religioſos fuiſſe converſam.

(448) *Pag.* 633. ***Aedes Azizi.*** Verti ac ſi fuiſſet in Arabico العزيز Sed erat العز quod, quid ſibi velit, non percipio. Et ita quoque edidit cl. Schultens et vertit *aedes ſedesque ſplendidas;* quod mihi quidem non ſatisfacit. Putem omnino nomen proprium hic requiri et latere. Vide num lucem aliquam huic loco det alius ex Maraïo adſcribendus; ſed quem ex parte non magis quam hunc Noſtri praeſentem intelligo. "Condidit Saladinus (ita laudatus auctor) cui deus bene velit, Chancat [monaſteria] Saïdi es-Soada [eſt nomen proprium viri neſcio cuius, ſancti, ut videtur; ad verbum notat felicis felicium, aut beati beatorum, quaſi dicas Macarii *του μακαρτατου*] apud Cahiram a. 566. Erat ibi domus Saïdi es-Soada Fatemidae, ..... et pariter

كانت دار سعيد السعداء الفاطمي وكذلك القمحية الشريفية الصلاحية

[ita exſtat in codice Maraii, quo ſolo uſus fui, Dorvilliano] Camachicam et Scharificam Salahicam in vicinia [ſepulcri] Imami Schafiaci [ſcil. condidit] anno 569. Abrogatis Cadiis veteribus Miſrae, quia Schiitae erant, Schafiaeicos introduxit, et ceteris ſectis omnibus praetulit. Aedificavit grandem illum murum, qui Cahiram ambit, anno 572; murum Bab el-Bahr [portae, ſeu vici, maris,] et murum arcis anno 577" rel.

(449) *Pag.* 635. Moriebatur enim ad voluntatem Saladini. Non aptius certe neque oportunius tragoediae magiſter ſuos tyrannos letho dat, quam hunc dederat Saladinus tantae tragoediae artifex. Sed perfidia vitium non eſt in politica principum orientalium. Et ſatis apparet ex his et aliis argumentis Nur-ed-dini et Saladini et aliorum indoles, dominationis quacunque tandem ratione avida. Et ſane Marin. Sanut. pag. 190 ſcribit, Aegypti



Digitized by Google

Chalifam a Saladino *clava percussum periisse;* quod quamvis improbabile sit, probat tamen Saladinum huic violentam necem obtrusisse. Leo Africanus VIII. 25. pag. 471 venenum adhibitum fuisse perhibet. Vid. quoque Renaudot pag. 535.

(450) *Pag* 637. Ridiculam hanc fabellam etiam habet Marai; et sic narrat. Curdum aliquem coram Saladino tympanum pulsasse, et inscium invitumque crepitum dedisse. Pudore itaque et trepidatione plenum abiecisse tympanum, et sic illud fractum periisse. Verum addit, quod maioris momenti est "inventas fuisse in thesauris Fatemidarum septingentas gemmas de illarum genere quas Arabes يتيمات Iatimat id est orphanas, seu sororibus et similibus aliis destitutas appellant; item virgam smaragdinam ex uno smaragdo, ad spithamae longitudinem et altitudinem pollicis; et inter alia bibliothecam librorum manu exaratorum, cui similis in orbe Muslemico alia non fuerit, comprehendentem bis millies mille volumina, de quibus centum millia manu suorum auctorum exarata fuerint." Videtur ex ea Saladinus bibliothecam suam constituisse, cuius aliquas reliquias in bibliotheca Leidense ipse vidi olim et tractavi; ut indicabant elegantissimae inscriptiones.

(451) *Pag.* 639. *Cum vexillis nigris.* Quae loco viridium, Alidis propriorum, erigebantur, aut alborum potius, si verum est quod Herbelot alicubi ait, Fatemidas albo colore usos fuisse. Abbasidas autem colorem nigrum amasse, plus semel iam a nobis dictum.

(452) *Pag.* 641. "Le scorpion signifie un ennemi, dont l'on ne peut eviter les artifices de la langue, avec laquelle il pique ses ennemis et ses amis, n'ayant ni religion, ni parole. Si donc quelqu'un songe, qu'un scorpion l'a piquè, un ennemi medira de lui en son absence, et sera de mauvais discours contre lui" rel. Verba sunt Oneirocritici Vattierani p. 195.

(453) *Pag.* 641 lin. 12. *Quotquot in eo templo tum versabantur.* Templa Muhammedanorum sunt plerumque domicilia pauperum et monachorum mendicantium; qui vel in ipsis templis, vel in proxime appositis aedibus, ei usui destinatis, commorantur, quas عمارات *Imaret* et معمورات *Mamurat* appellant. Leunclav. in Pandectis n. 20 ita describit. "Xenodochia sunt

Digitized by Google

ſunt haud ineleganter conſtructa, ſuisque diſtincta cubiculis, in quae non modo Turcae divertunt, ſed etiam aliis quibusvis de religione ſententiis addicti homines. Quippe nec Chriſtianus quisquam nec Iudaeus, ſeu dives, ſeu mendicus, ab iis arcetur. Baſſae quoque ac Sangiaci, quum peregrinantur, iis utuntur. Mos ita fert Turcorum, ut ſingulis qui eo divertunt, cibum praebeant. — Ac fas eſt peregrinantibus his cibis toto triduo gratis frui; poſtea mutandum hoſpitium — obiter hoc etiam addo, Conſtantinopoli Meſſitis, quae iſtic numero plus minus quadringentae ſunt, tot huiusmodi adiuncta eſſe Imareta, vel, ut Graeci efferunt, Maratia, ut ſi quis in uno triduum victitet, ac deinde pergat ordine ad cetera, totius anni ſpatio vel inviſere nequeat omnia, vel omnium uti beneficio." Conf. Addiſon p. 58. et Cantemir in vita Orchani in fine, p. 92. Neque religioni ducunt Muhammedani ſuis in templis aut dormire, aut epulari. Vid. Addiſon II. p. 164. c. 17.

(454) *Pag. 643. Muhammed Ibn-Mordaniſch.* Eſtne ille *Leupus* (vel Iubus potius), quem memorat Robertus de Monte ad A. C. 1163 his verbis: "Leupus rex Valentiae et Murciae, licet gentilis et Agarenus, munera ingentia in auro et ſerico et in aliis ſpeciebus, et in equis, et camelis, mittit Heinrico regi Anglorum, grandia et ipſe ab eodem recepturus."


(455) *Pag. 645. Columbas ἐπιστολιαφόρους.* Sed apud Maimburgium Hiſtor. Cruciat. pag. 197 exemplum antiquius invenio de A. C. 1099 vel fugae 493. Et illo adhuc antiquius exemplum de anno Chriſti 1068 vel fugae 461 circiter, habet Gaufredus Malaterra Monachus de rebus geſtis Normannorum lib. II. c. 42. cuius verba non iniucundum erit hic legere. "Moris, ait, Sarracenis eſt, ut columbas frumento et melle infuſo domi nutrientes, quum aliquorſum longius digrediuntur, maſculos in ſportulis incluſos ſecum ferant; ut cum aliquid novi fortuna illis adminiſtraverit, quod domi ſcitum velint, chartulis eventus ſuos notantes, et collo avis, vel certe ſub ala, ſuſpendentes, avibus dimiſſis per aëra, familiae domi ſollicitae, utrum proſpere erga peregrinos amicos omnia agantur, notificare accelerant. Avicula enim dulcedine grani melliti quam domi guſtare ſaepius aſſueverat, illecta, reditum accelerat, chartulas morem ſuum ſcientibus repraeſentat. Huius-

modi

Digitized by Google

modi ſportulas cum avibus Comes inter reliqua ſpolia accipiens, avibus cum infectis ſanguine chartulis dimiſſis, triſtis fortunae eventus Panormitanis repraeſentat."

(456) *Pag.* 645. *Ibn-Falakes.* فلاقس Ita codex Leid. Verum Herbelotus pag. 244. a. قلاقس perhibet, *Calakes;* et ita quoque ex illo fonte Catal. Bibl. Reg. Pariſ. pag. 252. n. 1446.


BIBLIOTECA REGIA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google






Digitized by Google





Digitized by Google





Digitized by Google